John Adams Library.

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No.
Adams
134.7

T. B. A. B. pr = h. a

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ

Dionysii Orbis descriptio

Commentario Critico & Geographico (in quo controversiæ pleræque quæ in veteri Geographia occurrunt explicantur, & obscura plurima elucidantur) ac Tabulis illustrata.

A

GUILIELMO HILL A. M.
Collegii Merton: in Academia Oxonienſi olim Socio; jam vero Gymnasiarcha Dublinienſi.

Textui etiam subjungitur figurarium quæ apud Dionysium occurrunt (cum Dialectis & aliis Grammaticis minutiis) systema, in usum tyronum; ut non modo philologis & Geographiæ studiosis verum & scholis inserviatur, in quibus Geographia vetus, Historiæ lux, una cum poesi Græca ex hoc fonte imbibi poterit.

Τῆς Γεωγραφίας ὠφέλεια ποικίλη, ἡ μὲν πρὸς τὴν πολιτικὴν, ἡ δὲ πρὸς ἐπιστήμην. Strabo lib. 1.

LONDINI,

Excudebat *R. Daniel*, Impensis *Humphredi Robinson*, in Comœterio Divi *Pauli* ad insigne trium Columbarum. 1658.

6 n
8 1

x^x Adams
134.7

Illustrissimo Domino

D. HENRICO CROMWELLO, Sereniſſimi OLIVARII Domini Protectoris Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Deputato in Hiberniæ regimine conſtituto; nec non ampliſſimo procerum concilio eidem aſſiſtenti.

TEnellus hic infans (illuſtriſſime Domine) in Anglia nuper editus, huc abrepto parente quo confugiat non habet niſi ad Amplitudinem tuam, orans atque obteſtans ut ſub umbra favoris tui vitales auras carpat, ut familiæ tuæ humillimus cliens aſcribatur, & nomine tuo, tanquam umbone obtento, à venenato invidiæ morſu protegatur. Equidem in clientelam Amplitudinis tuæ noviſſime aſcitus officii mei eſſe duco mea ſingula ad judicii tui tribunal ſiſtere, nec tantum operæ tibi &

reipublicæ impenſæ, verum & otii, tibi & venerando concilio rationem reddere, cum quantus ſum veſter ſim, quantum poſſim tantum vobis debeam. Humanitatem ſummam, ſummam munificentiam, ſummum bene meritis benefaciendi ſtudium in ſummo iſto honoris faſtigio in quo Excellentia tua conſtituta eſt, nec non in Magnifico Domino Cancellario, & reliquo ampliſſimo procerum cœtu, reſidere expertus ſum; ideo veſtro favori, veſtro miniſterio patriam, parentes, neceſſitudines, quicquid fere charum poſtpoſui, & plus me adhuc humanitati veſtræ debere lubens fateor quam ſolvendo ſim, niſi gratus animus cum ſedulo in hoc opere miniſterio, ad liberandam fidem ſufficiat. Agellum equidem mihi non in frugiferum in Anglia colui, ſed minus inde fructuum ad publicum rediit, nec nobis ſolum nati ſumus. Nonnihil

hil etiam honoris tenuitati meæ accedere visum, cui aliquod grati animi testimonium retribuendum censui, quod me in Angliæ oppidulo delitescentem, ipse (Excellentissime Domine) & magnifici concilii heroes, clarissimi Domini Bridges, Chiliarchæ olim militaris, viri pietate & prudentia conspicui, & publicæ utilitatis promovendæ zelo non vulgari accensi, luculento de me testimonio ad hoc inducti (cui secundum Amplitudinem vestram, Hibernia acceptum referre debet, siquid commodi mea qualicunque opella reipublicæ præstetur) ad suscipiendam gymnasii hujus publici curam è patria mea evocare dignati estis, evocatum propitiis favoris vestri radiis illustratis, qui patriæ desiderium mihi quodammodo auferunt, ubi per quindecennium proxime elapsum saxum hoc adolescentiæ instituendæ

perpetuo volveram, Sisyphio plane labore, at non irrito pariter conatu. Ibi Spartam quam nactus eram quanta poteram cura ornanti aliquod tamen in oppido non magno respirandi spatium concessum; quicquid vero otii obtigit lusibus & nugis prodigere non libuit (studium enim mihi gratissima recreatio, nec sapiunt palato meo quævis dapes præ illis quas Musæ præbent) sed quæcunque temporis ramenta colligere licuit, non illaudata, ut spero, parsimonia reposui, suavissimis studii oblectamentis impendenda. Cum igitur Dionysium τὸν περιηγητὴν in manus sumerem, poetam qui *omne tulit punctum*, quippe qui Geographiæ utilitatem poeticæ dulcedini miscuerit, indoluit mihi quod Scholis fere incognitus, nec Academiis satis notus delitesceret, quasi vivus sepulturæ traditus, qui vitales auras trahere, & præ toto fabula-

bulatorum grege (qui dum fabulis lascivis aures oblectant animum corrumpunt, & blandum virus propinant) juvenum manibus teri meretur. Hunc igitur è tenebris in lucem proferre, & ex Hippolyto jamdudum quasi intermortuo Virbium facere conatus sum, succisivas horas huic operæ impendens ne prorsus perirent; sperans fore ut auctor hic cedro dignus, lumine ex commentariis hisce nostris & adjunctis tabellis accenso, *volitet vivus per ora virum*, & in clara tandem luce versetur. Agellum hunc fateor ab Eustathio, magni nominis viro, culturam aliquam nactum, at non plane ab eo subactum periti sentiant, quem spero uberiores posthac fructus, iterato huic labori pares, redditurum. Ille Geographicas difficultates sicco pede præteriit, navigavit per aperta pelagi, aut ad historias & fabulas, quasi ad Alcinoi

cinoi hortos, aut Lotophagorum terram, appulsus, lusit ac lasciviit; Geographicis scopulis & Syrtibus me commisit, qui freta & brevia tandem emensus studiosæ juventuti ad antiquam Geographiam viam, uti spero, faciliorem aperiam, ad poesin Græcam pariter ducentem, non lascivo & meretricio, sed matronali cultu ornatam. Opus hoc non ingratum tibi (illustrissime Domine) & magnificis venerandi concilii heroibus fore confido, qui bonas literas promovere tanto studio satagitis, neque ulli impensæ parcitis ut viris doctis & piis huc accersitis crassæ ignorantiæ & superstitionis nebulæ ex insula hac fugentur. Testantur hoc tot pii Evangelii ministri quotidie ex Anglia huc evocati & honorificis stipendiis aliti; testatur sumptus ingens ab exercitu nuper impensus, imperatoris sui ductu & suasu, ad bibliothecam doctissimi

simi Præsulis Armachani lectissimis libris affatim instructam in publicos usus coemendam, testatur liberale stipendium in Gymnasiarcham & hypodidascalos Dublinienſis hujus Scholæ erogatum. Publica scilicet vobis curæ sunt: malletis reipublicæ florenti, pietate & literis bene institutæ præesse, quam ipsi in immensum ditescere; quam fiscum, tanquam lienem, intumescere, dum cætera omnia contabescunt. Primos illos rectores vobis pro exemplo proponere videmini, *quorum prudentia*, teste Seneca, *ne quid suis deesset providebat*, *fortitudo arcebat pericula*, *beneficentia augebat ornabatque subjectos*, *quibus officium erat populum regere*, *non imperium*. Insignem pietatem tuam (Excellentissime Domine) insignem inde emanantem in pios Euangelii ministros & in bonos omnes benevolentiam, quos quasi

ſinu fovere dignaris; inſignem in indigos munificentiam, inſignem in tam excelſo honoris gradu comitatem, manſuetudinem, & animi moderationem ſuſpiciunt pii, & te tanquam fulcrum ad vacillantem hanc inſulam ſtabiliendam divinitus miſſum agnoſcunt. Ad ipſos etiam Hibernos beneficentia tua ſe exporrigit, de quorum liberis honeſta diſciplina imbuendis pia cura animum tuum tangit; & quorum parentes univerſam Anglorum ſobolem hinc radicitus extirpare conati ſunt, ii non tantum miſericordia tua in natali ſolo vivunt, verum & munificentia tua aluntur & bonis literis imbuuntur. Nimirum, ſolarium inſtar, undequaque ſe ſpargunt ſalutares benignitatis tuæ radii, optima quæque foventes, craſſiora, ubi res patitur, deputantes. Hinc quocunque iter facis tot certantium hominum plauſus, & feſtæ

ſtæ acclamationes, non imperatæ, non metu expreſſæ, ſed gaudio & amore elicitæ, ac interni affectus nuntiæ. In univerſo etiam concilio, in indigis & viduis virorum bene meritorum beneficentia ſublevandis, in literarum ſtudio excitando, & piis quibuſcunque operibus promovendis, quantus conſenſus? quam pulchra & piis grata harmonia? Hinc factum, ut ad vos hominum oculi & animi, non aliter quam ad Septentriones ferrum magnetico ſpiritu imbutum, undequaque convertantur. Atque (ut alios taceam ſingulari pietate, prudentia, in pauperes munificentia, aut aliis nominibus ſpectabiles) plurimum profecto cæterorum animos, licet ad literas promovendas ſponte propenſos, accuit nobiliſſimus Dominus Cancellarius, multis nominibus mihi colendus, tam eloquentiæ quam juris &

æqui antiſtes, cui mentis acumen ineſt ad legum nodos ſolvendos quod nomini plane reſpondeat, & par prudentiæ pietas. Sed quid ego lineas meas tranſilio? Meridiano ſolis fulgori quid confert lucerna accenſa? Meum eſt curare ne ſpem veſtram fallam, ſed ut literis & probis moribus adoleſcentia mihi tradita, quantum res ſinit, imbuatur; & firma literaturæ fundamenta locentur, quæ ſi deficiant & vacillent quicquid ſuperſtruitur corruet. Literis quid in humanis rebus pulchrius? quid humano generi utilius? Quid, quæſo, inter nos & Scythas, aut barbaros barbarorum Americanos intereſſet, ſi tolleretur diſcrimen ex pietatis præceptis & literis humanioribus ortum? Neque enim nobis quam efferis quibuvis gentibus

Ex meliore luto finxit præcordia Titan.

Omnes Adami posteri sumus, ex eodem pulvere efformati; origine pares institutione discriminamur, ut hic homines degere, illic feræ vagari videantur. Deum igitur humillimis precibus obtestor, ut oneri quod mihi incumbit par sim, cui vel athleta aliquis in numeroso hoc cœtu facile succumbat. Munere enim hoc siquis probe perfungi velit, Hercules alter Μυσαγέτης sit oportet: requiruntur Herculeæ vires, Herculea tolerantia, cum Herculei labores subeundi sint: desideratur omnimoda fere eruditio ad peritam auctorum ἐξήγησιν, cui non quilibet è triviis Grammaticaster, imo non nisi πάνσοφος quispiam in universa philologia sufficiat; ad hæc sancti & illibati mores, cum do-

centium exempla discentium animis facile se insinuent ; curandum igitur ut purum sit speculum in quo mores suos pueritia componat. Prudens denique sit oportet qui cæcam & effrenem adolescentiam , prout res postulat , doceat , regat , corrigat ; imo disciplina hæc rite administrata civilis sapientiæ imago quædam est , in minuta quasi tabella exhibita. *Quid aliud est sapiens* , inquit * magnus ille Stoïcus , *quam humani generis pædagogus ?* Dabo equidem operam , cum dignus hoc munere in tanta urbis hujus frequentia Amplitudini vestræ visus fuerim , ne delectus vestri vos pœniteat , conatibus modo faveat Deus , & parem labori successum præbeat : conari enim nostrum est , eventum præstare in unius Dei manu situm. Faxit Deus ne generosa Anglorum propago in alieno solo degeneret , sed ut

* *Seneca.*

ad

ad optima quæque erigatur; utque incondita gens cui misti degimus, institutionem meliorem nacta feritatem tandem suam exuat, & bonis literis emollita, aspirante divini numinis afflatu, veræ pietatis tandem aliquando semina excipiat. Sic non erit olim quod miselli Hiberni querantur, siquid à nostratibus jure belli (furiali rabie ab ipsis excitati) ablatum amiserint, quippe qui longe meliora rependerint; ut victos fuisse, si quando hæc favente Deo contigerint, ipsis pro beneficio futurum sit, & victi victoribus jure gratulentur, infelices futuri nisi victi fuissent. Ut mira hæc (Excellentissime Domine) sub auspicato regimine tuo edenda reserventur, & ut firmissimo veræ religionis nexu subditorum tandem animi tam pio rectori alligentur (quo nihil tibi gratius, nihil ipsis utilius vel optari potest) ut-

que, tanquam pharus, in excelso constitutus, indies clarius pietate eluceſcas, & fulgidis virtutum tuarum radiis bonos illustres, invidorum vero aciem perstringas, Deum Opt. Max. obnixe precatur

Excellentiæ tuæ & ampliſsimi
procerum conſeſſus humillimus ſervulus

GUILIELMUS HILL.

Clarissimi viri, & linguarum Orientalium peritissimi,

DUDLEII LOFTUSII,

Juris utriusque Doctoris, legumque in Academia Dublinensi Professoris publici, & Summæ Cancellariæ in Hibernia Magistri, de hisce in Dionysium Commentariis judicium, literis ad auctorem scriptis exhibitum.

Rei literariæ nomine egregio, mihique charissimo amico,

D. GUILIELMO HILL.

HAsce annotationes tuas in Dionysium dici non potest quam acceperim cupide, quæ non vulgarem attulerunt mihi voluptatem. Ex quo enim Dionysii τῦ περιηγητῦ libellus, tanquam colle *residens, magis conspicuus, tuisque radiis illustrior mihi factus est, sicuti & lætius floruit omnibus, eatenus cordi meo insedit ejus delectatio, quod eidem, ut muscæ pes melli, affixus hæsi, & ex novo ei allato gustu auctiorem protinus de auctore æstimationem, sicuti conceptum ingenii & literaturæ tuæ amorem intimis meis sensi visceribus majorem. Hæc non dico quod meis egeas præconiis, quem tam honorifice prædicat Dominus Henricus Mole, Cantabrigiæ quondam Orator publicus, antiquo amicitiæ fœdere mihi conjunctus; sed ut hac oblata occasione florentissimam ingenii tui messem remittendo, veritati debitum perhibeam testimonium. Quis enim, nisi mentis inops, vel invidiæ ærugine laborans, sese potest retinere, quin profiteatur, quod summa tua industria, ingeniique quem impendisti succus, id nunc effecit, ut vero usui fructuique omnibus sit tuus Dionysius? Quod enim*

extremis

extremis ille digitis attingebat, tu profunde pertractasti, illique nitorem nebulosa vetustate fere ademptum in solidum tua luce reddidisti: unde etiam plerisque Græcis auctoribus restitutionem fecisti in integrum; vix enim in unum eorum incidis, cui multis in locis candidissimam, imo radiantem, lucem tuæ non adferant annotationes; quippe quæ, instar nucifrangibuli, fracto vetustorum verborum cortice nucleum sensus excludere inserviunt. Parcius nunc scribo festinante calamo, tum quia variorum negotiorum me districtum tenent occupationes, tum quia te tuâ operâ lectores potius quam meis laudibus metiantur: ad eandem igitur eos lubens refero, & extremis meis verbis, tanquam acerrimis quibus possum stimulis, te vellem incitare, ut Græcæ linguæ, sicuti & omnigenæ doctrinæ studia, quo soles amore persequaris, nec dubites

quin sit * لكل عمل ثواب *quod ut feliciter tibi succedat precatur ex animo famæ & nominis tui studiosus*

*Unicuique operæ præmium.

DUDLEIUS LOFTUSIUS.

Εἰς ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΝ,

ἣν ἐξέδωκέ τε, καὶ διὰ τῶν ῥωμαϊκῶν γραμμάτων ἐσαφήνισεν

ἵΛΕΡΜΟΣ Ὁ ἵΛΛΟΥ,

ὁ περὶ γεωγραφίαν δεινός.

Μουσάων σθένος ἦν Διονύσιος, ἄλκαρ ὁδίταις,
Δῶρον Ἀπόλλωνος, σῶμα γεωγραφίας·
Καὶ μάλα γ' ἀτρεκέως. Ἀλλ' εἰ πρίβωτον Ἀοιδὸν
Ἑλλάδιος εὐρυχόρου Καλλιέπεια λέγει,
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους οἷος κλέος Ἴλλος ἄροιτο;
Ὃς πριηγητὴν ἐξεπόνησε σοφόν·
Ὃς χθόνι, καὶ περάγεσσι, καὶ ἐν πολιέσσιν ἀλήτην
Ἦγε κατ' εὐθεῖαν δεξιὸς Εὐστάθιον.
Στυγνὲ Χάρων, ἦν αὖθις ἄνω πεπραγμένα δίζῃ,
Μηκέτι Παρνασσὸν, μηκέτ' Ὄλυμπον ἑλοῦ.
Ἡ γὰρ βίβλος ὄρος πέλεται· Τῆς δ' ἐκ πριωπῆς
Πάντα βλέποις, Κόσμος ἅσσα περ εὐρὺς ἔχει.

R. WIDDRINGTON
Græcæ linguæ Professor
Regius.

Ad

Ad eruditum DIONYSII

Τῦ ΠΕΡΙΗΓΗΤΟΥ

explicatorem.

QUi mare, qui terras, urbesque & flumina ponti,
Et toto humanum visit in orbe genus;
Eustathius, multa perfundens luce Poëtam,
Se comitem longæ præbuit esse viæ.
Phosphorus ille quidem, nitidum qui nocte remota
Nuntiat ætherei Solis adesse jubar.
Tu plenis fulges radiis, splendore coruſco
Sexta velut medium cum notat umbra diem.
Ante, Dionysum soli cepere Gigantes,
Tempora qui studiis longa dedere suis:
Nunc patet & pueris, & cum crescentibus annis
Crescit descripti plurimus Orbis amor.
Hoc Tibi debemus: celebris, Te interprete, Vates
Fit Lusus juvenum, qui Labor ante senum.

HENRICUS ASPALAXIUS
Coll. Regal. Cantabrigiæ.

In

In DIONYSII AFRI *Poëma de Situ Orbis*
à doctissimo viro

GUILIELMO HILLO

novis & Commentariis pariter & tabellis illustratum.

ORbem jam totum Dionysius Afer habebat,
Subdideratque sibi: non talem Europa Tyraunum,
Non Asia ipsa tulit; qui lege & compede gentes
Clauserit, atque ipsum qui vinxerit Ennosigæum,
Et maria, & terras, zonamque coegerit omnem
In numeros, metroque polos æquaverit ambos.
Denique non alius Pimpleo è vertice vates
Se dedit huc pronus, campo ut potiretur aperto,
Circuituque vago extremas appelleret oras:
Non alius qui Pegasio sic nectare cunctas
Perfunditque plagas, & mundum carmine complet,
Geographus & vates, pedibusque perambulat omnes
Quas Sol cunque sua collustrat lampade terras;
Terrasque tractusque, & climata cuncta pererrat
Sedulus, & magnæ sinuosa volumina matris
Describit radio, doctoque in pulvere pingit.
Hic Situs Orbis erat, nunc mortua terra resurgit
Artis Apollineæ (quid enim non carmina possunt?)
Luce nova radians, vivisque animata figuris.
Quam cito Mæonius mundum circumvolat ales,
Tædia dum fallit cantu, atque immensa viarum
Eludit spatia & placidis ambagibus orbem!
O quam nos circum, nos circum hic amabilis error
Ducit anhelantes ultra, indocilesque morari!
Nec metas cupimus, nec dum placet ultima Thule,
Odimus Herculeas, non est via longa, columnas.
Nunc vel ad Auroram, & Gangem, Gadesque remotas,
Distantesque licet, celeri transcurrimus ictu:
Æthiopasque etiam, extremos licet usque virorum,
Æthiopas geminos, & utrumque accedimus Indum.
Et te, Nile pater, quanquam caput abdere tentas,
Cernimus, & Pharii florentia rura Canopi,
Isiacasque aras, & te, latrator Anubi:
Nunc &, Memphi, tuæ liceat miracula terræ,
Pyramidum moles, regum & monumenta videre.
Nunc etiam Libyæ tuto calcamus arenas,
(Afer enim dux magnus adest, meliorque Catone)

Et

Et loca tosta siti, squalentiaque arva, nec ullo
Serpente impetimur, nisi dipsade plura videndi.
Nunc & Trinacriæ colles, Erycinaque Templa,
Et Siculi quondam florentia regna tyranni,
Atque Syracusæ nostro cognominis Afro
Regia se ostendunt: mox & Carthaginis altæ
Relliquias colimus, quæ, dum Annibal arma moveret,
De mundi imperio certaverat æmula Romæ:
Mox Siculum mare sulcamus, celsumque Pelorum
Radimus, aërii projectaque saxa Pachyni:
Tum procul horrificis resonantem incudibus Ætnam,
Læstrygonasque feros, vastisque Cyclopas in antris,
Sirenum & scopulos fugimus, Scyllamque latrantem.
Ææam hinc ultro ferimur, sed Moly recepto
Cyllenî, vitreæ damnamus pocula Circes.
Hinc nos ad se Europa vocat, pulcherrima mundi
Portio, ubi & flavas quam primum ostentat arenas
Nos rapit unda Tagi, mediisque immiscet Iberis.
Tendimus, Hesperius qua lambit littora Bœtis,
Dives ubi ingenii salibusque superba Latinis
Bilbilis, & doctos ubi Corduba jactat alumnos:
Mox etiam Italiam petimus, populumque potentem;
Mantuam adoramus, miramur Tuscula Tullî,
Et Livî tumulum Patavino agnoscimus agro.
Tum vehimur Tybri, æternamque invisimus Vrbem,
Templa Deûm, & circos, dominæ & capitolia Romæ.
Tum Gallos, Sueonasque, & fortia pectora, Belgas,
Vangionas, Batavosque truces, Cattosque rebelles;
Tum Siluras, toto & divisos orbe Britannos:
O patria, ô divûm domus Albion, inclyta bello!
O quam te memorem! quam nunc juvat usque morari,
Mirarique tuæ spectacula plurima terræ!
Fluviorum regem Tamisim, & Trinobantidos arces,
Mausolea, pharos, delubra, minasque ruinasque
Heu! Templi ingentes, pendentem & in aëre molem;
Tum Dubrin, & Madum, Rutupinaque littora Cantî;
Inde Coritanos, ustosque Aquilone Brigantes
Spectamus, qua Trenta fluit, qua Camus & Isis,
Quorum & uterque sacris Musarum allabitur hortis:
Nec te, nympha tamen tacitam, Sabrina, relinquam,
Cornaviosque tuos: mox & Devamque Monamque
Aspicimus; Tum putre solum, sed pinguis Iërne
Panditur, & Tuesi nimium vicina Caledon.
Quid mora? lustratis aliis nullo ordine terris,

Iam

Iam totos nos Hellas habet, prænobilis Hellas,
Græcia & armorum, Musarum & Græcia mater;
Hic Macetûm gentes, Agamemnoniæque Mycenæ,
Et Pylus, atque Argos, regioque minoris Atridæ:
Tum parvam at Magno gaudentem pignore Pellam,
Thessala tum Tempe, mox & Pandionis arces
Conspicimus læti, & doctas veneramur Athenas.
Insulæ item Ægæo in pelago, Lesbosque Samosque
Invitant; cupimus tum scire ubi mascula Sappho,
Natus ubi Arion, femore & Sophus inclytus aureo;
Et patriam magni Chion admiramur Homeri.
Trajicimus Tanaïm, atque Asiatica regna videmus,
Armeniam, Phrygiamque, sed heu! fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum; tota est jam Troja sepulchrum,
Pergamaque ipsa suis penitus jam mersa ruinis.
Inde Palæstinam, & Solyma, & Babylona superbam,
Arsacidumque domos, nec non regnataque Medis
Bactra, Scythasque truces, & inhospita littora Ponti:
Tum Susa, & Persas, magnique Palatia Regis;
Bosphoron, & Thracas, notos & vellere Colchos,
Assyriosque Arabasque, & tostos sole Sabeos.
Singula quid referam nostro spectanda Periplo,
Quæ innumera occurrunt? Sed enim & salebrosa viarum,
Et brevia, & Syrtes, atque acroceraunia saxa,
Cimmeriasque simul tenebras, obscura locorum,
Orbis & Afer habent (nec enim caret Africa monstris)
Sphingesque griphosque, & dignos vindice nodos.
En igitur novus Alcides demissus ab alto,
Idem monstrorum domitor, purgator & orbis
Impiger, Hillus adest, sacri vetus incola montis;
Expedit ille viam salebris, densasque tenebras
Discutit; ingeniique acie dumeta recidit,
Et complanat iter facile, atque ænigmata solvit:
Hinc nova jam rerum facies, & nube remota
Lux oritur, nitidisque remidet terra figuris.
Ergo etiam annosi stabit dum machina mundi,
Sedibus antiquis tellus & fixa manebit,
Atque idem Situs Orbis erit, cantabitur Afer,
Et Dionysiacæ florebit fama camœnæ,
Qua rotat astra polus, qua sidus currit utrumque;
Tuque adeo, Interpres, toto celebraberis orbe,
Hillus & Hesperiis, atque Hillus notus Eois.

JACOBUS DUPORT S. T. B.
Coll. Trin. Cantabrig.

In DIONYSII AFRI *Poëma Geographicum*
ab eruditiſſimo viro,

D. GUILIELMO HILL
tabellis & notis illuſtratum.

EDe tuum, Montane, optantibus, ede libellum;
Nec prohibe excultum quo minus extet opus.
Pars quota terrarum eſt ubi non tibi debitor? *Euge*
Hinc aliquis clamet, clamet & inde σύφως:
Et velut extenſis digitis, *an epiſtola venit*
Ad me, quiſque rogat, quando veredus adeſt;
Sic libro proſtante tuo Librarius ante
Fit jam Mercator, conſtituitque forum:
Da mihi primus ait, *mihi porrige* deinde ſecundus,
Dum pede ſtant uno, dum premit umbo latus.
Res hæc quid ſibi vult, oracula dicite; in una
Nempe Mathematicus, nempe poëta, cute.

RO. WHITEHALL Med. Bac.
Coll. Mert. Oxon. Socius.

In

In DIONYSII Περιήγησιν τῆς Οἰκουμένης

A

GUILIELMO HILLO

lucidissime explicatam.

Portitor æthereas cum conscendisset ad auras
(Dum staret Stygiis linter inanis aquis)
Et Maiæ cum prole locum disquireret, unde
Prospiceret geminum tutus uterque polum,
Carminibus binis Ossæ superaddit Olympum
Mæonides, montes montibus accumulans:
His superimpositus totum circumspicit orbem
Hillus, *& Eoas Hesperiasque domos.*
Hinc homines, Vrbes, populos, fluvios, freta, campos
Conspicit, & toto quicquid in Orbe patet;
Omnia luminibus lustrat, signatque tabellis,
Atque oculis præbet conspicienda tuis.
Qua spectatus Atlas, qua Pelion, Ossa & Olympus,
Qua reliqui montes, notus & Hillus *erit.*
Qua situs Orbis erit, necnon Dionysius Afer,
Eustathius notus, notus & Hillus *erit.*

Mantua Virgilium jactat, Verona Catullum;
Miratur vatem Bilbilis ora suum;
Gloria turrigeræ numerosus Horatius Vrbis;
Cui Venus Appuliis nomina fecit agris.
Mæoniden Salamis, Colophon, Chios, Argos, Athenæ,
Smyrna, Rhodosque; Hillum *totus at Orbis amat.*

Ὁ πορθμεὺς, Charon sc.

Vid. Luciani Dialog. qui inscribitur Χάρων, ἢ ἐπισκοποῦντες.

ἑπτὰ πόλεις, &c.

GUIL. DUGARD Scholæ Mercatorum-Scissorum Moderator.

***

Præ-

Præfatio ad Lectorem.

Lectori φιλολόγῳ Guilielmus Hill

S. D.

IN feraciſſimo licet ſcriptorum ſeculo, in quo inopes ſtudioſos ipſa fere copia fecit, operæ pretium tamen me facturum ratus ſum, ſi in illuſtrando Dionyſio τῷ περιηγητῇ aliquid opellæ collocarem. Neſcio enim an alius è toto Græcorum poetarum choro (è quorum albo auctorem hunc noſtrum eximendum non cenſeo) ſtudioſorum uſui commodior eſſe poſſit, quippe qui utile dulci, tanquam Chio Falernum, miſcuit. Si materiam ſpectes, ſumma in ea utilitas; antiqua ſcil. Geographia, hiſtoriæ lux & oculus alter, ex Eratoſthene & aliis traditur: qua, tanquam mutuatitia dioptræ ope, longinqua intueri licebit, & ipſa locorum idea animis impreſſa fidelius res geſtæ animo inſculpantur. Si ſtylum (quamvis in materia, ut queritur Mela, eloquentiæ minime

nime capace) is floridus & terſus eſt, epithetis denſus, figuris variis, quaſi tot floſculis, pictus, in quo denique omnes Gratiæ & Veneres elucent. Ita poeticum nectar ſtudioſa juventus, tanquam ex Caſtalio fonte, hinc imbibat, & Geographiæ ſimul utilitatem ex eodem fonte hauriat. Sed quid tu, inquies, poſt Euſtathium? quid poſt opimam illius meſſem præter ſpicilegia tibi reſtabit? Equidem Euſtathium (quem in multis ſuſpicio) juventutis manibus terendum cenſeo; ipſe quidem quod in eo melleum inveni, tanquam ſedula apis, in alveare hoc detuli: ſed *Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ*; ideo Euſtathii Commentarios, qui jam pridem deſiderari cœperunt, hiſce noſtris adjungere libuit, ſi bibliopola è re ſua futurum cenſuiſſet. Verum ut tanto viro detrahere non eſt animus, nec cornicum, quod aiunt, oculos configere; ita quædam in eo deſiderari non ad ornatum tantum ſpectantia, verum quibus ipſa hujus operis fundamenta innituntur, cogor fateri. Grammaticum quidem magnum fuiſſe nemo, niſi Zoilus plane, negabit: nihil interim obſtat quin nos pumiliones gigantis illius humeris inſiſtentes nonnunquam aliquid ultra proſpiciamus: at Geographiæ rudem fuiſſe ſi quis non videat, ſibi aut oculos aut ani-

mum deesse hoc ipso fatebitur. Dionysio quidem condonandum (cui ut poetæ sic diserto esse licuit) quod fabulas, tanquam condimenta, austeriori Geographiæ quandoque admiscet, ut delicatioribus palatis adblandiatur. Hic vero, à quo, ut interprete, veritas jure exposci potest, dum in fabulis recitandis sibi nimium indulget, & quicquid apud fabulosos scriptores occurrit temere converrit, veræ Geographiæ & historiæ fidem corrumpit. Equidem veritatis, quantum licuit, indagandæ studiosus fui: fabulas rarius attigi, nisi cum in auctore ipso explicandæ occurrerent; tum vero stigmate aliquo inusto eas notavi, ne lectori imponant, sed prima fronte à meliore historia dignosci possint. Solida expetit lector discendi avidus, siliquis istis non pascitur. At si nucleum aliquem sub cortice latere deprehendi, eum sedulo eruere conatus sum; Theologica præsertim mysteria, remotis fabularum involucris, referare, & lectorem quasi in adyta ista ducere. Geographica optimi cujusque auctoris sententia stabilivi, ut habeat lector cui tuto innitatur, nec dubia opinione pendulus fluctuet. Rarius quidem ipsa auctorum verba recitavi, ne notæ hæ (quæ instituti rationem jam excesserunt, dum in senticetis quibusdam diutius hæsi, ut impeditam

peditam per veterum Geographiam viam lectori complanarem) in giganteum volumen excreſcerent: loca tamen qua decuit fide perpetuo annotavi, ut ex ipſo fonte bibere poſſit, cujus ſiti ex ciſternis hiſce noſtris non ſatisfit. Si quando diſcrepantes auctorum ſententiæ occurrerint (qui quidem ſcopuli haud parum moræ mihi fecerunt, qui Sirenios fabularum cantus obturatis auribus tranſire potui) ſingulas conferre, & pro judicii noſtri modulo expendere conatus ſum. Suum interim cuique judicium liberum relinquo: neque enim idem omnibus guſtus; neque una antliaè puteo, in quo latere dicitur, veritas hauritur. Tabulas quaſdam Geographicas addere placuit, quibus non modo loca ea quorum meminit Dionyſius, verum & omnia celebriora quæ apud veteres occurrunt, diligenter appinximus, ut antiquam Geographiam, hiſtoriæ lampadem futuram, vel pueri, dum librum hunc manibus terunt, ſenſim ſine ſenſu imbibant. Grammatica, ſiqua majoris momenti fuere, Commentariis ipſis inſeruimus: minutias in uſum tyronum ſeorſim annotavimus, ne vel illorum ſtudiis deeſſe videremur (cum ſcholis hunc utiliſſimum, ob Geographiæ fructum auctarii loco accedentem, præ reliquis poetis Græcis futurum ar-

bitremur) vel tricæ istæ & apinæ gravioribus rebus obstreperent, & doctiorum palatis farrago ista nauseam pareret. In gentium aut locorum Etymologiis indagandis non obvia quæque arripui: sed conjecturas probabiles ex rebus ipsis petitas fabulis prætuli; & ubi veræ, aut verisimiles saltem, non suppeterent, silere malui quam fabularum historiæ nomine imponentium præstigiis plurimorum more lectori illudere, & ab hominum nominibus ex industria confictis locorum omnium originem petere. Impostura ista in obscuris latentior, in evidentibus erumpit; ut dum Æthiopiam ab Æthiope Vulcani filio nominatam, & Italiam Hesperiam dictam ab Hespero rege quidam insulse fabulantur, cum etyma ipsa non ψευδώνυμα vel tyronibus linguæ Græcæ manifesta sint. Sed in nominibus quibus nulla cum Græca lingua cognatio major fingendi audacia, quippe securitas ibi major: ideo vix ulla gens barbara est, vix regio aut civitas, quin terrigenam aliquem mox exilire faciant qui indito nomine eam sibi adoptet. Is eorum mos est, quos ignorare pudet, mentiri non pudet: nec de Græculis tantum verum est, quod *quæ nesciunt ea fingunt*, ut à Clarissimo Salmasio * de iis notatum, quem honoris causa

* *Plin. exerc.*

nomi-

nomino, quippe quem, dum aliud agit, auctori noſtro plurimum lucis attuliſſe lubens fateor. Henrici Stephani, viri de literis Græcis optime meriti, interpretationem Latinam apponi curavi; quam quidem immutare religio mihi fuit: ſi quando ab ejus ſententia diſcedere cogat mihi maxime amica veritas, ea rationum momenta quæ me alio inclinarunt æquo lectori penſitanda relinquo. Expectet forſan aliquis ut de auctoris patria, & tempore quo vixerit, ſententiam meam proferrem: ſed Delio natatore opus eſt, ut res adeo obſcuras, & in profundo latentes, ſagaci indagine eruat. Eum quidem ſub Domitiani imperio, aut paulo poſt, ſcripſiſſe (licet imperante Auguſto aut Nerone viguiſſe ſtatuat Euſtathius) è verſu 208 elicitur, ubi excidii Naſamonum Romanis rebellantium (quod quidem ſub Domitiano accidiſſe à Salmaſio περὶ πάνυ recte notatum, ut ſuo loco probamus) tanquam recentis meminit, cum vacuas domos & ea nuperi belli veſtigia quæ tempus delere ſolet, tunc conſpicua fuiſſe declaret. Non paucis eum Afrum fuiſſe Euſtathius perſuaſit; ſed nec tanti apud nos eſt nuda illius viri auctoritas, nec (quod in ejus rei argumentum arripit) quod περιήγησιν ſuam ab Africa ordiatur; cum nec Ptolemæus nec

Strabo ab ea orbis parte in qua ipsi degebant descriptiones suas auspicentur ; & majoris certe momenti in contrarium sit, quod toti Africæ describendæ vix tantum operæ impendit quantum Græciæ soli, aut uni Asiæ regioni : neque enim eam, si ipse Afer fuisset, tanquam de terra incognita loquens, & in patria sua hospes, pauciſſimis perstringeret. Verisimilius est natione Græcum fuisse, quod statuit Suidas, sive ex ipsa Græcia, sive ex proxima Asia, aut aliis regionibus vicinis, tum quod Græco nomine appellatus sit, tum quod lingua Græca, his vernacula, scripserit (cui Afri, nisi iis Ægyptios accenseas, minus assueverant) tum quod in iis regionibus describendis, quasi in scena propria versatus, fusissime expatietur. Sed cum Suidas Διονύσιον εἰκαμψίτην modo Dionysio Milesio, modo Corinthio, modo Samio aut Rhodio, modo Byzantio tribuat, ut tot fere urbes pro Dionysio nostro quot pro Homero certent, quid hic faciet veritatis studiosus ? cui sententiæ assentietur ? An Afrum è Nomadum genere, an Græcum è vaga Pelasgorum gente statuet ? Conjecturam quidem meam, sed timide, proposui in vers. 138. ubi videre est in eorum sententiam me maxime propendere qui Byzantium ejus patriam statuunt ; sed ipsum Apollinem Del-

phicum,

phicum, si de re adeo dubia consultus fuisset, non nisi anceps aliquod responsum redditurum fuisse arbitror. Si quis tandem natalem Homeri locum mihi ostenderit, eidem ego talionem rependam Dionysii nostri patriam indicando. Sed aurum & gemmas pro rei ipsius pretio æstimamus, quocunque tandem sub cœlo nascantur: nec auctoris nostri gloriam offuscare potest natalium obscuritas, cum insita, solis instar, luce resplendeat. Siquas nubes ego depulerim, ut clarius effulgeat, tibi gratulor, lector, mihi gaudeo; sin humanitus aliquando lapsus fuerim, in Etymologicis præsertim conjecturis, errata admonitus facile agnoscam, & tu facilis, uti spero, ignosces. Si *sine pane satur* fieri non potes, his mecum fruere; bellaria alibi quærenda.

Bene-

Benevole Lector,

CUm longius à prælo auctor abfuerit, errata quædam Typographica irrepſerunt, præſertim in Appendicem, ſub quo nomine & Indices Geographicos auctor comprehendit. Ex his ſiqua Orthographiæ leges nonnihil violent, aut σολοικοφανὲς quiddam efficiant, auctori fraudi ne eſto. Sequentia vero, quæ tibi erroris anſam præbere poterant (cui potius quam famæ propriæ conſultum voluit auctor) calamo antequam aliquid legis emendare ne pigeat. Siqua in textum irrepſerint, ea indagandi otium non fuit: interim in margine textus pag. 13. pro *politis* -- poſitis ſubſtituatur: pag. 16. pro ῥαθὶ ſcil. -- Padi ſcil.

In Commentariis errata ſic corrige.

Pag. 5. lin. 11. pro *nomenclatoribus* -- nominis auctoribus
p. 6. lin. 28. pro τεμφῆς -- τεμφὴ
p. 12. lin. 16. pro *proprius* -- propria
p. 120. lin. 8. poſt ἑτέρωθι addatur colon (:)
p. 121. lin. 18. poſt *vicina*, adde -- aut contra illam ab hac
p. 148. lin. 8. poſt *Quod* adde -- Britannia
p. 159. lin. 4. poſt Κωλιάδος addatur comma (,)
p. 206. lin. 13. poſt ἐρατεινὸν adde -- Non conſtat
p. 258. lin. 33. pro *Europæ* -- Aſiæ
& lin. 34. pro *Arabiæ* -- Aſiæ

In Appendice.

p. 3. lin 27. pro *continuentur* -- continuetur
lin. ult. pro *firmari* -- firmavi
p. 4. lin. 3. pro *Saria* -- Sarra.
lin. 18. pro *nata* -- nota
lin. 20. pro *Varatem* -- Daratem
p. 6. lin. 3. pro *in explorato* -- inexplorata
p. 7. lin. ult. pro *illuſtrant* -- illuſtrent

In

In Geog. Inſtit.

p. 1. lin. 27. pro *ſitu* -- ſinu.
lin. 29. pro *diverſa* -- diviſa
lin. 30. pro *nominantur* -- nominatur.
p. 3. lin. 14. pro 160 -- 360.
lin. 16. pro *Veado* -- Verde
p. 4. lin. 8. pro *Palalleli* -- Paralleli

In Indice Geographico in Dionyſium.

In nomine Ætolia pro *Wiceta* -- Niceta
In nom. Arachoſia pro *Gedioſiæ* -- Gedroſiæ
In nom. Armeniæ mons pro *Pæyarden* -- Paryarden
In nom. Bactriana pro *Aſtigias* -- Iſtigias
pro *vocat* -- vocatur
In nom. Carpathus pro *Sarpanto* -- Scarpanto
In Cercinna pro *Cherecheni* -- Chercheni
Pro *Continuſa* 456. *verſ.* 850. -- Cotinuſa verſ. 456. vide Gades
In Cyrene pro *Barzæ* -- Barcæ
Pro *Elias* -- Elais
In nom. Fretum Herc. pro *Stratto* -- Stretto
In nom. Hyllæi pro *Taru* -- Trau
In nom. Hypanis pro *Male* -- Mela
Pro *Liucopena* -- Leucopetra
In nom. Liburnides pro *Curieta* -- Curicta
In nom. Lilybæum pro *Capa* -- Capo
Pro *Lybre* - Lyrbe
Pro *Marcones* -- Macrones
In Media pro *Sarach* -- Sarch
In nom. Plotæ pro *Ætoliæ* -- Æoliæ
In nom. Rhæti pro *Gidaris* & -- Graias
In nom. Salmonium pro Ptol. *Sarmonium* } Ptol. Samonium
In Samothracia pro *Sarmothracia* -- Samos Thracia
Pro *Sanius* -- Samus
In nom. Thybris pro *Teverie* -- Teveri
In nom. Troglodytæ pro *Abismiæ* -- Abiſſiniæ

In linea Africæ Indici ſubſcripta.

Poſt *in Indice* adde -- ſuperiore

In Indice Hiſpaniæ, Galliæ, Britanniæ, &c.

In nom. Artaunum pro *Wutzburgh* -- Wurtzburg
In nom. Blani pro *Ebbani* -- Eblani
In nom. Cadurci pro *Luerci* -- Querci
Deleantur quæ de Dur. flu. exarata ſunt
In nom. Finni pro *Flandria* -- Finlandia
In Iſtria pro *pegio* -- regio
In Italica pro *Alcana* -- Alcala
In Medulli poſt *Breſſe* adde -- horum & Seguſianorum ſolum occupat.
In nom. Mediolanum pro *Caliſpina* -- Ciſalpina
In Mediolanium pro *Sainetes* -- Saintes
Pro *Mataris* -- Metaris
Pro *Nemets* -- Nemetes
In Nicæa pro *Nazza* -- Nizza
Pro *Naiodunum* -- Noiodunum
Pro *Oſiſynii* -- Oſiſmii
Pro *Penniæ* -- Penninæ
In Salenæ pro *Cheſtelfeild* -- Cheſterfeild
Pro *Serbium* -- Serbinum
Pro *Taururum*, *ſeu* -- Taurunum, ſeu
In nom. Tibiſcum pro *Razio* -- Lazio
In Venetia pro *Macca* -- Marca
In nom. Volcæ pro *Tectoſagiæ* -- Tectoſagæ.

Quandoquidem Dionyſius ex tribus Typographiis prodierit, lectorem monitum velim, Textum Græcum cum Interpretatione Latina apud *Th. Newcomb*, Commentarium cum Indice Rerum & Verborum apud *R. Daniel*, Appendicem vero & Inſtitutiones Geographicas una cum Indicibus aliis apud *G. DuGard* excuſa fuiſſe.

Monita de inſerendis Tabulis Geographicis, quarum 4 ad Textum & totidem ad Comment. & Indicem ſpectant.

Tabula univerſalis vetus ante Textus pag. 1.
Africæ Tabula antiqua poſt pag. 10.
Europæ Tabula antiqua poſt pag. 18.
Aſiæ Tabula antiqua poſt pag. 38.

Italiæ, Græciæ, & Aſiæ min. Tabula antiqua poſt Comment. pag. 88.
Syriæ, Ciliciæ, & Ægypti Tabula antiqua poſt Comment. pag. 237.

Tabula nova totius terrarum Orbis ante Appendicem.
Europæ Tabula nova ante Indicem omnium ultimum.

DE usu notarum quæ textui interseruntur (quas tyrones soli respiciant, docti cum contemptu prætereant) consulatur præfatio Grammaticarum annotationum Systemati præfixa: interim lectorem hæc monitum velim.

In Textu Græco notæ Arithmeticæ 1, 2, 3, 4, &c. figuras notant (ad quas & dialecti referuntur) in Synopsi (quam solam in facilioribus consulendam censeo) iisdem notis signatas.

Nota † consulendum esse in difficilioribus quibusdam uberius Figurarum Systema innuitur; in quo vox sic signata pro exemplo allata invenietur, & qua ratione mutatio facta sit explicabitur.

Asteriscus * de re aliqua ad Grammaticam spectante consulendum esse eo in loco Commentarium indicatur, cui non modo Geographica verum & Grammatica quædam majoris momenti subinde inseruntur.

Nota hac // indicatur variam aliquam lectionem, ab editis plerisque diversam, in exemplaribus quibusdam à Stephano olim repertam; aut mihi ipsi arridere, ubi notæ // *lego* subjungitur.

Quod ad voces spectat interpretationi Latinæ in margine adjectas, & his notis † aut // signatas, sciat lector Hen. Stephano olim placuisse difficiliora quædam auctoris loca quasi paraphrasi quadam explicare, cujus interpretationem vel in vocula immutare mihi religio fuit. Eam, prout ab ipso

ipso edita est, sartam tectam tibi exhibeo. Sed visum est mihi, præter ea quæ explicationis causa ab ipso addita, nonnulla ejusmodi in tyronum gratiam, quos Commentarium crebro consulere fortasse pigebit, margini Latino inserere, eaque hac nota signavi †.

Quod si lectio aliqua ab editis plerisque diversa, aut interpretatio à Stephani sententia aliena, mihi arriserit, notam hanc apposui //.

Siqua duriora videantur, Commentarium consulat Lector, atque interim censuræ parcat.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ * ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

‖ ἄσπετα.

Ἀρχόμενός γαῖάν τε καὶ εὐρέα πόντον ἀείδειν, 1
Καὶ πολιὰς, πόλιάς τε, καὶ ἀνδρῶν *‖ ἄκριτα φῦλα, 2
Μνήσομαι [41] Ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου, ἐν δὲ ἑκείνῳ 3
[77] Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος, * ἐσεφάνωται. 4
Οὐ μὲν πᾶσα * διαπρὸ πρεσβρομος, ἀλλὰ διαμφὶς 5
‖ Ὀξυτέρη * ‖ Εὐρυτέρη [24] βεβαῶτα πρὸς [5 41] ἠῶιόν κελάδοντες· 6
Σφενδόνη [4] οἰκίζουσα. μίαν δέ [77] ἑ κἀκεῖθεν [1] ἔδεσαν 7
‖ Πρῶτον μὲν Λιβ. καὶ πρωτώτιν μὲν Λιβ. ‖ θερεσόταλον. [2] Ἄνθρωποι [12] τειαῆσιν ἐπ' [11] ἠπείρησι [21] δάσαντο· 8
[72] ‖ Πρῶτα μὲν [54] ἓν Λιβύῃ, μετὰ δ' Εὐρώπην, [37] Ἀσίην τε. 9
Ἀλλ' ἤτοι Λιβύη μὲν ἀπ' Εὐρώπης ἔχει [4] ἔθνος 10
Λοξὸν ἐπ' [12] ἠπείρου, [55] Γαδειρίδα τε καὶ στόμα Νείλου· 11
Ἔνθα ‖ βορεόταλον πέλει μυχὸς [41] Αἰγύπτοιο. 12
Καὶ * τέμνον πρὸς [41] Ἀμυκλαίοιο Κανώβου. 13
Εὐρώπην δ' [37] Ἀσίης Ταναΐς [34] διὰ [10] μέσσον ἔρυκεν· 14
(Ὃς [53] ῥάθ' ἑλισσόμενος [61] γαίης διὰ [17] Σαυροματάων, 15
Σύρτεις) ἐς [37] Σκυθίην τε καὶ [28] ἐς Μαιώτιδα λίμνην) 16
* Πρὸς [37] βορέην, νότον δὲ [4] μεσόθεον Ἑλλήσποντος· 17
‖ νοτιώτερον. Σῆμα δ' ὑφορᾶται ‖ νοτιώταλον [28] ἐς στόμα Νείλου. 18
Ἄλλοι δ' [11] ἠπείρησι [35] διὰ χθόνα νοσφίζουσιν. 19
Ἰθμὸς ἄνω τέταλαί τις * ὑπέρλατος * Ἀσίδος [20] αἴης, 20
[81] Κασπίης τε * μεσηγὺ καὶ [41] Εὐξείνοιο θαλάσσης· 21
[20] Κεῖνον δ' Εὐρώπης [37] Ἀσίης θ' ὅρον ὑδάξαντο. 22
Ἄλλος δ' αὖ μακρὴν καὶ * ἀθέσφαλος ἐς νότον * [98] ἕρπει, 23
[10] Ἀρράσιος [41] κόλπου καὶ [41] Αἰγύπτοιο μεσηγύ· 24
[93] Ὃς ῥά τε νοσφίζει Λιβύην Ἀσίηθεν [20] αἴης. 25
Τοῖα μὲν ἀμφ' [4 11] ἕρσησι βροτοὶ διεμοιρήσαντο. 26
‖ δὲν. Πάντη δ' [53] ἀκαμάτῳ φορέει ‖ ῥόος [41] Ὠκεανοῖο, 27
Εἷς μὲν [1] ἐών, [12] πολλῇσι δ' [12] ἐπωνυμίῃσιν [3] ἀρηρώς. 28
Ἦτοι ὁ μὲν * Λοκροῖο παρ' ἐσπερὸν [41] ζεφύροιο, 29
[76] Ἄτλας ἑσπέριος [2] † κυκλήσκεται· αὐτὰρ ὕπερθεν 30
Πρὸς [37] βορέην, ἵνα * [56] παῖδες ἀρειμανέων Ἀειμαιῶν, 31
Πόντου [77] μὲν καλέουσι πεπηγότα τε, Κρονίου τε· 32
Ἄλλοι δ' αὖ καὶ [98] νεκρὸν ἐφίμισαν, [4] εἵνεκ' ἀφαυροῦ 33
[5] Ἠελίου. βεβάλιον γὰρ [4] ὑπείρ ἅλα [73] πλώουσι φαεινὴ, 34
[4] Αἰεὶ δὲ [12] σκιερῇσι παχυίῃ ἐν [12] νεφέλῃσιν. 35

Λυπὰς

32 Pontum ipſum vocant congelatúmque, Saturniúmque.
33 Sed alii mortuum quoque dixerunt, propter debilem
34 Solem: tardiùs enim ſuper mare hoc lucet, 35 Semper
autem tenebricoſis craſſeſcit in nubibus.

36 At

TERRÆ UNIVERSÆ Veteri cognitæ Tabula Dionysio accommodata.
Oceanus Atlanticus
Insulæ Britannicæ
Scandinavia
Mare Cronium
Sarmatia Asiatica
Sarmatia Europæa
Oceanus Boreal.
Germania
Europa
Dacia
Euxinus
Scythia
Caspium Mare
Sogdiana
Bactria
Hispania
Gallia
Pontus
Asia minor
Armenia
Hyrcanium Mare
Parthia
Aria
Paropamisus
Mare Hesperium
Mare Mediterraneum
Syria
Palestina
Arabia
Assyria
Susiana
Persis
Carmania
Arachosia
India intra Gangem
Mauritania
Numidia
Africa propria
Cyrenaica
Lybia Exterior
Ægyptus
Arabia Deserta
Arabia Felix
Sinus Persicus
Gedrosia
Libya Interior
Garamantes
Nigritæ
Phazania
Æthiopia Interior
Æthiopia sub Ægypto
Troglodytæ seu Erembi
Azania
Barbaria
Mare Rubrum
Oceanus Æthiopicus
Sinus Hesperius
Agisymba
Cerne
Dion.
Nilus
Palus
Rapta
Aromata
Dioscoridis Ins.
Taprobane Ins.

DIONYSII
ORBIS DESCRIPTIO.

[1] INcipiens terram & latum mare canere, [2] Et fluvios, urbêsque, & hominum nationes quæ præ multitudine vix discerni possunt, [3] Mentionem faciam Oceani profundè fluentis; illo enim [4] Tota tellus, tanquam insula immensa & interminata, est cincta: [5] Non tamen tota prorsus rotundum circuitum habens, sed utrinque [6] † Latior, vergens ad solis vias: [7] Fundæ similis. Una autem ipsa quamvis sit, [8] Homines tres in continentes partiti sunt: [9] Primùm quidem Lybiam, deinde verò Europam, Asiámque. [10] Sed certè Lybia quidem ab Europa habet terminum [11] Obliquum in lineis, Gades, & os [ostia] Nili: [12] Ubi maximè borealis est recessus Ægypti, [13] Et fanum percelebre Amyclæi Canobi. [14] Europam autem ab Asia Tanais in medio disterminat: ([15] Qui quidem volvens se per terram Sauromatarum, [16] Trahitur in Scythiam & in Mæotidem paludē) [17] Versus boream, australis autem disterminatio [terminus medius] Hellespontus: [18] Sed limes est ultrà porrectus magis australis versus os [usque ad os] Nili. [19] Alii autem continentibus terram separant. [20] Isthmus sursum porrectus est quidam † supremus Asiaticæ terræ, [21] Caspium inter & Euxinum mare: [22] Illum autem Europæ Asiæque terminum dixerunt. [23] Alius verò longus & immensus in austrum serpit, [24] Arabicum sinum & Ægyptum inter, [25] Qui quidem separat Lybiam ab Asiatica terra. [26] Talia sanè de terminis mortales vulgarunt. [27] Circumquaque porro infatigati fertur fluxus Oceani, [28] Unus quidem, sed multis cognominibus instructus. [29] Nempe qui est ad Locri extremitatem zephyri, [30] Atlas [Atlanticus] & occiduus nuncupatur: verùm desuper [31] Ad boream, ubi pubes Marte furentium Arimaſporum, [32] Pontum ipsum vocant congelatúmque, Saturniúmque. [33] Sed alii mortuum quoque dixerunt, propter debilem [34] Solem: tardiùs enim super mare hoc lucet, [35] Semper autem tenebricosis crassescit in nubibus.

† Magis extensa.

† in Boreâ aliſſimâ parte, v. v. 30 & 31.

 [36] At

Αὐτὰρ ὅθι * πρώτιστα φαείνεται [11] ἀνθρώποισιν, 36
Ἠῷον καλέουσι καὶ Ἰνδικὸν [56] οἶδμα θαλάσσης. 37
Ἄγχι δ' [3] * Ἐρυθραῖόν τε καὶ [79] Αἰθιόπον καλέουσι, 38
|| ἀγκὼν Πρὸς νότον· ἔνθα δὲ [50] πολλὸς ἀοικήτου χθονὸς || * αὐλὼν 39
Ἐντέταται Ἐκτέταται, μαλεροῖσι κεκαυμένος * [5] ἠελίοισιν. 40
Οὕτως Ὠκεανὸς [65] περιδέδρομε γαῖαν ἅπασαν, 41
|| Τοῖος [10] || Τόσσος [1] ἐὼν, καὶ τόσσα μετ' ἀνδράσιν [4] ὀνόμαθ' ἕλκων. 42
ἐὼν, καὶ * Κόλπους δ' ἔνθα καὶ ἔνθ' [98] ἀπορεύγεται ἔνδοθι βάλλων 43
τοῖα μετ'. Εἰς ἅλα· τυτθοὺς μὲν πλέονας, * [36] πίσυρας δὲ μεγίστους. 44
|| τέμνει. Ἤτοι μὲν πρώτιστος, ὃς * ἑσπερίην ἅλα || τίκτει, 45
Συρόμενος Λιβύηθεν ἔσω Παμφυλίδος [20] αἴης. 46
Δεύτερος αὖτ' * ὀλίγος μὲν, ἀτὰρ * προφρέστατος ἄλλων, 47
[53] Ὅς τ' * [20] ἀποκιδνάμενος κρονίης ἁλὸς ἐκ [41] βορέαο, 48
Κασσίῃ * αἰπὺ ῥέεθρον ἐπιπροΐησι θαλάσσῃ, 49
[54] Ἥντε καὶ Ὑρκανίην ἕτεροι διεφημίξαντο. 50
Τῶν δ' ἄλλων, οἵτ' εἰσὶν [49] ἀπαὶ [37] νοτίης ἁλὸς ἄμφω, 51
Εἷς μὲν ἀνώτερός ἐστι, τὸ Περσικὸν οἶδμα προχεύων, 52
[72] Ἀντία [81] Κασσίης τετραμμένος * ἀμφιτρίτης· 53
Ἄλλος δ' [10] Ἀῤῥαβικος κυμαίνεται ἐγγύθι κόλπος, 54
|| κόλπου. Εὐξείνου || πόντου νοτιώτερον [98] ὁλκὸν [28] † ἑλίσσων. 55
[10] Τόσσοι μὲν κόλποι βαθυκύμονος [41] Ὠκεανοῖο, 56
Οἱ [27] μείζους· ἄλλοι δέ τ' ἀπειρέσιοι [24] γεγάασι. 57
Νῦν δ' ἁλὸς ἑσπερίης [19] ἐρέω πόρον, ἥτ' ἐπὶ πάσας 58
|| ῥοθίοισιν Ἠπείροις λοξοῖσιν ἐπιστρέφεται || [10] πελάγεσσιν· 59
Ἄλλοτε μὲν [11] νήσοισι * περίδρομος, ἄλλοτε δ' αὖτε 60
Ἢ ὀρέων ἢ [98] πέζαν ὑποξύουσα [38] πολήων. 61
[97] Ὑμεῖς δ', ὦ Μοῦσαι, σκολιὰς [64] ἐνέποιτε κελεύθους, 62
Ἀρξάμεναι στοιχηδὸν ἀφ' [76] ἑσπέρου [41] Ὠκεανοῖο. 63
Ἔνθά τε καὶ στῆλαι περὶ τέρμασιν Ἡρακλῆος 64
[24] Ἑστᾶσιν (μέγα θαῦμα) παρ' [9] ἐσχατόωντα Γάδειρα, 65
* Μακρὸν ὑπὸ πρηῶνα πολυσπερέων Ατλάντων· 66
[53] Ἠγί τε καὶ [4] χάλκειος ἐς οὐρανον [65] || ἔδραμε κίων. 67
|| ἔδραμεν αξον. * Ἠλίβατος, πυκινοῖσι καλυπτόμενος [7] νεφέεσσι. 68
Πόντος μὲν πρώτιστος Ἰβηρικὸς [11] ἀρχομένοισιν 69
Ἐγκέχυται, [54] ὅς πέρ τε καὶ Εὐρώπης πέλει ἀρχὴ, 70
Καὶ Λιβύης. [10] μέσσος γὰρ ἑλίσσεται [17] ἀμφοτεράων. 71
Στῆλαι δ' ἔνθα καὶ ἔνθα παρὰ [12] πλευρῇσι [51] * κέονται, 72
Ἡ μὲν ἐπ' Εὐρώπην, ἡ δ' ἐς Λιβύην [9] ὁρόωσα, 73
[73] Τὸν δὲ μετεκδέχεται [76] Γαλάτης ῥόος, ἔνθά τε γαῖα 74
Μασσαλίη τετάνυσται, ἐπίστροφον ὅρμον ἔχουσα. 75
|| ἠπείροισι. [5] Ἐξείης δ' ἐπὶ τοῖσι Λιγυστιὰς ἕλκεται ἅλμη. 76
Ἔνθ' [56] Ἰταλῶν [50] † υἷες ἐπ' || ἠπείροιο νέμονται, 77

Εκ

56 At ubi primùm apparet hominibus, 57 Eoum vocant atque Indicum fluctum maris. 58 Propè autem Rubrúmque ac Æthiopum appellant, 59 Ad austrum : ubi certè multus non habitatæ terræ tractu s 40 Extensus est, fervidis ustus solibus. 41 Sic Oceanus circumcurrit terram universam, 42 Tantus, & talia inter homines nomina trahens. 43 Sinus autem hinc inde eructat, introrsum mittens 44 In mare : parvos quidem plures, quatuor verò maximos. 45 Scilicet primus, qui † occiduum mare gignit, 46 Tractus è Libya intra Pamphylicam terram. 47 Secundus autem, exiguus quidem, sed || potissimus aliorum, 48 † Qui separatus à Cronio [Saturnio] mari, à borea, 49 Caspio || profundum fluentum intromittit mari: 50 Quod etiam Hyrcanium alii nuncuparunt. 51 At aliorum [sinuum] qui sunt ab australi mari ambo, 52 Unus quidem superior est, Persicum fluctum profundens, 53 Contra Caspium versus mare: 54 Alter verò Arabicus fluctuat juxta sinus, 55 Euxino ponto magis australem † sulcum volvens. 56 Tot quidem sinus procellosi Oceani, 57 Majores: verùm alii etiam innumeri sunt. 58 Nunc autem maris occidui referam meatum, quod ad omnes 59 Continentes tortuosis convertitur pelagis : 60 Aliàs quidem insulis circumfluum, aliàs verò 61 Aut montium aut oram subradens urbium. 62 Vos verò, ô Musæ, difficiles referte vias, 63 Auspicatæ ordine ab occiduo Oceano. 64 Ubi etiam columnæ in finibus Herculis 65 Stant (ingens miraculum) ad extremas Gades, 66 Alto sub monte [montis cacumine] longè latéque disperforum Atlantum. 67 Ubi etiam ænea in cœlum excurrit columna, 68 Excelsa, densis operta nubibus. 69 Pontus quidem primus Ibericus incipientibus 70 Infunditur, qui & Europæ est initium 71 Et Libyæ. nam medius volvitur ambarum. 72 Columnæ autem hîc & illic ad latera sitæ sunt : 73 Una quidem ad Europam, altera verò ad Libyam spectans. 74 Illum autem excipit † Galaticus gurges: ibique terra 75 Massilia extensa est, rotundum [curvum] portum habens. 76 Deinceps post hos Ligusticum trahitur salum. 77 Ubi Italorum filii in continente habitant,

† *mediterraneum.*

|| *produ-ctissimus, in longitudinē sc.* v. Com.

† *Error veterum,* v. Com.

|| *rapidum*

† *aquæ fluxum.*

† *Gallicū mare.*

Ἐκ Διὸς [38] * Αὐσονίῆες ἀεὶ [72] μέγα κοιρανέοντες, 78
Ἀρξάμενοι βορέηθεν ἐσω λιμνὴν ὅθι πέτρη, 79
[53] Ἥ ῥά τε [83] Σικελικῆς ὅθι πορθμίδος [98] ἐρρίζωϑ, 80
[5] Ἐξείης δ' ὅθι Κύρνον [98] ἐρύγεται ἀλμυρὸν ὕδωρ. 81
‖ ἐνδοθι. [61] Τῆι δ' ἔπι Σαρδόνι Θ μορμύρεται ‖ ἐγγύθι πόντΘ. 82
‖ Τὸν ϑ μεϑεκδέχϑ. [61] ‖ Τόνδε μετ' ὤρυεται Τυρσηνίδος [56] οἶδμα θαλάσσης 83
Πρὸς νότον· αὐτὰρ ἔπειτα πρὸς αὐγὰς [5] ἠελίοιο 84
Κυρτὸς ὀπισθέρεται Σικελὸς ῥόΘ· αὐτὰρ * ‖ ἔνερθεν 85
‖ ὑπερθεν. Ἐσχέχυται ϰὴ μέχρι πολυχλύσοιο Παχώνος, 86
Καὶ Κρήσσης ἀκρης (ἢτ' εἰς ἅλα [4] πελυ [65] νέφλιξε, 87
[31] Πάρ θ' * ἱερὴν Γόρτυναν, ϰὴ ἠπειρώτιδα Φαιστὸν, 88
‖ μέτωπον Πρόσφηνες. χριοῖο * ϖεφυγμένα ‖ ϰαρηνον· 89
[32] Τὰ γενεᾶ [77] † μιν ϰὴ κριὸς ἐφημίξαντο μέτωπον) 90
Ναὶ μὴν ϰὴ τετάνυσται Ἰηπυγίη ὅθι γαῖαν. 91
[10] Κεῖθεν δ' ἀριπρεπέως πταίνει Θ [76] Ἀδριὰς ἄλμη 92
Πρὸς βορέην. αὖθις ϑ πρὸς ἑσπέριον μυχὸν [98] ἔρπϑ, 93
Ἥντε ϰὴ Ἰονίην ϖεπεναίεται κυδάξαντο. 94
‖ legend. videtur ἐπεφόγεϑ v. Com. Διναὶ δ' ἠπείρους ‖ * ἀπερύγεται. [35] ἐς μὲν ἰόντι 95
Δεξιτερὴν ϰ[1] χέρα φαίνεται Ἰλλυρὶς [20] αἶα, 96
Δαλματὶη δ' ἐφύπερθεν. * ἐναλίων πέδον ἀνδρῶν. 97
Σκαμὴ δ' Αὐσονίων [22] * ἐϖαπέπλαϑ * ἄσσετος [106] ἰθμὸς, 98
[4] Πελυτενὶς, [12] τειαῆσι ϖεϊδρομος ἀμφιχέϊται, 99
Τυρσηνὴ, Σικελή τε, ϰὴ Ἀδριάδι * πηδήσῃ. 100
Ἡ [52] μία δ' εἰς [99] † ἄνεμον τεκμαίρεϑ ὁλκὸν ἑκάστη· 101
Τυρσηνὴ ζέφυρον, [60] Σικελὴ νότον, Ἀδριὰς ἄϑροον. 102
Αὐτὰρ * ὑϖὲρ Σικελῆς χθονὸς ἔλκεϑ οἶδμα [102] * κορύσσων 103
ΠόντΘ ἔσω Λιβύης, νοτίῃ ὅθι Σύρτιν ἁλίσσων 104
Τλὼ ἑτέρῃ, [53] ἰὼ πέρ τε ϰὴ ἀμφιτέρῃ ἐνέποισιν· 105
[31] Ἄλλη δ'. ἧπερ ἀφαυρὸν ἔχϑ ϖορὸν ἔνδον [1] ἐοῦσα, 106
‖ ἐ χομένη Τηλόθεν ‖ ἐρχομένῃ δέχεϑ * πλημμυρίδα πόντΘ. 107
[77] Ὡς οἱ μὲν βόωσιν ἁλιστυφέλοι δύο [67] κόλποι. 108
‖ lego Ἐκ δ' ὀρέων Σικελῶν. Κρήτης [22] † ἀναπέπλαϑ οἶδμα 109
δ' ὀρων Σικελῶ. v. Com. [72] Μακρὸν ἔπ' [22] ἀντολίην, Σθμανίδος ἄχρι * ϰαρήνης, 110
Ἥν Κρήτης ἐνέπουσιν ἑῴτερον [45] ἤμενοι ἄκρῳ. 111
Δοιαὶ δ' ἐξείης ϖρότερῳ ῥίπτουσι θάλασσαι, 112
Ἰσμαικὴ [12] ϖνοιῆσιν Ἑωνύμῳ [41] βορέαο, 113
Ὀρθὸν [9] φισόωντΘ, ἑτέρῃ ‖ ϰατεναντία κεῖνϑ. 114
‖ ϰαϑ' ἐναντία κειϑ. Ναῦται ϑ ϖερόωντες, [100] * Φαρίην ἅλα [2] ϰιϰλήσϰουσιν, 115
Ὑγρὸν ἐς ϖρηῶνα ϖτανομένῳ [41] Κασίοιο· 116
Σιδονίην δ' ἑτέρην, ὅθι τείνεται ἐς [53] μυχὰ γαίης 117
Ἰωνὶ ἄχρις πόλιΘ, Κιλίκων χώραν ϖεφαμείων. 118
[5] Ἰωνὶς ἑλιχόμενΘ [61] βορέην ἔπι κόλπος ἀπείρων. 119

Jove Ausonii semper longè latéque dominantes,
o *Mare Indicum* seu *Orientale* (quod olim Rubrum ap-
atum) inter aversum Æthiopiæ latus & Indiam.
o *Mar del Zur*, hoc est *Mare Australe*, inter Americam
ndiam interjectum.
Mare omne *Internum* vel *Sinus* est, vel *Lacus*.
Sinus è mari magno prodeunt per angustas plerunque
es, quæ *Freta* appellantur, cujusmodi sunt *Fretum Her-
um* & *Magellanicum*.
cus nullum cum Oceano commercium habent, cujus-
li revera est *Caspium mare*, (quod veteres plerique falsò
r *Sinus* numerârunt) & *Lacus Asphaltites* in Judæa.
evera autem 4 sunt *Sinus* præ cæteris insignes, 1o *Ma-
editerraneum* (è quo *Euxinum* & plurima alia prodeunt,
jus partes habentur) 2o *Sinus Arabicus*; 3o *Sinus
cus*; 4o *Mare Balticum*, quod Sarmatici Oceani no-
e antiquis innotuit, qui Sinum esse ignorârunt.
estat ut de *imaginariis Circulis*, quibus *Tabula Orbis terra-
distinguitur, paucis agamus.
um Terra undiquaque rotunda sit, globi instar ejus *he-
misphæ-*

misphæria duo ità depinguntur, ut ea parte aversâ coire
ratione assequi debeas, & lineas quæ in utroque hemi
rio ducuntur finibus extremis inter se coëuntes ci
integros efficere. *Puncta extrema quatuor*, (in alterut
hemisphærio duo) ubi multæ lineæ concurrunt, *Pol*
tant; duo suprema (quæ à tergo in unum coire cog
dum) *Polum Arcticum* seu *Borealem*; duo infima
Antarcticum seu *Australem*. Extimas etiam utriusque
sphærii lineas, à Polo ad Polum ductas, & Hemisphæri
culariter ambientes, à tergo coire censendum, ità ut e
mæ earum partes Polis proximæ extremis, media à
æqualiter dissita mediis concurrant.

Utriusque circuli extremi hemisphærium utrumqu
bientis dimidia pars, numero 160 in medio signata,
à Polo ad Polum ducitur, hinc *Canarias insulas* conti
& Insulas de *Cabo Veado* ferè perstringens, indè ad
inf. proximè accedens, *Meridianum primum* notat, r
enim eum, quorundam recentiorum more, inter ipsas
res ducere libuit, nè ab antiquis in longitudine locoru
randâ nimiùm recederetur.

Post *Meridianum* illum *primum* ad Polos similiter du
neæ *Meridiani* etiam vocantur, (quia *Meridies* est cì
Meridianum loci alicujus sol accesserit) iisque *Longitu*
locorum dimetimur, quæ *distantia est à primo Meridiano*
versùs. Cum verò integer Globus gradibus 360 conste
decimum quemque Longitudinis gradum *Meridiana*
ducitur, quæ in medio, supra *Æquatorem*, numeris
signatur, 10, 20, 30 & sic deinceps usque ad 180 in n
hemisphærio, unde usque ad 360 in altero hemisph
progrediendum, ut notetur in quo *Longitudinis gradu*
quispiam ad quem linea talis ducitur, situs est. Gradu
teros inter denarios hosce medios conjecturâ assequi
ut siquid medio spatio inter lineam 10 & 20 situm sit,
gradu 15 situm esse statuere possis, & pari proportio
cæteris gradibus censendum: Æquatori gradus ii ap
guntur. Ex lineis reliquis, quæ hos transversim secant,
dia, æquali spatio inter Polum utrumque, ab Occa
Ortum ducta, & numeris modò dictis signata, *Æquato*
seu *Linea Æquinoctialis*, sub quâ qui habitant Æthiop
Americani Guianæ & partis Peruviæ incolæ diem noc
qualem, horarum sc. 12, perpetuò habent; quò verò
giùs ab eâ receditur eò productiores æstate, contracti

hyeme dies (quod secundùm *Parallelos* ipsi dictos, ad
ata distinguenda, à Ptolemæo notatum) donec ad Po-
utrumque semestris dies & semestris nox est. Sole
in Æquatore constituto (quod bis in anno fit, verè sc.
o & Autumno ineunte) nox diei ubique terrarum æ-
s est.

neæ *exiguæ* quæ inter Æquatorem & Polum utrumque
ter ab Ortu ad Occasum ducuntur; *Palalleli* vocantur,
tam respectu ad se invicem quàm ad Æquatorem om-
; sui partibus æquidistantes sint; à Polis etiam singulæ
larum partes in Sphærâ solidâ æqualiter distant, *licet*
in plano delineare necesse sit. Parallelorum horum
est ad *Latitudinem locorum* demetiendam, quæ *distantia*
Æquatore versùs Polum alterutrum, ità ut *Latitudo* alia
lis sit, alia *Australis*, numeris 10. 20, 30, & sic dein-
usque ad 90, quod Polis ipsis appingitur (inter quos
quatorem circuli quadrans est) in extimâ utriusque
sphærii orâ notata. Ita eâ est loci alicujus *Latitudo*
notat linea ejusmodi ipsum planè contingens; gradus
medios inter denarios hosce conjecturâ assequaris; ut
im 11, 12, 13 &c. ex distantiâ nonnullâ à lineâ 10 ver-
ieam 20: in extimâ ora in Meridiano ii etiam gradus
iguntur. Quilibet *Latitudinis gradus* 60 mille passus
cit, proinde à *Parallelo* quovis ad *Parallelum* proxi-
, ut 10 graduum, ita 600 mille passuum, interval-
est: *Longitudinis* etiam *gradus* ad Æquatorem his pares
deinde æquâ proportione contrahuntur quò propiùs
los acceditur.

liqua quatuor lineæ ab Ortu iridem ad Occasum du-
ed crassiores aut duplicatæ, *Tropicos* & *Polares Circulos*
it.

neæ duæ quæ Æquatori propiores sunt, gradibus 23½
utrinque distantes, *Tropici* vocantur, & Solaris pro-
is ad Septentrionem & Meridiem termini sunt, quo-
Borealior *Tropicus Cancri*, Australior *Capricorni* vo-
.

picus Cancri nobis etiam *æstivus* dicitur, quia cum eò
ceserit, omnibus Europæ & plerisque Asiæ, inco-
stitium æstivum est, seu dies longissima; Tropicus Ca-
rni *hyemalis* dicitur, quò cum sol accesserit, nobis
i est, seu dies brevissima. Iis verò qui ultra Æquato-
habitant omnia his contraria.

Duæ

Duæ quæ restant lineæ, propiùs Polos ductæ, gra
sc. $23\frac{1}{2}$ ab iis distantes, *Polares Circuli* vocantur; quo
qui Arctico Polo vicinus est, *Arcticus* etiam *Circulus*;
verò *Antarcticus* dicitur.

Polaribus Circulis & Tropicis *Zonæ* distinguntur,
rum quinque numerantur;

Torrida una, inter Tropicos duos posita, quam an
præ æstu habitari non posse falsò opinati sunt.

Frigidæ duæ, inter Circulos Polares & Polos: *Temperat*
dem *duæ*; altera inter Tropicum Cancri & Circulum *A*
eum, altera inter Tropicum Capricorni & Circulum
tarcticum interjecta.

ACCIDENTIA.

Tandem *Accidentia* quædam, seu *Affectiones*, quæ d
sarum Globi terreni partium habitatoribus contingunt
plicare visum.

Partium terræ habitationes vel *absolutè* considerari
sunt, vel *relativè*.

Si *absolutè* considerentur, alii *in Sphærâ rectâ* habitan
in obliquâ, alii *in Parallelâ*.

In *Sphærâ rectâ* habitare dicuntur quorum regio Æq
ri subjecta est, ut *Insulæ Sti Thomæ*, *Sumatræ*, & *Guianæ*
læ. Per utrumque Polum ducitur horum *Horizon*, qui
est hemisphærium superius seu diurnum, cujuslibet loci ab inf
seu nocturno, *dirimens* (ità ut globum in duas æquales p
dividat, ac singulis locis alius atque alius sit) quem
Sol subit, ipsis noctis initium est, diei verò cum supra i
ascendit.

His hi affectus contingunt.

Dies & noctes perpetuò æquales sunt, sc. 12 hora
stellæ omnes illis oriuntur & occidunt.

Sol meridianus illis (& reliquis omnibus qui in
torridâ, hoc est inter duos Tropicos, degunt) bis in
vertici impendet, & tunc *Ascii* dicuntur, quia umbrâ
ridianâ carent; Iidem etiam *Amphiscii* dicuntur, quia
anni temporibus, umbræ meridianæ illis ad Boream,
ad Austrum sparguntur; sole meridiano modò ab ill
Septentrionem, modò ad Austrum vergente.

Binæ illis æstates sunt, cum sc. Sol vertici impendet;
item hyemes, cum versus Tropicū utrumque ab illis rec

In *Sphærâ obliquâ* habitare dicuntur qui inter Polos &
quatc

orem (nonullo tam ab hoc quàm ab illis intervallo) tant, ut Europæi omnes.

is Polus alter semper supra Horizontem elevatur, ut s Polus Arcticus (ejúsque elevatio loci Latitudini par & stellæ illi vicinæ nunquam occidunt, ut nobis Sep- iones; alter Polus semper sub Horizonte deprimitur, obis Antarcticus, & Stellæ illi vicinæ nunquam conspi- tur; reliquæ oriuntur & occidunt.

es illis inæqualis sunt longitudinis, & quo Polo alter- propiores sunt, eò longior dies solstitialis, brevior ialis. Ii etiam qui extra Tropicos habitant, *Heteroscii* itur, meridianus enim Sol illis ab altero tantùm latere ib Australi sc. latere nobis & aliis omnibus inter Tropi- Cancri & Polum Arcticum habitantibus, & proinde æ meridianæ nobis ad Boream semper sparguntur; iis qui ultra Tropicum Capricorni habitant meridianus erpetuò à latere Boreali est, & proinde umbræ, meri- semper ad Austrum sparguntur.

ios *Sphæram Parallelam* habere, animo saltem capias, fi- sc. supponas sub ipsis Polis degere, aut eò pervenire. s semestris dies erit, dum Sol citra Æquatorem est, & stris itidem nox dum Sol ultra Æquatorem; Æquator illis Horizontis vice est.

midia stellarum pars nunquam illis apparet, reliqua dia pars nunquam occidit.

riscii etiam erunt, quia Sol viginti quatuor horarum ab omni latere illos circuit, & proinde umbræ intra temporis spatium ab omni latere illis sparguntur.

relativè considerentur partium terræ habitationes, re- ad se invicem alii *Perixci* sunt, alii *Antœci*, alii *odes.*

rixci sunt qui pari Latitudine ab Æquatore distant, eodem Æquatoris latere habitant (utrique sc. à Borea- s latere, aut utrique ab australi) sed Longitudinem oppositam habent, ita sc. ut ipsorum Meridiani 180 bus à se invicem distant; tales sunt incolæ *Virginiæ* in icà respectu *Chinensium* in Asiâ ultimâ. His par dierum tudo, & pares anni tempestates, pari tempore con- nt; sed dum aliis meridies est, aliis media nox est.

tœci sunt qui eandem Longitudinem habent, quippe odem Paralello habitantes, & parem etiam Latitudi- sed hi Borealem, illi Australem; tales sunt *Pelloponnesi* in Græ-

in Græciâ incolæ respectu extremæ Africæ habitatorum
Caput bonæ spei

His simul Meridies est, & pariter media nox sed cum al
horum æstas est, aliis hyems est; cum aliis dies longissi
aliis brevissimi.

Antipodes sibi invicem sunt quibus tam Longitudo qu
Latitudo opposita est, ità ut toto Sphæræ diametro à se i
vicem distent: tales sunt *Chinenses* respectu incolarum *Ch*
li Americanæ regionis.

His omnia contraria; dum aliis horum meridies, aliis m
dia nox est; quæ aliis æstas, aliis hyems; quæ aliis d
longissima, aliis brevissima.

Locorun

Locorum omnium

ET

entium, quorum apud Dionysium mentio
it, *INDEX*, nominibus etiam no-
vis cum veteribus collatis, ut Lexi-
ci Geographici vice esse possit.

A.

Abantes, veteris insu-
læ Eubœæ incolæ,
511, *unde Eubœa*
ipsa Abantias *di-*
, v. 520.
rtides, insulæ maris Adria-
ci, v. 488. *harum præcipua*
im Absorrus, *hodie* Osaro
ocatur.
dus Mysiæ urbs ad Helle-
ontum, v. 516, *hodie* Ai-
os *Leunclavio auctore,* Aveo
'astaldo. v. Sestus.
sines Indiæ fluviis in Hy
aspen influens, v. 433, *&*
497.
xi, gens inter Pontum &
Mœotidem, v. 682, *ubi nunc*
Mauro lacu *in tabulis pin-*
gitur.
Achelous, Ætoliæ flu. (*hodie*
Pachicolamo *accolis, Pe-*
tantio teste) *v.* 433 *&* 497.
Achillis dromos, peninsula ad
Borysthenis ostia, v. 306. *hanc*
cum Achilleâ seu Leuce in-
sulâ Arrianus confundit. quæ
hodie Fidonisi *Bordonio, sed*
ea ab hac diversa est.
Acte pro Attica, unde Ἀκταῖος
pro Ἀττικὸς *v.* 1023, *v.*
Attica.
Adriaticus Sinus, v. Sinus.
Ægæum mare, vi. Mare.
Ægina, insula Atticæ propinqua,
cum urbe cognomine, v. 512.
Legina *hodie Sophiano; in*
tabulis Engia *vocari video.*

¶ ¶ *Ægyla,*

Ægyla, insula inter Cretam & Peloponnesum, v. 499; *Ptol. Epla. hodie* Cecerigo, *teste Sophiano, quasi Anticythera, sic enim ipse interpretatur.*

Ægyptus, regio in Africæ & Asiæ confinio, v. 12, 227 *&c. Turcis jam* Elquibet *aut* Elchebit: *hujus tres olim partes fuere;* Ægyptus inferior *seu maritima, v.* 253 (*cujus pars Nili ostiis inclusa* Delta *olim dicta est, à literæ* Δ *figura*) *hodie* Maremma, 2° Heptapolis, 3 Thebaïs, *de quibus vide suis locis,*

Æmus, mons Mysiam à Thraciâ dividens, v. 428, *hodie Italis* Monte Argentaro.

Æolicæ insulæ, v. 536, *v. Lesbus & Tenedus.*

Æoliæ insulæ juxta fretum Siculum, v. 461: *harum præcipua olim Lipara, hodie etiam* Lipari.

Æolis, Asiæ minoris regio, v. 820.

Æsarus Magnæ Græciæ in Italiâ fluvius, v. 370.

Æthiopia, Africæ regio ingens, in partes tres divisa, quarum ea quæ ad Orientem vergit, juxta Nilum flu. Æthiopia sub *Ægypto dicta est, de quâ Dion. v.* 179, *ea jam* Abissinia *vocatur: quæ ad Oceanum Occiduum Æthiopia Hesperia, jam* Guinea, Benin *&c. quæ inter has media est olim* Æthiopia interior, *jam* Zanfara Biafra, Medra *&c. Ea hæc quàm prima, Æthiopum pars longè in Meridiem protenditur, & de ultimâ Meridiem parte antiquis cognitâ loquitur Dion. v.* 21. *Australissimæ partes tunc nondum innotuerant.*

Æthiopicum mare, v. Rubrum.

Ætolia, Helladis propriè dicta regio, v. 432: *Novo nomine* Artinia *à Wicetâ vocatur Ortelio teste.*

Africa, v. Libya.

Agathyrsi Sarmatiæ Europ. populi, v. 316 *&* 319. *A Ptolemæo statui videntur ubi hodie* Livonia. *Dionysius tamen hos quàm Mare Cronium Scythicum proximè admovet.*

Agræi, Arabiæ desertæ pop. (qui in sacris Agareni) *v.* 956.

Alani, seu Alaunii Scythicæ gens Sarmatiam Europeam incolens, 305 *&* 308. *Ptolemæo statui videntur: eo Moscoviæ tractu, qui Severa jam dicitur,* Lithuani *&* Tartariæ Crimææ *interjectus. Sed eos* Volinian *quæ olim* Volania *dicta, jam inhabitare probabiliter statuit Ludouicus Decius, fa vente ipso nomine.*

Albania, Asiæ regio, v. 731. *Jam* Georgiæ *pars.*

Aldescus, Sarmatiæ Europ. fluvius, v. 314. *v. com. Is esse videtur qui* Bog *hodie dicitur, per* Podoliam *fluens.*

ëius campus, in Ciliciâ, poë-
is celebratus, v. 872.
x, Magnæ Græciæ in Italiâ
fluvius, v. 367. hodie Ale-
o, si Leandro fides.
xandria Ægypti urbs, v.
54, jam Scanderia; Alex-
ndria verò Syriæ jam Scan-
lerona.
es, montes inter Galliam &
Italiam, v. 295, & 344.
heus fluvius Elidis Peloponne-
si regionis, v. 374 & 410.
Sophianus Alabo, Marius
Niger Orphea, hodie dici te-
latur.
ba columna Dionysio, quæ
liis Calpe, v. 336, Hi-
paniæ mons, qui vulgò jam
Gibraltar vocatur, voce
orruptâ ex Gebel Tarif,
ic enim Arabes appellant.
azones, fabulosæ Cappado-
iæ & Sarmatiæ partis inco-
æ, v. 773.
bracia urbs Epiri, hodie
arta, Sophiano teste, quòd
& tabulæ confirmant.
braciotarum insulæ, v. 493,
Cephallenia jam Cefalonia,
& Zacynthus, hodie Zante,
um aliis vicinis.
monis templum in Libyâ
Ægypto finitimâ, v. 212,
bi hodie Eleocat desertum.
nisus Cnossi navale in Cretâ
nsulâ, v. 496.
nitæ, v. Namnitæ.
yclæ, antiqua Laconiæ urbs,
nde Amyclæi pro Lacombus
apud Dionysium, v. 213, 377
rc, & Amyclæorum terra
pro Laconiâ, v. 413; v. Laconia.
Anchiale Ciliciæ urbs, v. 875.
Antiochena, Syriæ pars in quâ urbs Antiochia v. 520.
Antiochia, Syriæ urbs, v. 917, adhuc nomen retinens, Nigro teste, quod & Tabulæ confirmant: manifestò quidem errant Villanovanus & alii qui eam Aleppo hodie dici affirmant; repugnat enim situs; videtur autem Aleppo veterum Hierapolis esse.
Aonia, v. Bœotia.
Aornis petra, v. Coliacum promi.
Apamia Syriæ urbs, v. 918. Hamaous hodie dici Bellonius affirmat, Hama Leunclavius.
Aspinthus Thraciæ fluvius v. 575; quo nomine Hebrus intelligi videtur, v. Com. Is hodie Maritze dicitur, Leunclavio teste.
Apenninus, Italiæ mons notus, eam mediam dividens, v. 343.
Aquileia, Carnorum urbs ad intimum Sinus Adriatici recessum, qui indè Ακυλήϊ & dicitur, v. 381. urbs etiamnum Aquilegia vocatur, Sinus autem ille Golfo di Trieste nuncupatur.
Arabia Asiæ regio, quæ triplex fuit, Petræa, de quâ v. 802, quæ hodie Barraab Zeiglero; Deserta, hodie Berjara, si Villanovano fides; & Felix, de quâ v. 925 & 925, quæ jam Ayaman.

seu Aiman, *appellatur.*
Arabicus sinus, v. Sinus.
Aracynthus, Æoliæ *mons, v.* 431, *juxta Pleuronam fuit, teste Strabone l.* 10.
Aradus, insula juxta Phœniccn, v. 509.
Arachosia, *Arianæ pars*, *v.* 1096; *nunc* Cabul *Castaldo*, *quod & tabulæ confirmant*; *Cluverio* Candahor; *sed ea videtur montana esse regio contermina Ariæ, Arachosiæ & Paropamisidis partes complectens*, Chesimur *tamen Arachosiæ pars esse videtur Gedrosiæ confinis.*
Araxes fluvius. v. 739 *ubi non intelligitur Araxes Armeniæ fluvius celeberrimus, sed potius Bactrius Bactrianæ fluvius, qui nunc* Bochara *dicitur, si Mario Nigro fides.*
Arcadia, Peloponnesi regio mediterranea, v. 415; *quam nondum nomen amisisse opinatur Ortelius.*
Argia, seu Argolis, Peloponnesi regio, v. 480 *hodie* Saccania *Castaldo*, Romania *Ortelio.*
Ariana Asiæ regio, *v.* 714, *&* 1098: *comprehendit* Ariam *strictius sumptam, hodie* Diargument, *Cluverio*; Paropamisidem, *hodie* Sablestan *eidem*; Drangianam, *hodie* Sigestan *eidem & Mercatori*: *item* Arachosiam *&* Gedrosiam. *de quibus vide suo loco.*
Aribes, seu Arbies aut Arbii v. 1096; *Arianæ populus ubi* Macran *regio in recentiorum tabulis: ab Arbi fluvio nomen sortiti sunt, qui hodie* Berbero, *si Nigro fides.*
Armenia Asiæ regio, *v.* 100: *divisa in* Majorem, *quæ hodie* Turcomanniam *&* Curdi *complectitur*; *&* Minorem *quæ hodie* Pegian *Castaldo & Cluverio testibus*
Armenius mons apud Dionysium montem quempiam notat in Armeniâ situm, aut qui Armeniæ fines attingit, ut Moschicos, Pæyarden, Anti taurum *&c. v.* 694, 773 786, 978: *Ii omnes Tauri partes habentur, & Antitaurus quidem* Rouhat Thoura *à Persis jam vocatur, si Thevetо fides.*
Arimaspi, Scythica seu Sarmatica gens, à poëtis celebrata v. 21. *eos circa Riphæos montes & Mare Cronium statuunt veteres, in ultimo Septentrionis tractu tunc cognito, sc. in* Russiâ *jam dictâ.*
Asbystæ, Cyrenicæ Africæ regionis populus, v. 211: *eorum regio in* Barcâ *jam dictâ comprehenditur.*
Asea Arcadiæ vicus, v. 412.
Asia, tertia orbis pars, v. 9, 14, 20, 620 *&c.*
Asia minor, hujus pars Græciæ adversa, v. 138 *&* 836, *jam* Natoliæ *pars Occidentalis: Natoliâ enim nomine regiones omnes inter*

ter Pontum Euxinum & ſare Mediterraneam interſtæ hodie comprehenduntur.
ſi maritima, Aſiam minoſm, cum Pamphyliâ, Ciliâ, & Syriâ complectens, v. 99.
ſi extra Taurum, inter monm illum & Oceanum Rum ſita quadrilaterâ figurâ 881 & 887.
ſ angustiæ, juxta Pamphyam, v. 865.
ndus Pamphyliæ urbs, v. 52.
ſia, non pro regione propriæ dictâ ultra Tigrim fluvim ſitâ, quæ hodie Azamiæ ars cenſetur, ſed pro Leucoyriâ ſtrictè ſumptâ quæ Cappadociæ pars maritima ſi Galatiæ proxima, v. 772, 975, 1178: ea in Almaſiâ odie dictâ comprehendi vidletur.
las mons, in extremis Mauitaniæ finibus ex plurimoum ſententiâ propius fretum Herculeum Dionyſius locat, v. 67. Ibi Atl ntem majorem hic minorem ſtatuit Ptolemæus: hunc Errifjam vocari, majorem verò Monres claros teſtatur Lud. Marmobius.
lantes, Libyæ pop. circa mon em Atlantem, v. 66, jam zanhaga regnum.
lanticus Oceanus, v. Oceanus.
ropatene, Mediæ regio ad Caſpium mare v. 1019, hodie Sirvan vocatur, Leunclavio teſte.
Attica, Helladis propriè dictæ regio, v. 423.
Aurea Cherſoneſus, v. Chryſe.
Auſonia pro Italiâ, v. 98, 339 &c. v. Italia.

B.

Babylon, urbs in Aſiæ regione Babyloniâ ab ipſâ vocata, v 980 & 1005. Regio ea hodie, Chaldar dicitur, proculdubio à Chaldæis antiquâ ejus gente; urbem hodie Baldach dici refert Caſtaldus, Bagdad Poſtellus, ſed urbem illam potiùs in propinquâ eſſe quàm propriâ Babyloniæ ſede equidem Ortelio aſſentior.
Bactriana, Aſiæ regio, v. 736. hodie Coraſan ſeu Caraſſan Cluverio & Caſtaldo, à Choraſmiis fortaſſe olim inter hanc & Sogdianam ſitus; ea verò Bactrianæ pars quæ Margianæ proxima Aſtigias in Tabulis vocat ab urbe cognomine.
Baleares inſulæ, v. Gymneſiæ.
Baſtarnæ Sarmatiæ Europææ pop v 304; eorum ſedes fuit ubi hodie Podolia.
Bebryces, Myſiæ Aſiaticæ olim pop. v. 805.
Bechires. Ponti Cappadocii gens ignobilis, v. 765. v. Byzeres.
Berytus, urbs Phœnices, v. 911, jam Baruti.

Bistones Thraciæ pop. v. 576.
Bithynia, Asiæ regio ad Bosphorum Thracium, v. 793 *hodie* Bursia (*à Prusâ sc. urbe, jam* Bursâ) *Giravâ auctore.*
Blemyes, Æthiopica gens Ægypto vicina, v. 220. *regio* Ballo *in recentiorum tabulis ibi loci statuitur.*
Bœotia, olim Aonia; Helladis propriè dictæ regio, v. 426.
Borysthenes, Sarmatiæ Europ. fluvius, v. 311, *&* 542; *hodie* Nieper *seu* Dnieper.
Bosphorus Thracius, Ponti Euxini fauces, v. 140, *vulgò jam Italis* Stretto di Constantinopoli.
Bosphorus Cimmerius, Meotidis faucis, v. 167, 549, 746. *vulgò jam* Stretto di Caffa, *&* Bocca di san Giovanni.
Bostrenus Phœnices fluvius, v. 913.
Britannicæ insulæ, in Boreali Oceano sitæ, v. 284 *&* 565. *Ex his duæ insignes sunt,* Albion (*quæ &* propriè Britannia) *cujus pars Meridionalis hodie* Anglia, *vulgò* England, *pars Borealis* Scotia, *vulgò* Scotland, *vocatur; &* Hibernia *seu* Ierne, *vulgò* Ireland. Angliæ *verò nomen ab* Anglis *deducta est, qui unà cum Saxonibus è Germaniâ in Britanniam migrârunt, qui quidem* Angilorum Suevorum, *quos planè* Anglos *vocat Tacitus, soboles fuisse videntur.*
Brutii, Gr. Βρέντιοι *Italiæ* [...] *v.* 362. *hodie* Calabriæ *pa*[...] *nomine illo in alienum loc*[...] *traducto.*
Bulimei, seu Bullini, aut Bu[...] *ones, Illyridis pop. quor*[...] *urbs Bullis, v.* 387.
Busus, v. Ebusus.
Byblus, Phœnices urbs, [...] 912; *hodiæ* Giblee *seu* [...] belletto.
Byzantium, Thraciæ urbs, [...] *stea à Constantino Ma*[...] Constantinopolis *vocat*[...] *v.* 804, *hodie Turcis* Sta[...] bal.
Byzeres, Ponti Cappadocii [...] *ignobilis, v.* 765: *sedes* [...] *rum uti & Macronum,* [...] *chirum &c. prope Trapez*[...] *tem fuit, quæ hodiè* Tre[...] sonda *vocatur.*

C.

Cadusii Mediæ Atropate[...] *pop. v.* 732.
Calabria, Italiæ regio, v. 37[...] *Nunc* Otranto, *ab urbe c*[...] *nomine,* Hydrunte *olim* [...] *catâ.*
Calauria, insula Peloponneso [...] *cina, v.* 499; *hodie* Sid[...] *Sophiano.*
Camaritæ, Albaniæ populus, H[...] *niochorum more, in navigii*[...] *quas* χαμάρας *vocant, a*[...] *gens, v.* 700.
Compania, Italiæ regio, v. 35[...] *Nunc* Terradi Lavoro.
Canopus, maritima Ægyp[...] *urbs, v.* 13: *Hodie* Bechi[...] *Ziegler*[...]

Zieglero, Bichieri *Castaldo.*
Cappadociæ, Asiæ regio, v. 974; *hodie partem ejus Paphlagoniæ proximam* Amasiam *seu* Almasiam, *ab Amasiâ urbe, partem* Genech, *partem* Anadole, *vocari, Cluverius & alii affirmant.*
Crambis, Ponti Galatici, seu Paphlagoniæ, promont. v. 151 *&* 785, *hodie* Cabo Pisello, *Sophiano teste.*
Armania, Asiæ regio, v. 1083: *Hodie maxima ejus pars* Chirman *dicitur, quà verò Persicum Sinum attingit Armuziæ seu* Ormus *regnum est.*
Armaniæ promont: v. 606, Armozen *Ptolemæo, cui vicina fuit* Armuza, *emporium olim celebre, in regno* Ormus *seu* Ormuz *hodie dicto. Urbs verò quæ hodie* Ormus *vocatur, non est vera veterum Armuzo, licet nomen ejus sibi assumpserit, sed in insulâ sita, quæ, veterum* Oarachtha *esse videtur.*
Carpathus, insula inter Cretam & Cariam, in mari Carpathio ab ipsâ vocato, v. 500: *jam* Sarpanto.
Carthago, Gr. Καρχηδὼν, *Africæ urbs, v.* 195. *Errant qui opinantur illam hodie* Tunis *vocari urbs ea vicino in loco, non tamen eodem sita est, ejúsque, nomine* Tunicensis oppidi, *Plinius olim meminit*
Casius, mons juxtà Ægyptum, v. 115, 260, 880, 901; *cui alius cognominis in Syriâ Seleucide, qui & Cassius nonnullis.*
Caspii, Asiæ pop. ad Mare Caspium, 730: *à Ptolamæo ibi statuuntur ubi hodie urbs* Derbent, *à Dionysio juxta Caucasum montem, supra Albaniam.*
Caspiæ portæ, angustus inter montes transitus, ubi è Parthiâ in Mediam & ad Mare Caspium iter fit, v. 1035 *&* 1039.
Caspium Mare, v. Mare.
Casiterides, insulæ Maris Atlantici Hispaniæ adversæ, Dionysio Hesperides v. 563: *Non incredibile est Britannicas, aut* Sillinas *hodie vocatas, cum* Cornubiâ *Brittanniæ peninsulâ (quæ insula videri potuit) nomine illo notatas fuisse, propter stannum inde exportatum, quo omni ævo illa Britanniæ pars abundavit: situs tamen à Dionysio & aliis descriptus longè meliùs* Azoribus *convenit.*
Catabani, Dion. Cletabeni, Arabiæ Felicis gens, v. 959.
Caucasus, mons Albaniam & Iberiam à Sarmatia, dirimens, v. 690, *hodie* Albsor, *si Nigro fides.*
Caucasus pro Paropamisi parte altissimâ, v. 714, 1091, 1133; *ubi* Pamer *à Pineto & Mercatore vocatur.*
Caucasii montes pro Riphæis, v. 663.

Cayster, Asiæ minoris fluvius, v. 837.

Caunus pro insulâ corruptè posita, v. 533; *fortasse pro Coos, v. Coos.*

Celtæ, Galli, Galliæ, Europæ regionis, incolæ, quæ Ptolemæo Celto galatia *dicitur, v. Gallia.*

Cempsi, tanquam Hispaniæ gens, à Dionysio nominantur, v 338, *sed nullibi reperiuntur.*

Cephallenes, Cephalleniæ, quæ jam Cefalonia, *& aliarum insularum Epiro vicinarum, & partis Acarnaniæ, incolæ, v.* 436.

Cephissus, fluvius per Phocidem Bœotiam fluens, v. 440.

Ceraunii seu Acroceraunii montes inter Illyridem & Epirum, v. 389 *&* 492; *hodie* Monte di Chimara, *Leandro teste.*

Cercitæ, seu Cercetii, Pontica gens inter Pontum & Mæotidem, v. 682, *ubi nunc* Susaco *oppidum in Tabulis pingitur.*

Cercinna Libyci maris insula, juxta Syrtim minorem, v. 480; *hodie* Cherecheni.

Cerne, insula Oceani Ethiopici, aut Atlantici ex aliorum sententiâ, v. 219: *nonnulli quidem quibus prior sententia placet* Menuthiadem, *quæ hodie* Madagascar, *Cernes nomine intelligere videntur; quibus dubium est an faveat Dionysius; an* Sti Thomæ in Iam *hodie dictam Cernes* mine notet.

Chablasii seu Chaulatæi, A biæ desertæ pop. *v.* 996.

Chalcedonii, Dion. Chalcia ses, *gens Bithyniæ pari* tenens in quâ urbs Chalcio *v.* 803.

Chalcis pro Chalcedone & Ch cidoniâ regione, *v.* 746: bem Chalcedonem olim fu se quæ hodie Scutari vo tur, plerique arbitrantur, vicum adhuc extare antiquum nomen retinet phianus & Thevetus fid faciunt, cui alia cognomi in Eubœo.

Chalcis Ætoliæ urbs, v. 496

Chalonitæ, Assyriæ proprie Eliæ pop. *v.* 1015.

Chalybes, Ponti Cappadocii p v. 763.

Chatramatitæ, Arabiæ Felic pop. *v.* 957.

Chelidoniæ, insulæ Maris Pam phylii, *v.* 128 *&* 506: *h* die Isole Correnti *Castla* do, Caprose *Pinello.*

Chios, Maris Ægæi insula, I niæ adversa, *v.* 535; *hod* Scio.

Choaspis, fluvius per Susianen fluens, *Ptolemæo (ut videtur* Eulæus, *v.* 1073.

Chorasmii, Scythica gens i Bactrianæ & Sogdianæ par te, *v.* 746. regio ea ab ip sis jam Chorasan *dicitur.*

Chryse, peninsula Indiæ extr Gangem

Gangem, Dionysio insula habita, v. 589 *hodie* Malacca
licia; Asiæ regio, v. 321, 864, 874; *jam* Caramenia.
mmerii, gens quæ utrumque Bosphori Cimmerii latus olim incoluit, v. 168 *&* 681: *eorum urbs Cimmerium in medio ferè Tauricæ Chersonesi posita jam* Crim *dici videtur (unde* Tartariæ Crimææ *nomen) situs enim convenit.*
mmerius Bosphorus, v. Bosphorus.
ssi, fortasse pro Cossi, v. 1015: *Cissi quidem Susianæ partem, Cossæi ex Ptolemæi sententiâ, montana inter Susianam, Assyriam, & Elymaïda tenuerunt.*
us, Mysiæ Asiaticæ fluvius in Propontidem fluens v 806.
urus, locus Apollinis delubro & oraculo nobilis juxta Colophonem Ioniæ urbem, v. 445.
abeni apud Dion. corruptè, v Catabani.
'chis, Asiæ regio, v. 689; *jam* Mengrelia *vocatur, à* Manralis, *qui inter gentes eam incolentes à Ptol. nominantur.*
lium seu Coliacum Indiæ prom. Taprobanæ adversum, v 529, *quod & Aornis Dionysio vocatur (quamvis alii Aornen petram in aliâ Indiæ parte statuant) cui vicina etiam regio* Colis *seu* Colica *dicitur, v.* 1148. *Promontorium illud esse quod* C. de Comori *hodie dicitur plerique arbitrantur. Salmasius tamen existimat illud potiùs esse quod* Cochin *jam dicitur, quod quidem satis probabile est cùm nomen non prorsus abludat, &* Comariam *Ptolemæi esse quod* Comori *jam vocatur vox ipsa indicet.*
Columnæ Herculis, montes Abyla & Calpe ad Fretum Herculeum, v. 64, 72, 459: *ex his Calpen* Gibraltar *jam dici suprà notatum, Abyla verò, Africana columna juxta* Ceuta *urbem (cui cognominem ipsum montem facit Castaldus)* Sierra Ximiera *seu* Simiarum mons, *à nautis hodie dici solet, ut Ortelius & alii testantur.*
Coos seu Cos, insula Cariæ vicina, v. 533: *ubi* Κῶιοι *legi solet. Eo insulam hodie* Lango *vocari plurimi testantur.*
Commagene, Syriæ regio sub Amano monte, v. 877; *hodie* Azan, *si Mario Nigro fides.*
Cophes, Indiæ fluvius in Indum fluens, v. 1140.
Corinthus, urbs in isthmo Peloponnesi sita, olim Ephyre vocata, v. 421: *jam* Corinto.
Corsica, Maris Mediter. insula, Gr. Κύρνος, *v.* 81, & 485: *adhuc* Corsica *dicitur.*
Corcyra, insula Epiro adversa v.

F.

Fretum Herculeum, seu Gaditanum aut Columnarum, v. 450; *hodie* Estiecho de Gibraltar; *& absolutè nonnullis* Stratto *seu* Estrecho, *hoc est* Fretum, κατ' ἐξοχήν.

Fretum Siculum, v. 80, 344. 473: *hodie* Faro de Messina.

Frons Arietis Cretæ prom. v. 90: *hodie* Cabo Leone, *Pineto.*

Frons Arietis Tauricæ Chersonesi prom. v. 153 & 312: *Jam* Famar *si Nigro fides.*

G.

Gades, insula ad Fretum Herculeum, Gr. Γάδειρα, *olim Cotinusa*, v. 11, 65, 451. *hodie Hispanis* Cadiz, *aliis* Calis.

Gallia, Europæ regio, cujus incolæ Celtæ etiam dicti, v. 288 —— *Hodie* France, *à* Francis, *qui è Franconiâ, Germaniæ regione, vulgò* Frankenlandt, *eò profecti eam sibi subjecerunt.*

Getulia, seu Getulii, Africæ regio, v. 215: *jam* Biledulgerid, *cujus partes sunt* Zuenziga, Targa *&c.*

Ganges, Indiæ fluvius, v. 577, 625, 1133: *etiam nunc* Ganga *aut* Guenga *ut Castaldus & alii testantur.*

Gangetica regio, Indiæ pars Gangi fluvio vicina v. 1147.

Garamantes, Libyæ interioris populus, v. 217 *hodie* Borno, *regnum Cluverio.*

Gargaridæ seu Gandaridæ Indiæ populus v. 1144.

Gaza, urbs Palestinæ, quæ Dionysio Phœnices pars, v. 910.

Gedrosia, Asiæ regio, Asiæ pars, v. 1086; Gazaratam *hodie dictam cum* Macran, Circan, *& parte regni* Cambaiæ *complectitur.*

Geli, Scythica gens in Mediâ Atropatenâ, v. 1019 *eos Castaldus* Gilan *nominat*, Gilan *quidem urbs ibi loci extat.*

Geloni, Sarmatiæ Europææ pop. v. 310: *In parte* Moscoviæ *hodie dictæ status videntur.*

Germania, Europæ regio, v. 285 & 304: *Incolis hodie* Teutschlandt, *ex veteris multis* Alemania *olim ad eam pertinebat pars.* Daniæ *jam dictæ cum* Poloniæ *parte*: *Rhetia verò, Vindelicia, & Noricum*

ricum olim ab ea divisæ jam ei accensentur.

ræ, corruptè pro Rhæti aut Graii, qui Alpium Graiarum incolæ fuere, v. Rhæti.

æ, gens Dacis vicina ad Istri ostia, qui & in Daciâ latè sumptâ comprehenduntur, v. 304: Hodie Moldaviæ *&* Wallachiæ *pars Istro & Ponto proxima.*

tyna, seu Gortyn, Cretæ insulæ urbs, v. 88, hodie Gurtina *Sophiano.*

cia, Europæ regio, quæ strictè sola Hellas est, de quâ v. 406. latiùs sumpta etiam Peloponnesum, Epirum, & Macedoniam complectitur.

nesiæ, seu Baleares, insulæ in Mari Balearico ab ipsis dicto juxta Hispaniam, v. 457: hodie Mallorca *&* Menorca *Hispanis, quasi* Major *&* Minor *insula.*

H.

Alis fluvius Ponticæ regionis, v. 784: Lali *jam dicitur, si Nigro fides.*

Hellas v. 406, v. Græcia.

Hellespontus, angustiæ inter Mare Ægæum & Propontidem, v. 17, 136, 325, 514: hodie Stretto di Gallipoli *Italis quibusdam, pleriſque verò aliis Europæi* Brachium Stî Gorgii *dicitur.*

Heniochi, Pontica gens inter Pontem & Mæotidem v. 687.

Heptapolis, seu Heptanomia, Ægypti pars media inter Delta & Thebaïdem, v. 250.

Herculis columnæ, vid. Columnæ.

Hercynia, Germaniæ Sylva, vid. 286: Ptolemæus eo nomine intelligere videtur Bohemicæ Sylvæ *partem Orientalem, quæ etiam per* Moraviam *ad* Hungariæ *usque fines protensa fuisse videtur: veterum verò plurimi* Gabretam, Semanam, *& alias Germaniæ Sylvas sub communi hoc nomine comprehendunt.*

Harmonassa urbs juxta Bosphorum Cimmerium in peninsulâ Corocondame, quam Dionysius insulam vocat, v. 552: hodie Matriga *Nigro, sed ea Phanagoria potiùs esse videtur.*

Heroum insula, v. Leuce.

Hesperides insulæ, v. Cassiterides.

Hibernia, v. Ierne.

Hippopodes, insularum quarundam in Mari Sarmatico continenti vicinarum incolæ v. 310, *Plinio & Melæ, qui* Oesel *& ei vicinas insulas intelligere videntur.*

Hispania, Gr. Iberia, Europæ regio, v. 282 *&* 334: *hodie incolis* Espanea, *Gallis* Espaigne.

Hyllæi, Hyllidis peninsulæ incolæ in Illyride, v. 386: *in eâ hodie urbes* Sebenico *&* Taru.

Hydaspes, Indiæ fluvius in Indum se exonerans, Ptolemæo Bidaspis, *v.* 1139.

Hypanis, seu Hypasis, Indiæ fluvius ultra Hydaspem, Ptol. Bibasis, *v.* 1145. *Hypanim alium habet Ptolemæus in Pontum influentem juxta Borysthenem, qui Plinii & Melæ Panticapes esse videtur, Male quidem è grandi palude ortum. ab alio Borysthenis latere Hypanim describit.*

Hyrcania, Asiæ regio ad Mare Hyrcanium ab ipsâ vocatum, v. 733: *ea in recentiorum quorundam tabulis* Mei *dici videtur, in aliis* Mei mar.

Hyrcanium mare, v. Mare C spium.

Hyrium, Apuliæ in Italiâ uri v. 379. Rode *hodie ut m ti testantur, sed in Italiæ bulis* Rondo *scribitur.*

I.

Iapygia, Italiæ regio, quæ tè sumpta Apuliam & Ca briam comprehendit, & sumi videtur v. 92; *strictè verò pro Apuliâ solâ sun tur v.* 379 *&* 481, *cu pars, quæ olim* Apulia D nia *vacata, jam* Puglia p na, *pars altera, olim* Ap lia Peucetia, *jam* Te di Barri *à* Bario *urbe vo tur.*

Iaon, Arcadiæ fluvius ignob v. 416.

Ialysus, Rhodi insulæ urbs, de Rhodii Ἰαλύσιοι *dicti,* 505 *Eam urbem postea R dum dictam innuere vide Plinius, idque à Cluverio firmatur, sed aliter ista P nii verba accipienda esse p bat Casaubonus in Strab. l.* 1 *& præter urbem quæ Ro jam dicitur,* Zalizo *(Ja si loco, ut opinor) in tabu recentiorum pingitur.*

Iaxartes, fluvius inter Scyt am & Sogdianam, v. 74 *falsò quibusdam Tanais; h die* Chesel *in tabulis.*

ria, Europæ regio, v. Hispania.
ria, Asiæ regio, v. 679: hodie Georgiæ pars Occidentalis Cluverio.
rus, Persici sinus insula, v. 509, quam hodie Carge dici Ortelius opinatur: alia est Icarus, quæ & Icaria, juxta Cyclades, hodie Nicaria.
, Cretæ insulæ mons v. 502; die Psiloriti, Bellonio teste, fortasse quasi ὑψηλὸν ὄρος.
, Troadis mons in Asia minore, v. 814.
e, v. Britannicæ insulæ.
us, Atticæ fluvius, v. 424 & 1023.
m, urbs Troadis in Asiâ minore, v. 815, Latinis sæpe Troja; locus hodie etiam Troja appellantur, teste Sophiano, licèt urbis rudera nulla superstint.
is, seu Illyricum, Europæ regio, v. 96 & 388, quam Dionysius inter Dalmatiam & Epirum statuit, ubi hodie Albania (ab Albanis sic vocata quos inter illius regionis gentes, quam ipse Macedoniæ accensèt, numerat Ptolemæus) quæ vero Illyris plerisque vocata est hodie Sclavonia lato sensu dicitur, Liburniam & Dalmatiam, cum Bosnâ & Croatiâ hodie dictâ, complectens.
rus, Ægæi maris insula Thraciæ vicina, v. 136 & 424: hodie Lembro Stephano.
India, Asiæ regio, v. 625 & 1107: In Indiam intra Gangem & Indiam extra Gangem à Ptolemæo dividitur, sed sola India intra Gangem, quæ hodie Indostan dicitur Dionysio cognita fuit.
Indoscythæ seu Scythæ Australes, Scythica gens ad Indum fluvium, v 1088: hodie Guzaratæ & regni Cambaiæ pars.
Indus, fluvius Indiæ, ab ipso sic nominatæ, v. 1088, & 1137, quem & Indu hodie dici refert Castaldus, Diul tamen ab accolis vocari refere Garcias ab Horto, qui in India diu versatus est.
Ionia, Asiæ minoris regio, v. 822, hodie Sarchania Laonico.
Ionius Sinus, v. Sinus Adriaticus.
Jope, seu Joppe, Palæstinæ urbs, v. 910; hodie Jaffo.
Iris, Cappadociæ fluvius, v. 783: hodie Lirio Nigro, Casalmach Ortelio.
Ismarus, Thraciæ mons, unde Boreas Ismaricus dicitur, v. 113
Ismenus, Bœotiæ fluvius, v. 393 & 1165.
Issicus Sinus, v. Sinus.
Issus, Ciliciæ urbs, v. 1185; hodie Aiasso vel Laiasso.
Ister, seu Danubius, fluvius in Germaniâ ortus, & in Pontum se exonerans, v. 298, 320, 330: hodie Donaw.

Isthmus

Isthmus Corinthiacus, *angustiæ inter Helladem & Peloponnesum*, *v.* 405, 420: *hodie* Hexameli *vocatur.*

Ithaca, *insula Epiro adversa*, *v.* 495; *hodie* Valdi Compare *Sophiano & aliis.*

Italia, *Europæ regio*, *Ausonia etiam dicta*, *v.* 77, 98, 339. *adhuc Italiæ nomen servat.*

L.

Lacinium, *Magnæ Græciæ in Italiâ promont: Junonis templo nobile*, *quæ indè Lacinia dicitur*, *v.* 371: *hodie* Capo delle Colonne, *à columnis templi Junonis ibi extantibus.*

Laconia Peloponnesi regio, *v.* 418: *Jam* Tsaconia *Leunclavio.*

Laodicea, *maritima Syriæ urbs*, *v.* 915: *cui alia cognominis in mediterraneis*, Laodicea sub Libano *dicta*, *quam hodie* Lalisa *dici Niger affirmat*, *alii* Lizza; *alia item inter Lydam & Cariam cujus in sacris mentio*, *ut reliquas mittam.*

Ladon, *Arcadiæ fluvius*, *vid.* 417.

Latini, *Italiæ pop. quorum regio Latium*, *v.* 350. *Jam* Campagna di Roma.

Lemnus, *Ægæi maris insula Thraciæ vicina*, *v.* 522: *Jam* Stalimine.

Lesbus Ægæi maris insula Æolidi adversa, *v.* 537; *Hodie* Meteline, *a Mitylene urbe præcipuâ.*

Leuce seu Heroum insula, *in Ponto Euxino*, *v.* 543, *hodiæ* Fidonis.

Liucopena, *Italiæ prom. ad Fretum Siculum*, *v.* 79 *&* 363 *jam* Capo di Sparto vento.

Libanus, *Syriæ mons*, *v.* 901 954. 970. *Hebr.* Lebanon

Liburnia, *v.* 385, *Illyridis latè sumptæ pars*, *quam tamen Dionysius ab eâ distingui. Jam* Contado di Zara (*Jaderâ urbe hodie* Zara) *cui* Croatiæ *parte.*

Liburnides insulæ in Sinu Adriatico, *v.* 491: *præcipua hod* Vegia *dicitur*, *quæ olim Crietа.*

Libya pro tertiâ orbis parte, *Latinis Africa*, *v.* 9 *&* 17. *de Libyâ ac Africâ strictiùs sumptâ infrà dicetur in Africæ Indice.*

Liguria, *Italiæ regio Gallis proximâ*, *ad mare.*

Ligusticum ab ipsa vocatum de quo v. 76. *Jam* Riviera di Genua *dicitur*, *à Genuâ primariâ urbe.*

Lilybæum, *Siciliæ prom.* 469: *Hodie* Capa Boë *seu* Boëi, *Cluverio & aliis*

Locri Epizephyrii, *Magnæ Græciæ in Italiâ urbs & pop.* 365: *Jam* Gerazzi *Nig & Cluverio*, *sed situs n satis exactè congruit*; Gerazzi *enim oppidum à mari r motius*

Loci

ri, *Helladis propriè dicta ens*, *in* Epicnemidios, O- untios, *&* Ozolas *divi- i*, *v.* 426.

phagi, *Africæ populus fa- ulis celebratus ad Syrtim najorem*, *v.* 206.

ani, *Italiæ pop. v.* 362; *die* Basilicata, *quæ Cala- riæ jam dictæ pars est.*

ionia, *Asiæ regio prope Pam- hyliam*, *v.* 857.

ia, *Asiæ minoris regio*, *v.* 47: *Nunc* Aldinelli *Ca- aldo & Cluverio.*

ia, *seu Mæonia*, *Asiæ mi- oris regio*, *v.* 830.

re urbs Pisidiæ, *v.* 859.

nessus, *urbs quam in Cili- iâ statuunt Dionysius & lii*, *v.* 857: *Nonnulli in Pamphyliâ*; *v. Com.*

M.

Macedonia, *Europæ regio*, *v.* 427, *quæ cia latè sumptæ accensetur: Pars ejus Thraciæ proxima amboli*, *pars Thessaliæ pro- ior* Camenolitari *jam vo- atur*, *Cluverio teste: Illy- icam quidem partem (quæ am* Albania *) Macedoniæ on accenset Dionysius.*

cis, *v. Eubœa.*

crobii Æthiopes, *plerisque uxta Nilum*, *Dionysio potius n Ethiopiâ Hesperiâ.*

rcones, *seu* Zanni, *Ponti Cappadocii gens*, *Colchidi vi- ini*, *v.* 766; *v. Byzeres.*

Mæotis palus, *lacus ingens*, *per Bosphorum Cimmerium in Pontum se exonerans*, *v.* 16, 163, 303, 351, 652. *hodie* Mar biancho, *&* Mar delle Sabache.

Mæotæ, *Scythica gens*, *sed intra Sarmatiæ Asiat. ambitum*, *ad Mæotidem paludem*, *v.* 653: *hodie* Petigorski *Tartariæ pars.*

Mæander, *Asiæ minoris fluvius*, *v.* 824: *Jam* Palazyia, *ut Bordonio fides.*

Mæonia, *seu Meonia*, *v. Lydia.*

Mallus, *urbs Ciliciæ v.* 875.

Marathus, *urbs inter Syriam & Phœnicen*, *v.* 914, *hodie* Margath, *ut Olivario fides.*

Mardi, *Scythica gens in Mediâ Atropatena*, *v.* 732 *&* 1019: *in aliis etiam regionibus sparsi degebant.*

Mardus flu. v. Margus.

Margus, *fluvius Margianæ Asiæ regionis ab ipso sic nominatæ*, *pro quo corruptè Mardus scribitur*, *v.* 754. *Regio ea nunc* Elsabar *Cluverio dicitur*, *aliis* Jeselbas, *quibus & Tabulæ favent.*

Mare Caspium, *seu Hyrcanium*, *quod à Dionysio & aliis falsò inter sinus numeratur*, *v.* 49, *nunc* Mare de Bachu, *aut* de Sala.

Mare Mediterraneum, *Dion. Occiduum*, *v.* 45, 58, 706, 719: *hodie Hispanis & aliis* Mar de Levante, *hoc est Mare Orientale.*

Mediterranei partes sunt quæ

sequuntur.
Mare Ægæum, inter Græciam & Asiam, v. 131, 326, 403, 513: nunc Archipelago.
Mare { Creticum, v. 109. Gallicum, v. 74. Ibericum, v. 69. Libycum, v. 104 & 477. Ligusticum, v. 76. Pamphylium, v. 127. Sardonium, v. 62. Siculum inter Siciliam & Græciam, v. 85, 102 &c. Syriacum, Dion. Sidonium, v. 117. Tyrrhenum, v. 83, & 102. } à regionibus & insulis quæ alluunt denominata.
Mariandyni, Pontica gens prope Bithyniam, v. 788.
Marmarica, Africæ regio Ægypto vicina, v. 214: hodie hæc cum Cyrenaicâ Barca vocatur, à Barcâ Cyrenaïcæ urbe, cujus Ptolemæus & alii veteres meminerunt.
Marsi, Italiæ populus mediterraneus, v. 376: hi cum Peligno, Vestino, & aliis quibusdam gentibus, in regione quæ Abruzzo jam vocatur comprehenduntur.
Massagetæ, Scythæ, quos Dionysius juxta Bactrianam statuit, v. 740: Ptolemæus alios eodem situ habet, alios ultra Jaxarten flu. in parte regionis jam Turchestan vocatæ.
Massilia, Galliæ Narbonensis urbs, v. 75, jam Marseille.
Masæsili, Numidiæ pop. v. 18 intra regnum Tremisenum jam nominatum.
Masylæi, Numidiæ pop. v. 18 in regno Algier hodie vocato.
Matiana regio in Mediæ & Armeniæ confinio, v. 1002: tabulis jam Adirbegia.
Mauritania, Gr. Mauruse, Africæ regio, v. 185: A Romanis divisa est in Tingitanam, quæ regna Fesle & Marocco hodie complectitur, & Cæsariensem, quæ sub Numidiâ Dionysius & alii comprehendunt.
Media, Asiæ regio, v. 10. & 1020. hodie Sarach Cheverio; Sirvan Castaldo, nomen hoc soli Mediæ Atropatenæ convenit: pars Parthiæ proxima Casmin vocatur.
Megarsus Indiæ fluvius Hypasi vicinus, v. 1145.
Melanchlæni, Sarmatiæ Asiat. populus secundùm Ptolemæum, quos tamen Dionysius Sarm. Europ. locat. v. 305.
Melas sinus, v. Sinus.
Melas, Arcadiæ fluvius ignobilis

lis, v. 416.
inx, Libyci maris insula
rca Syrtim minorem v.
30. hodie Gerbi seu Zerbi.
potamia, Asiæ regio inter
igrin & Euphraten flu. v.
93: hodie Diarbech.
enia, Peloponnesi regio, à
uâ Eurotas flu. licet impro-
iè, Μεσήνιος dicitur, v.
11.
ibatæ, qui & Sabatæ, &
ol. Sambatæ, Assyriæ
ns, v. 1015: alios verò
essabatas in Perside habet
tolemæus.
ipontum, Magnæ Græciæ
Italiâ urbs, v. 368: ea
nditus jam interiit; sed olim
am fuisse ubi hodie Torre
Mar Leander testatur.
tus, Ioniæ urbs, v. 445
r 825: Jam Melasso.
iæi, seu Minæi, Arabiæ Fe-
is pop. v. 959.
nœci, Ponti Cappadocii pop.
766.
a, Europea regio ad Istrum
a, v. 322: Olim divisa
t in Superiorem, quæ ho-
e Servia, & inferiorem,
iæ hodie Bulgaria appella-
r.
ia, Asiæ minoris regio, v.
05: hodie Bursia Castaldo,
ib quo nomine etiam Bithy-
ia comprehenditur.

N.

Abathæi, Arabiæ Pe-
trææ gens, v. 955.

Namnitæ, seu Namnetes, Dion.
Amnitæ, v. 571, Galliæ
Lugdunensis pop. ad Ligeris
flu. ostia: Jam Britanniæ
provinciæ pars, in quâ urbs
Nantes.
Namnitarum, seu Amnitarum,
insulæ, Ligeris ostiis objectæ,
v. 570: earum præcipua jam
Bella isle dicitur.
Neapolis, olim Parthenope,
Campaniæ urbs, ubi Parthe-
nopen Sirenum unam condi-
tam fabulantur, v. 358; ho-
die Napoli.
Neapolis, seu Leptis magna, A-
fricæ propriè dictæ urbs, v.
205: hodie Tripoli di Bar-
baria. Olim etiam Tripoli-
tana regio dicta est in quâ
Neapolis sita, à trium urbi-
um numero, OEæ, Sabratæ,
Leptis, magnæ.
Neritus, Ithacæ insulæ mons.
unde Ithaca ipsa Νηριτίη di-
citur, v. 495.
Neuri, Sarmatiæ Europæa pop.
v. 310: Inter Lithuaniam
& Moscoviam hodie dictam
ab antiquis statui videntur.
Nigretes, seu Nigritæ, Libyæ
interioris pop. ad Nigrin flu-
vium, v. 215: Jam regna
Lempta, Hair &c.
Nilus, fluvius, Æthiopum lin-
guâ olim Siris, Asiæ & A-
fricæ terminus Dionysio & a-
liis, v. 11. 18, 221: apud
plerasque gentes adhuc Nili
nomen retinet, ab Abissinis
verò Abhanhi vocari The-
vetus & alii testantur.

Noricum, *Europæ regio juxta Danubium, quam Germaniæ jam accensent*, v. 321 Complectitur Austriæ *partem maximam cum* Bavariæ *parte.*

Numida, *seu Nomadum regio*, *inter Africam propriè dictam & Mauritaniam sita*, v. 106: *Jam regna* Tremisen *& Algir complectitur.*

O.

Occiduum mare, v. *Mare Mediterraneum.*

Oceanus Atlanticus, *seu Occiduus*, v. 29 *&* 63: *Jam* Maris *quod* Del Nort *dicitur pars habetur*; *quod respectu* Maris del Zur *sic vocatur*, *quod à Meridionali Americæ latere est*, *ut hoc à Septentrionali.*

Oceanus Borealis, *in quo Britannicæ insulæ*, *quod & Mare* Congelatum *&* Cronium *dictum est in extremâ ad Boream parte*, v. 32, 297, 315: *Hodie pars* Maris del Nort, *quod tam hoc quàm Atlanticum mare comprehendit.*

Oceanus Sarmaticus & Scythicus, *Borealis Oceani partes veteribus habitæ*, *quibus &* Cronii *&* Congelati maris *nomen tribuerunt*, v 587. *&* 728. *Is quem* Oceanum Sarmaticum *antiqui vocârunt*, *jam Sinus esse deprehenditur*, *&* Mare Balticum *dicitur*, *à* Baltiâ *penins.* *aliter* Scandiâ *dict* (*quæ ipsa à freto vulgò Be* vocato, *inter insulas* Dan cas *inter fluente nomen ill* sortita est, *ex Cluverii se* tentiâ) *vulgò verò* Ool Zee, *hoc est* Mare Orient le, *respectu Germaniæ sc.* Daniæ *vocatur.* Scythic verò Oceanus, *quem M* Caspio *vicinum veteres fa* opinati sunt, *jam* Mare Pe zork *&* Myrmans-koy citur *in quantum innotu* Orientalis *enim ejus pars* cognita manet.

Oceanus Meridianus, *seu* R brum *&* Æthiopicu Mare, v. *Rubrum.*

Oceanus Orientalis, *seu* Inc cus *Dion. ultra Taproban ad Ortum*, v. 37, 89 1163. *Hujus partem q Indicas insulas alluit sub* rientalis maris *nomine ja comprehendunt*, *quæ ve* Chinam *alluit* Mare Ch nense *vocatur*, *& pars* Maris del Zur *hodie dic quod Asiam ab Americâ rimit.*

Ogyris, *insula Maris Rul prope Sinum Persicum*, 607.

Oricum, *Epiri urbs*, v. 395 *hodie* Orcho *Nigro*, Veloi *Gerbelio.*

Oretæ, v. *Toretæ.*

Oritæ, *populus in Arianæ Carmaniæ confinio*, v. 109 *hodie* Goadel *eodem loco e*

Orontes, *Syriæ fluvius*, v. 91 *hod*

hodie Tarfar *vel* Tarfato, *Olivarii & Geſtelio : adhuc tamen ab accolis* Orontz *vocari refert Thevetus.*

hoſia, Phœnices urbs. v. 914 : *Jam* Tortoſia, *Hermolao & Leandro teſtibus.*

us, fluvius, Bactrianam à Sogdianâ dirimens, v. 747 : *Hodie* Xa *Pincto*, Abia *Ortelio.*

P.

Pachynum, Siciliæ promont: v. 86 & 469 ; *Jam* Capo Paſſaro.

Pactolus Lydiæ fluvius, v. 831.

Pallene Thraciæ antiquæ promontorium, cum urbe cognomine (ſed Macedoniæ latè ſumptæ à pleriſque accenſitum) v. 327 : *Urbs ea hodie* Caniſtro *dicitur, Sophiano teſte, uti & promontorium ipſum Polemæo* Canaſtreum *vocatur.*

Pamphylia, Aſiæ regio inter Lyciam & Ciliciam, v. 850 : *hodie* Caramaniæ *pars. Bellonio, per ſe verò* Menteſili *à Cluverio vocatur.*

Pamphylius Sinus pro Iſſico, v. 508, v. *Iſſicus.*

Pannonia, Europæ regio ad Danubium ſita. v. 322 : *Diviſa fuit in* Superiorem, *quæ* Auſtriæ *partem, cum* Styriâ, Carniolæ *parte & Windorum marchâ complectitur ; & inferiorem, in quâ* Hungariæ *pars (aliam enim ejus partem, quæ ab altero Danubii latere eſt, Iazyges Metanaſtæ tenuerunt) cum* Slavoniâ *propriè dictâ, quæ inter Dravum & Savum fluvios eſt ac* Raſciæ *parte.* Hungariæ *nomen ab* Hunnis, *qui ibi conſederunt, inditum creditur.*

Panticapes, Sarmatiæ Europæ fluvius, v. 314, *quem refert Plinius ex quorundam ſententiâ cum Boryſthene circa Olbiam confluere : is Hypanis eſt Melæ, ex Amadocâ palude ortus,* v. *Hypanis. Contrà Hypanis Ptolemæi, Herodoto, Plinio, & Melæ Panticapes eſſe videtur, ut ante nos notavit Ortelius. Neſcio an Primam de Panticapæ ſententiam amplectatur Dionyſius, dum Aldeſco cum conjungit.*

Paphlagonia, Pontica regio in Galatiâ comprehenſa, v. 787 : *hodie* Roni *Caſtaldo.*

Parnaſſus, Phocidis mons, v. 439 : *hodie* Parnaſo *Caſtaldo*, Liacura *verò Sophiano.*

Parneſſus, ſeu Parniſſus, pro Paropaniſo, v. 737.

Paropamiſus, ſeu Paropaniſus, Aſiæ mons inter Bactrianam & Arianam, cujus pars Paropamiſis adipſo vocata, v. 1097.

Parthenopes Sedes, v. *Neapolis.*

Parthia, Aſiæ regio, v. 1040 : *hodie* Arach. *Mercatori &*

Cluverio.
Pasargadæ, Persidis gens, cum urbe cognomini, v. 1069.
Patalene, Indiæ insula ad Indi flu. ostia, v. 1093; jam regni Cambaiæ pars, in quâ ipsa urbs Cambaia.
Pataræum promontorium Lyciæ, v. 129 & 507, à vicinâ urbe, quæ olim Patara, atque adhuc Patera dicitur.
Pelasgi, olim Arcadiæ incolæ, atque inde in Hetruriam profecti, v. 347: alia verò eorum pars in Thessaliâ consedit, unde ejus pars Pelasgia dicta.
Peloponnesus, peninsula, Græciæ latè sumptæ pars, v. 403: hodie Morea.
Pelorum Siculæ prom. v. 469: hodie Capo del Faro.
Pellinæus, Chii insulæ mons, v. 535.
Perga, Pamphyliæ urbs, v. 855: Jam Pirgi Sophiano.
Peparethus, Ægæi maris insula, v. 521; nunc Saraquino Castaldo, quod & tabulæ confirmant.
Persicus Sinus, v Sinus.
Persis, Asiæ regio, v. 1063: hodie Farsi aut Farsic.
Peucanei Dion. alii Peucolaitæ, Indiæ gens, v. 1143.
Peuce, insula intra Istri ostia, v. 301; Jam Pizina, si Nigro fides.
Phænagora, seu Phanagoria, urbs in peninsulâ Coroconda-me sita ad Bosphorum Cimmerium, v. 552: Matriga hodie Taneveto.
Phæstus, Cretæ inf. urbs, 88; à Gortyniis olim diru
Pelusium, Ægypti urbs, v. 2
Tenessa in tabulis quib dam vocari censet Orteli Damiatam quidam non (quamvis plerique ita e stiment) à P. Gyllio & telio probatur, quòd Dam ta non sit ad extimum N ostium, olim Pelusiacum Etum, sed ad Taniticum, de eam Tanin esse veter censent, quam à Steph Tamiatin vocatam notant
Pharos, Ægypti olim insula, continenti jam annexa, tu nobilis, quæ & ipsa Pha dicta, v. 257; hodie Fa on, teste Ortelio.
Pharium mare, Ægyptium lagus, v. 115.
Phaselis, Pamphyliæ urbs, 855.
Phasis, Colchidis fluvius, 691: in recentiorum tab Fasso vocatur.
Phauruſii, Libyæ interioris p v. 216: Circa ea loca sta videntur ubi jam Agades
Philyres, Ponti Cappadocii g juxta Macrones, v. 766; Byzeres.
Phocis, Helladis propriè dic regio, v. 437: Jam ea L vadiæ pars ubi Salona ur celebris.
Phœnice, Syriæ pars maritim v. 905: In Soriâ jam dil etiamnum eam comprehe dunt, ut in nomine Tri videre est.

ruri, *Scythica gens Sericæ vicina*, v. 752.

rygia *Asiæ minoris regio*, *in Majorem & Minorem olim divisa*, v. 810 & 812 : *Hodie* Sarcum ; *si Castaldo fides.*

centini, *Italiæ gens Campaniæ proxima*, v. 361; *jam pars regionis quæ* Terra di Lavoro *dicitur* ; *ipsa verò peculiariter* Costa d'Amalfi (*à Melphi urbe, vulgò* Amalfi) *Sanfelicio vocatur* : *alii ab his sunt Picentes*, *Picenti incolæ ad Sinum Adriaticum*, *quæ jam* Marca Anconitana (*ab* Anconâ *urbe*) *appellatur.*

narus, *Ciliciæ fluvius*, v. 866.

isidja, *Asiæ regio juxta Pamphyliam*, v. 858 ; *jam* Varsac ili *Turcis*, *teste Leunclavio.*

lotæ, v. *Æoliæ insulæ.*

ropontis, *Mare inter Hellespontum & Pontum*, v. 137. 324, 540 : *Jam* Mar di Marmora.

ontus Euxinus, v. *Euxinus.*

ontus, *Asiæ regio ad Pontum Euxinum*, *Mariandynorum regionem*, *cum maritimâ Galatiæ & Cappadociæ parte complectens*, v 763 : *Jam* Natoliæ *pars est*, *& Occidentalis ejus pars* Roni, *Orientalis pars* Amasia *seu* Almasia *vocatur.*

osidium, *Syriæ oppidum maritimum*, v. 916.

Priene, Ioniæ urbs, v. 825 : *hodie* Palachia, *si Nigro fides.*

Pyrenæus, mons Hispaniam à Galliâ disterminans, v. 288 & 338. los Pireneos *etiamnum vocant Hispani.*

Pyramus, Ciliciæ fluvius, v. 866 ; *hodie* Malmistra, *si Nigro credendum sit.*

Pytho, v. *Delphi.*

R.

Rhæti gens inter Germaniam & Alpes Gidaris & posita ad Rheni & Danubii fontes, v. 321, *ubi* Τέρρηνοι *corruptè scribitur. Ii ex Strabonis sententiâ, quæ ab Orlio & Cluverio probatur, Alpium juga & subjectas valles tenuerunt, ubi hodie* Grisones *&* Comitatus Tirolensis ; *Ptolemæus verò ulteriùs eos protendit*, *&* Sueviam, *seu* Schawben *hodie dictam sub Rhætiâ strictè sumptâ comprehendit*, *sub eâdem verò latè sumptâ Vindeliciam etiam complectitur.*

Rhebas, fluvius exiguus in Ponti fauces juxta Chalcedonem influens, v. 794 *etiamnum* Ribas, *P. Gyllio teste.*

Rhenus fluvius, Galliæ & Germaniæ olim terminus, v. 296 & 566 : *vulgò* Rhyn.

Rhodus, insula Cariæ vicina, v. 505 ; *etiamnum* Rodo & Rhodes.

Riphæi montes Sarmatiæ Euro-

pæa, quos ad Tanaïs fontes plurimi statuerunt, à Dionysio verò latiùs sumuntur, v. 315, ut Amadocos, Peucen, & alios Sarmatiæ montes tanquam partes comprehendant. Nullos quidem esse montes ubi Tanaïs oritur notant recentiores, in tabulis verò novis in Tartariâ Crimæâ *montes quidem pinguntur eo fere loco ubi* Amadocos *statuit Ptolemæus.*

Roma, urbs Italiæ celeberrima, v. 354, adhuc nonen retinens.

Rubrum, aut Erythræum, mare, v. 38, 597, 893, 932, 1089, 1133, Oceanus Meridianus inter Æthiopiam & Indiam interjectus, qui & Æthiopicus dicitur quà Æthiopiam alluit: Hodie Mare Indicum & Orientale ab Europæis dicitur (Europæ sc. Africæ respectu) uti à Ptolemæo etiam Indicum *vocatur, quamvis Dionysius & alii* Eoum & Indicum *vocent quod ab Orientali latere Asiam alluit.*

S.

Sabæi, Arabiæ Felicis gens, v. 959; Ibi olim posita ubi hodie regnum Aden *cum urbe cognomini.*

Sabæ, seu Sabæi, Persidis pop. v. 1069.

Sabæ, Dionysio Indiæ pop. qui alii Sibæ, v. Sibæ.

Sacæ, Scythiæ gens ad Iaxartis fontes, v. 749, ubi hodie Cotam & Taskent (partes Turcheſtan regni) & Tacaliſtan regio.

Sacrum promont. Hispaniæ, v. 561; hodie Cabo de S. Vincente.

Salamis, insula Atticæ vicina v. 512, Nunc Coluri *Sophiano.*

Salmonium, Cretæ inf. promont. Orientale, v. 110 Ptol.

Sarmonium; hodie Cabo Salamo *aut* Salamone *Sophiano & Mercatori, sed in tabulis quibusdam novis* Samoni *scribi video.*

Samnites, Gr. Σαυνῖται Ital. pop. v. 375: hodie Vale Beneventana *Caraffæ & aliis à Beneventio urbe: se latiùs patuit Samnitium regio, cujus pars maxima in* Terra di Lavoro *comprehenditur, reliqua in* Abruzzo.

Samothracia, seu SarmoThracia Ægæi maris insula Thraciæ vicina v. 524: Hodie Samandrachi.

Sanius, Ægæi maris insula, Ioniæ adversa, v. 534, etiamnum Samo *vocatur.*

Sangarius, seu Sagaris, Phrygiæ majoris fluvius, v. 811: hodie Sangari *Bellonio, Zagari Nigro.*

Sardes, Lydiæ, urbs, v. 1058.

Sardinia, Gr. Σαρδὼ, Maris Medi-

Mediterr. insula, v. 458: *hodie* Sardegna
Saïdæ, Arianæ gens; v. 1097: *fortasse pro* Sotraidæ, *à* Soria *Ariæ urbe, in* Sotra *contractâ, nomine deducto, nisi hi* Σύδροι *sint. quos inter Arachosiæ gentes numerat Ptolemæus: nihil quidem melius mihi suppetit.*
Sarmatæ, seu Sarmatæ, gens Sarmatiam *tam* Europæam *quàm* Asiaticam *incolens v.* 15. Europæa, *de quâ agitur v.* 304, Russiam *hodie dictam, cum* Poloniæ *regni parte & ejus membris* Livoniâ, Lithuaniâ *&c.* (*& nonnullis* Tartariam Crimæam) *complectitur:* Asiatica, *de quâ v.* 653, Tartaros Petigoros, Chirassos, *&* Morduitas *comprehendit.*
Sodri, vel (ut variæ lectiones habent) Scythri, Avieno interpreti Sodri, *Indiæ gens, v.* 1142. *Ii esse videntur qui Plinio* Sydracæ *vocantur.*
Sus, Maris Ægæi insula, v. 121: *hodie* Sciro.
Scythia Asiatica, ultima ad Septentrionem Asiæ regio, v. 28 *&* 758: *hodie* Tartaria *seu* Tartaria.
Scythia parva Europæa, Tauriana sc. Chersonesus cum regione vicinâ inter Mæotidem & Borysthenis ostia (quæ Ptolemæo Sarmatiæ pars habetur) v. 16, 164, 665; *hodie* Tartaria Crimæa.
Scythia latiùs sumpta, ut omnes Caspii Maris & Ponti Euxini accolæ ei accenseantur, v. 798.
Scythæ Australes, v. Indo Scythæ.
Selena, corruptè pro Elana; *v.* 926; *v Elana.*
Selge, Pisidiæ urbs, v. 860.
Serbonis, seu Sirbonis, Ægypti palus ad Casium montē, v. 253; *hodie* Golfo di Tenesse *Pincto, à nautis verò* Stagnone *vocari notat Marius Niger.*
Seres, Asiæ populus ultra Scythas ad Orientem, v. 752: Chinæ *ab Europæis hodie dictæ pars Septentrionalis, cujus reliqua pars cum regnis* Sian *&* Camboiæ, Sinarum *regio olim dicta.*
Sestus, Thraciæ urbs ad Hellespontum, v. 516: *hanc & Abydū* Bogasassar *jam à Turcis vocari, quasi oppida in maris faucibus posita, Alex. Zardus & Niger, testantur. Vulgo, Gallis, & aliis* Les Dardanelles *vocantur.*
Sibæ, seu Sibi, Indiæ gens, Dion. Sabæ, v. 1141.
Sicilia, seu Trinacria, Maris Mediter. insula, v. 467; *quæ adhuc* Siciliæ *nomen retinet.*
Sidon, urbs Phœnices, v. 912: *hodie* Said *Nigro & Postello.*
Sidonium mare, v. Mare Syriacum.
Silaris, Dion. Silarus, fluvius per Picentinos in Italiâ fluens, v. 361: *hodie* Sili *Nigro,* Selo *Ligorio.*

Simoïs,

Simois, *Troadis*, *seu Phrygiæ minoris fluvius*, *v.* 683 *&* 819.
Sindi, *gens inter Pontum & Mæotidem olim posita*, *v.* 681; *ubi* Trinici *urbs in tabulis recentiorum pingitur.*
Sinope, *Paphlagoniæ urbs maritima*, *v.* 779: *Jam* Sinabe *Turcis*, *Leunclavio teste.*
Sinus { *Adriaticus*, *seu Ionius*, *Italiam ab Illyride dirimens v.* 92, 102, 380, 481: *Jam* Golfo di Venetia.
Arabicus, *è Rubro mari prodiens*, *& Arabiam ab Æthiopiâ dirimens*, *v.* 24, 54, 632, 924: *Jam* Mar di Mecha, *à* Mechâ *Arabiæ urbe*, *& Europis* Mare Rubrum.
Corinthiacus, *Peloponnesum à Phocide & Æoliâ dirimens*, *v.* 421, *Jam* Golfo di Lepanto, *à Naupacto urbe*, *quæ jam* Lepanto.
Issicus, *Pamphylius etiam Dionysio dictus*, *Syriam à Ciliciâ separans*, *v.* 119 *&* 508, *jam* Golfo di Laiasso *vel* Aiasso.
Melas vel Melanis, *ex Ægæo mari in Thraciam se insinuans*, *v.* 538.
Persicus, *è Rubro mari prodiens inter Persidem & Arabiam*, *v.* 52, 608, 632, 981; *Jam* Mare Elcatif.
Saronicas, *Peloponnesi ab Atticâ dirimens*, 422; *Jam* Golfo Engia, *ab Æginâ in jam* Engia.
Sirenia petra, *Minervæ promont. in Campaniâ Italiæ regione*, *juxta Surrentum*, 360; *Jam* Capo di Campanella.
Sirus fl. v. 223, *v. Nilus.*
Sogdiana, *Asiæ regio inter Scythiam & Bactrianam*, 747: *hodie* Tartaria Zagathaia.
Soli, *Ciliciæ urbs*, *v.* 875.
Sporades, *Ægæi maris insulæ inter Cretam & Cycladas*, 132 *&* 530.
Sunium, *Atticæ promont.* 511; *hodie* Capo delle Colonne *Sophiano & Dario Nigro*, *à columnis templi Minervæ ibi extantibus.*
Sybaris, *Magnæ Græciæ in Italiâ urbs*, *quæ postea Thuri & Copiæ vocata*, *v.* 3: *Jam funditus interiit*, *ut loco ubi sita fuerit ambigatur.*
Syene, *Ægypti superioris*, *Thebaïdis*, *urbs*, *v.* 223, 244; *hodie* Asna.
Syria, *Asiæ regio*, *v.* 877, *non tantùm Syriam propriè dictam*, *quæ etiamnum Soria vocatur*, *verùm & Cappadociam*, *quæ jam Natoliæ pars ex Dionysii sententiâ computatur.*
Syria Cava, *Syriæ proprie dictæ pars*, *v. Cœlesyria.*
Syria altera, *à Cœlesyriâ dist*

ela, Cappadociam cum Commagenâ, Seleucide, & reliquis Syriæ partibus cis Libanum montem comprehendens, v. 971.
rtes duæ, major & minor, Libyci maris sinus, v. 105, 106, 198, 477; hodie Secche di Barbarie, *vel* Baxos de Barbaria.
sa, urbs Susianæ ab ipsâ sic nominatæ, v. 1074: Jam Sustra, *si Castaldo fides.*
siana, Asiæ regio, 1074; Jam Cusistan *Mercatori,* Elaran *Cluverio.*

T.

Anais fluvius Sarmatiam Europeam ab Asiaticâ dirimens, v. 14 & 660, hodie Don.
ci, seu Taoceni, Dion. Tarei, *Perfidis pop. ubi* Taoce *urbs, v. 1069.*
robane, insula Indiæ vicina, v. 593; Jam Zeilan.
yri, seu Tapuri, Dionysio Margianæ pop. v. 733. Ptolemæus quidem & hos nominat, alios cognomines in Mediæ parte.
entum, Magnæ Græciæ in Italiâ urbs, 376; hodie Taranto.
sus, Ciliciæ urbs, v. 867; Jam Trasso *Thevetio, sed* Hama *aut* Hamsa *Bellonio.*
tessus, Hispaniæ urbs ad Fretum Herculeum Dionysio, v. 337; Carteiam innuere videtur, quæ eo ferè loco fuit ubi hodie Tariffa.
Tasci pro Taoci Dion. v. Taoci.
Tauri, seu Tauroscythæ, gens Scythica quæ Sarmatiæ Europææ partem, Tauricam sc. Chersonesum & vicina loca, tenuit; v. 306; Taurica Chersonesus, *à Tauris hisce sic vocata,* Tartaria Perecopensis *jam vocatur (quæ quidem* Crimæa pars *est) ab urbe* Perecop, *quæ olim* Taphræ.
Taurus, Ciliciæ mons, atque inde (nominibus subinde variatis) in Indiam usque excurrens, Asiam in duas partes dividens (quarum quæ ad Meridiem est Asia extra Taurum, *quæ ad Septentrionem* Asia intra Taurum *dicitur) v. 641, 849, 890. Juxta Pamphyliam & Ciliciam, ubi propriè Taurus dicitur,* Canibal, Bacras, & Giulich *jam vocari notat Ortelius. alibi alia nomina sortitur.*
Taurus, Dionysio Tauricæ Chersonesi mons, v 168.,
Tenedus, insula juxta Hellespontum, v. 135 & 537; hodie etiam Tenedo, *Sophiano.*
Tergeste, Dion. Tegestrâ, Carnorum urbs, aut Istriæ ex Ptolemæi sententiâ, ad intimum Sinus Adriatici recessum, 382; Jam Trieste.
Teredon, Babyloniæ urbs, v. 982; hodie Balsera *vocari Ortelius*

Ortelius opinatur.
Termissus, seu *Termessus*, *Pisidiæ urbs*, v. 859.
Thasus, *Maris Ægæi insula Thraciæ vicina*, v. 523: *hodie* Taso.
Thebæ, seu *Diospolis*, *Ægypti urbs*, v. 249: *cui cognominis fuit Bœotiæ urbs, quæ hodie* Stibes.
Thebaïs, *Ægypti pars superior, ab urbe Thebis sic dicta*, v. 248: *hodie* Sahid.
Thermopylæ, *angustus transitus inter OEtam montem, qui Thessaliam ab Hellade dirimit, & Mare Ægæum*, v. 438.
Thermodon, *Cappadociæ fluvius*, v. 657, 774, 975: *hodie* Pormon, *si Nigro & Stuckio fides.*
Thessalia, *Græciæ regio* (*quam nonnulli Macedoniæ latè sumptæ accensent*) v. 427. *Hodie* Ianna *Cluverio*, Comenolitari *Castaldo.*
Thonitis, seu *Thospitis*, *Armeniæ palus per quam Tigris fluvius fertur*, v. 988.
Thracia, *Europæ regio*, v. 323 & 398: *hodie* Romania, *à Constantinopoli urbe, quæ &* Nova Roma *vocata.*
Thybris, seu *Tiberis*, *Italiæ fluvius*, v. 352. *hodie* Teverie.
Thule, *ultima habita ad Septentrionem insula, sub Arctico Circulo à Dionysio locata*, v. 581. *Hodie* Iseland.
Tibareni, *Ponti Cappadocii gens* v. 767.
Tigris, *fluvius Mesopotamiam ab Assyriâ disterminans*, v. 982; *Hodie* Tegil *Castaldo quod ab Hebraïco nomine* Hiddekel *non abludit.*
Tmolus, *Lydiæ mons*, v. 831.
Tochari, *Scythiæ pop juxta Iaxarten fluv.* v. 752: *Jam pars* Turcheſtan *Tartariæ regionis: Eorum nomen à nomine* Togarma *non abludit, quo Ezech.* 270 *& alibi habetur, quo quidem Judæi* Turcos *notare solent, Postello & aliis testibus.*
Toretæ (*pro quo corrupte* Oretæ *apud Dion. legitur*) *Pontica gens inter Pontum & Mæotidem*, v. 682; *Mercatoris tabulis* Coretaopidum *pingitur juxta ani quam eorum sedem.*
Toxili, seu *Taxili*, *Indiæ ger quorum urbs Taxila ad l dum flu.* v. 1141.
Tritonis palus, *in Africâ pr priè dictâ*, v. 267; Cap *novo nomine Marmolio*, *c Ortelius assentitur.*
Triphylia regio, v. *Elis.*
Tripolis, *Phœnices urbs*, v. 91 *hodie* Tripoli di Soria, *à* Tripoli Barbariæ *distiguatur, quæ olim Neapo seu Leptis magna.*
Trinacria pro Siciliâ, v. 46 v. *Sicilia.*
Troglodytæ, *Dion.* Eremb *gens ab Occidentali Sin Arabici parte posita*, v. 18 & 963; *hodie* Abissini pa

ars in quâ regiones Barnagasso, Dangali &c.
daridarum terra, v. Diocurias.
rheni ceu Thusci, Italiæ pop.
uorum regio Latinis plerisque Hetruria dicta, v. 294 & 347; Hodie Toscana.
as Phœnices urbs, v. 911; am Suri Postello & Nigro estibus, uti & olim quibuslam Sora, aut Sarra.

V.

) Nni, Scythica gens ad Maris Caspii fauces Dionyo vocatas (quo nomine Rhaluvii ostia intelligenda videntur) v. 730; hodie ibi st Astrachan regio, Tartariæ pars, utramque Rha fluii ripam amplexa. Videntur hinc orti Hunni illi qui magnam Europæ partem aliquando pervagati sunt, & tandem in Hungaria et vicinis locis consederunt.

X.

Xanthus, seu Scamander, Troadis fluvius in Hellespontum fluens, 683 et 819.
Xanthus, Lyciæ fluvius, v. 848.

Z.

Zephyrum, Italiæ promont. juxta Locros, v. 364, Nunc Capo di Borsano; Leandro.
Zygii, Pontica gens inter Pontum et Mæotidem, v. 681. Hi et Heniochi positi fuere ubi hodie S. Sophia et Alba Zichia, quæ Zygiorum nominis vestigium quoddam habere videtur.

Benevole Lector!

CUm *Asia* fusiùs à Dionysio describatur, parciùs verò *Africa*, & *Europa* (si Italiam & Græciam excipias) visum est mihi ea *Africæ* loca quæ in *Tabulâ* nostrâ *universali* habentur, à Dionysio non nominantur, paucis hìc explicare; quibus & ea adjicimus quæ inter Nilum & Sinum Arabicum sita sunt, quippe quæ ex receptione jam Sententiâ in Africâ comprehendentur, cumvìs Dionysius ea Asiæ accenseat. Cùm verò minior *Europæ* cognitio nobis Europæis desideretur, præcipuè florentissimarum jam regionum, *Hispaniæ*, *Galliæ*, *Germaniæ*, & *Britannicarum insularum*, quæ Dionysio obscurè tantùm cognitæ fuere quasi res per nebulam visæ, operæpretium esse sui singulorum locorum quæ in regionibus illis, cum vicinis quibusdam, in nostrâ *Europâ tabulâ* nominantur, Indicem copiosum exhibere, & nomina nova veteribus conferre, ut opus hoc (quod ad veterem Geographiam spectat) omnibus numeris absolutum reddatur. Hæc è re tuâ futura (candide Lector!) confido,

——— *doliturus, si placeant spe*
Deteriùs nostrâ. ———

Sin tibi arrideant, fruere, & vale; ac mihi inte-

rim ignoſce, ſi dum veterum deſcriptiones (Afri
cæ præſertim) novo prorſus incepto, recentiorum
delineationibus accommodare ſtudeo, audacio
aliquando in conjecturis fuerim; neque enim al
ter veritas è latebris eruitur. Quòd ſi ipſe omni
non deprehenderim, at ſagatiorum induſtria hic
fortaſſe excitabitur ad cætera perſequenda, ſ
qua nos fortè effugerint.

IN

INDEX

igulorum *Africæ* locorum, gentium &c. quæ in *Tabulâ* nostrâ *universali* nominantur, sed à Dionysio prorsus omittuntur.

A.

ETHiopia *sub Ægypto*, interior, *et* Hesperia, *v. Ind. super.*

mba, *Æthiopiæ interioris* *gio*; *Hodie* Medra *et* Bia- *regna.*

a propriè dicta, *Africæ* *rs inter Numidiam et Syr-* *n majorem interjecta, quæ* *ricæ Proconsuli paruit.*

im regnum Tunitanum Tripolitanum *complectitur*; *anque hæc tota, cum* *auritaniâ et* Numidiâ, *nmunijam nomine* Barba- *vocatur, quæ nonnullis* *am* Barcam *complectitur.*

pa, Barbariæ *olim vo-* *æ, ad Oceanum Rubrum* *æ, emporium: A* Ptolemæo *ferè loco statui videtur ubi* *n urbs* Megadoxo.

Arabes Ægyptii, ad Sinum Arabicum, Jam Cossir *et* Cana *deserta.*

Aromata, Barbariæ *olim dicta promont. et emporium: Jam* Cabo de Guardafu *Mercatori.*

Arsinarium promont.; *jam* Cabo verde.

Astaboras Æthiopiæ fluvius: Jam Tacui *Nigro*, Tacassi *Mercatori.*

Astapus Æthiopiæ fluvius; *Jam* Abavi *Nigro*, Abanhi *Mercatori: nonnulli tamen* Abanchi *pro ipso Nilo accipiunt, et* Tacassi, *seu* Tagazi, *pro Astapode, ique Astaboram* Coroz *appellant. Veritatem explorent siqui fortè Geographiæ veteris periti regiones illas adierint.*

Azaniæ, regio Troglodyticæ confinis; *Jam regnum* Adel *et* Balli.

B.

Barbaria, regio ad Oceani Rubri oram protensa: Jam regiones Quiloa, Melinde, Magadoxo *&c. complectitur.*

C.

Cyrenaïca, regio ad Syrtim majorem; Jam Barcaniæ *regionis pars.*

D.

Daradus seu Daras flu. Borealissimum Senegæ *flu. ostium, ut nobis videtur.*

Dioscoridis insula prope Sinus Arabici fauces sita, Jam Zocotora *unde aloë Socotorina.*

F.

Fortunatæ insulæ, in Oceano Atlant. sitæ; Hodie Canariæ, *à præcipuâ insulâ, quæ et nunc et olim* Canaria *vocata.*

G.

Gorgades Insulæ; Jam Islas de Cabo verde.

H.

Hesperi Cornu promontor. ultimus Oceani Atlantici terminus, ex plurimorum sententiâ, Jam Cabo de Sierra Liona, *aut ex Salmasii sententia,* Cabo de Palma *errant certè qui* Cabo verde *Hesperi cornu esse putant, nullus enim ibi insignis est litoris flexus.*

Hesperius sinus Ptolemæo, quem ille pro Atlantici Maris parte accipit, quum pleriſque alii Æthiopici, seu Meridiani Maris pars habeatur; Jam Æthiopicus Oceanus, *quem non (ut olim) ad Orientalem Æthiopiæ latus protendunt sed Æthiopiæ ora à* Guinea *ad* Caput Bonæ Spei *terminant.*

L.

Leucæthiopes, à Ptolemæo circa ea loca statui videntur, ubi jam Melli *&* Maldinga *regiones.*

Libya propriè dicta, *quæ exterior Mercatori vocatur respectu* Libyæ interioris *regio Ægypto vicina. Antiquissimis quidem Græcis Africæ portio quæ inter Syriam majorem & Ægyptum interjecta est* propriè Libya *censebatur, Ptolemæus vero Cyrenaïcam vocans quæ Cyrenæis regibus subdita fuerat soli Libyæ parti Ægypto proximæ* Libyæ propriè dictæ *nomen tribuit, quæ & Libya Mareotis vocata est. Ibi jam* Ellocat *desertum & regni* Goagæ *pars.*

bya interior, *Africæ regio Æthiopiæ proxima. Pars ejus mediterranea communi nomine* Sarra, *hoc est* desertum, *iam vocatur, complectitur autem deserta maxima & regiones* Agades, Cano, Borno *&c. ex Ptolemæi sententia ei etiam accensentur maritimæ quædam regiones, quæ jam* Gualata Hoden, Senehoa *&c. vocantur, quas Æthiopiæ Hesperiæ trabo & alii adjiciunt.*

M

Meroë, Æthiopiæ insula (cui & urbs gnominis) inter duo Nili achia concluſa: Jam Guenere.

hifera regio Æthiopiæ ol. Jam Angote *&* Fatir *Abiſſiniæ provinciæ.*

N.

Nia fluvius; Is eſſe videtur qui Mandinga *em alluit, deinde cum eridionali* Senegæ *oſtio ſcetur.*

paludes: Occidentalis, qui jor eſt, jam Zaire *&* mbre *Orientalis* Zaflan *atur.*

, Libyæ gens juxta Æpiam ſub Ægypto, eorum io Nubia *adhuc vocatur.*

R.

Rapta, Barbariæ olim dicta urbs, quæ jam Quiloa *dici videtur.*

S.

Stachir fluvius, Is qui hodiè Senega *ſeu* Zenega *vocatur, ex Lud. Marmolii ſententia, cui & nos aſſentimur; aſtipulatur & Jo. Maffeius qui* Gambea *ſeu* Gambra *interpretatur, quod eodem recidit.* Senega *enim &* Gambra *ab aliis Synonyma planè habentur, ab aliis ejuſdem fluvii oſtium maximè Septentrionale* Senegà *vocatur, quod verò ei proximum* Gambra, *illud nobis* Daradus *Ptolemæi, hoc* Stachir *eſſe videtur. Fluvius is (cujus ſola oſtia veteribus nota fuere, ſuperior verò curſus ignoratus)* Niger *in tabulis falsò vocatur, cum veterum* Niger *curſu planè contrario ab Occaſu in Ortum feratur, ut ſuprà monuimus.*

T.

Theon Ochema, ſeu Deorum currus; *mons prope Heſperi cornu; Jam* Sierra Liona *Marmolio & aliis, quibus libens aſſentior.*

Tingis Mauritaniæ, ab ipſâ Tingitanæ *dictæ, urbs Jam* Tanger.

liqua Africæ loca in Tabulâ univerſali depicta in Indi- ærenda ſunt.

INDEX

Singularum urbium, gentium, fluviorum &c. in Hiſpaniâ, Galliâ, Germaniâ, Britannicis inſulis, & his vicinis quibuſdam regionibus, quæ in noſtrâ Europæ tabulâ deſcribuntur.

A.

Abula Baſtitanorum in Hiſpaniâ Tarrac. urbs, hodie Avila *ex multorum ſententiâ; ſed ab Abula Ptolemæi longè diſtat* Avila Caſtiliæ veteris.

Abus Britanniæ flu. A Ptolemæo ad æſtuarium Humber *jam dictum notatur, ubi* Trentæ *flu. cum* Ouſâ *confluxus eſt.*

Ænus flu. inter Videliciam & Noricum; Hodie In, *Agrippina Colonia, Vbiorum urbs ad Rhenum; Germanis hodie* Coln, *Gallis* Cologne.

Albion inſ. quæ & propriè Britannia, v. Britannia.

Albis, Germaniæ fluvius, hodie Elbe.

Allobroges, Galliæ Narbon pop. ubi jam Viennois *cū* Sabaudiæ *&* Delphinatus *parte.*

Alpes, v. Ind. ſuper.

Amaſia, Germaniæ urbs; cui urbis Caſſel *in* Haſſiâ *ſitu non male congruit.*

Amæſus, Germ. fluvius hodie Ems.

Ambiani, Galliæ Belg. pop. Jam Picardiæ *pars ubi urbs* Amiens.

Anas, Hiſp. fluvius; Jam Guadiana.

Angili Suevi, Tacito Angli Germaniæ pop. Circa Ducatum Brunſwicenſem *à Ptolemæo locari videntur: Sed Cluverius in* Meckelburgenſi *agro veram eorum ſedem fuiſſe opinatur. Eorum progeniem fuiſſe* Angelen Ducatu Sleſwicenſi Dani *& horum* Anglos, *qui Britanniam occupârunt, Orteius opinatur.*

Aquitania, Galliæ pars inter Ligerim flu. Pyrenæos montes, & Oceanum; ubi jam Guienne

Guienne, Gascoigne &c.
quæ calidæ, Britanniæ urbs, hodie Bath, utrumque nomen à thermis, & nunc & olim insignibus, sortita.
quæ Sextiæ, Galliæ Narbon. urbs; hodie Aix.
ar, Galliæ fluvius; hodie Saone.
edate Norici urbs, jam Lintz Bavariæ.
elatum, Galliæ Narb. urbs; hodie Arles.
gentoratum, Germanica urbs ad Rhenum, Jam Strasburg in Alsatia.
taunum, Germaniæ urbs; Jam Wurzburgh Appiano.
abri, Hisp. Tarrac. pop. Jam Galliciæ pars extrema ubi urbs Compostella.
erni, Aquitaniæ pop. hodie Auvergne.
ures, Hisp. Tarrac. pop. Hodie Regna Leon & Oviedo, quæ & Asturias etiamnum dicuntur.
trum Lucus, Jam Oviedo.
rica Augusta, Astrum urbs; unc Astorga.
sis, fluvius per Venetiam uens; Jam Adesi.
batii, Galliæ Belg. pop. hodie Artois.
nticum, Helvetiorum urbs; am Gallis Avances, Geranis Wisslispurg.
reni, seu Avares, Sarm. urop. pop ubi jam Russia igra cum proximâ Polonæ parte.
ricum, Biturigum & Aquitaniâ urbs; hodie Bourges Calameo & aliis.
Augusta Emerita, Lusitaniæ urbs; Hodie Merida.
Augusta Trevirorum, Galliæ Belg. urbs; Hodie Triers.
Augusta Vindelicorum, Nunc Augsburg.
Augustomana, Galliæ Lugd. urbs; ea esse videtur quæ postea Augusta Tricassiorum dicta est; Hodie Troyes.
Augustodunum, Heduorum in Gallia Lugd. urbs; Jam Austun in Burgundiâ.
Augustoritum, Pictonum in Galliâ Aquitanicâ urbs: hodie Poictiers.
Aulrcii, Galliæ Lugd. pop. divisi in Eburones seu Eburaicos, ubi jam Normanniæ pars in quâ urbs Eureux; Cenomanos, hodie Maine; & Diaulitas, qui Cæsari Diablintres, hodie Leondoul, Marliano.
Auscii, Aquitaniæ pop. ubi hodie urbs Auchx.
Auteri, Hiberniæ inf. pop. Jam Com. Clare & Galway, cum reliquâ Australi Conactiæ parte, in quâ Baronia Atterich Auterorum nominis vestigium habet, ut notat Camdenus.

B.

BÆtis Hispaniæ, Baticæ ab ipso dictæ, fluvius, jam Guadalquivir.
Bætica, Hispaniæ pars, inter

Anam fluvium & Mare Ibericum ac Fretum Gaditanum interjecta; complexa est Andaluziam *&* Granadam *jam dictam, cum* Estremaduræ *parte.*

Balsa, Lusitaniæ urbs, Tavila *Coquo.*

Baltia, v. Scandia.

Barcinon, Hisp. Tarrac. urbs; Jam Barcelona.

Bastuli, Hisp. Baticæ pop. Jam Granadæ *pars maritima, cum exiguâ* Andaluziæ *parte ad Fretum Herculeum*

Batavi, Galliæ Belg. pop. Jam Hollandiæ, Trajectensis provinciæ, *&* Geldriæ *pars Australis, à Lugduno Batavorum (ubi unum ex antiquis Rheni ostiis olim fuit) ad Mosam flu. Clu. verio.*

Batavodurum, Batavorum urbs, jam Wyck te Duerstede.

Belgica, Galliæ pars (sed quæ à Germanicis gentibus ex parte tenebatur) à Rheno ad Sequanam flu. ubi jam Picardie, Campaigne, Lorreine, *cum* Flandriâ, Brabantiâ *& vicinis provinciis Hispano jam subditis.*

Belgæ, Britanniæ pop. Jam Somersetshire, Wiltshire, Hampshire, Camdeno.

Benacus lacus in Galliâ Cisalp. hodie Lagodi Garda.

Bilbilis Hisp. Tarrac. oppidum, olim situm ubi jam Calatajud, *aut proximo certè loco.*

Bituriges, Aquitaniæ pop. quorum alii, Vibisci olim dicti partem regionis Guienne *jam dictæ tenuerunt, ub urbs Burdeaux; alii,* Cub *cognominati, regionem qu* Berri *jam dicitur, in qu urbs* Bourges.

Blani seu Ebbani Hiberniæ pop Jam Com. Dublin, Meth Kildare, Kings County.

Boderia, seu Bodotria, Britan niæ æstuarium; Jam Edir burgh Frith.

Boii, Galliæ Cisalp. pop. Ja Romandiola, *vulgò* Ro magna.

Bolerium, Britanniæ prom. Cornubiâ jam dictâ, vul The lands end.

Bonna, Germanica urbs ad Rh num, etiamnum Bon.

Bononia, Galliæ Cisalp. urb jam Bologna.

Boreum Hiberniæ prom. Ja St Helens Head.

Baruſci, v. Venedæ.

Bracara, seu Bracara, Aug sta, Hisp. Tarrac. urbs; l die Braga, *Portugalliæ j accensita.*

Brannonium Antonino (P Brannogenium, licet ali loco à Ptolemæo situm, Ca deno judice) Britanniæ urb Hodie Worcester, *q Britanni etiamnum C* Vrangon *vocant, teste Ca deno.*

Brigantes, Britanniæ pop. J Lancashire, Yorkshi Durham, Westmorlan Cu

Cumberland.
rigantes, Hiberniæ pop Hi cum Coriondis tenuisse videntur Com. Waterford, Kilkenny, Weshfordiæ *partem.*
rgantium, Rhætiæ urbs; Jam Bregentz.
itannia propriè, quæ & Albion, insula Britannicarum maxima. Hujus pars Meridionalis regnum Angliæ, *vulgò* England, *pars Septentrionalis regnum* Scotiæ, *vulgò* Scotland, *jam constituit.*
uctéri, Ptol. Busactori, Germaniæ pop. in regione Oveer Yssel *jam dictâ & Westphaliæ parte.*
'gundiones Plinio, Ptol. Phrugundiones, Sarmatiæ Europ. pop. ibi olim siti ubi hodie Mazovia; *v. Gythones.*
rii, seu Buri, Germaniæ pop. Ptolemæo Lutorum pars; jam pars regni Poloniæ.

C.

Adurci, Aquitaniæ pop. jam Luerci, *ubi urbs* Cahors, *ut plerique censent; quod si ità sit, alieno situ à Ptolemæo statuuntur.*
iobriga, Callaicorum in Hispaniâ urbs, non longè ab eo loco fia ubi jam Puerto Portugalliæ *urbs.*
aragusta, Hisp. Tarrac. urbs; jam Saragosa.
guris Hisp. Tarrac. urbs; jam Calohorra.
Caledonii, Britanniæ pop. Ii mediterraneos montanæ Scotiæ partes à Rosse *usque ad* Argile *tenuisse videntur, ac, inter cætera* Ernvale, *ubi* Dunkeledon *Caledoniæ nomen servat, ut à Camdeno notatur; qui & totam hanc regionem incolis* Allibawne *seu* Albain *dici testatur, unde Scotiam nonnulli* Albaniam *vocant.*
Caledonia Sylva, apud Caledonios modò memoratos; ejus nulla jam extant vestigia.
Caletæ, Galliæ pop. ad Sequanæ ostia; jam Le pais de Caulx *Normanniæ pars.*
Calena, seu Calena, ut mavult Camdenus, Britanniæ oppidum; jam Wallingford *Camdeno.*
Callaïci seu Galleci Hisp. Tarrac. pop. Galliciæ *jam dictæ pars maxima cum Septentrionali* Portugalliæ *parte.*
Calpe, Hisp. Bæticæ mons; hodie Gibraltar.
Camalodunum Tacito, Ptol. Camudulanum, Britanniæ urbs; jam Maldon *Camdeno.*
Cantæ, Britanniæ pop. qui statui videntur in eo Scotiæ tractu qui à Murray *ad* Tarbath Prom. *extenditur.*
Cantii, Britanniæ pop. jam Kent.
Caritni, Germanniæ pop. Nunc Wirtenberg *Ortelio.*
Carni, Alpina gens prope Sinum Adriaticum, quorum montana regio adhuc Carnio-

la & Carinthia *vocatur*, *maritima & Venetiæ proxima Italiæ accensita*, *in quâ* Aquileia *urbs*, Friuli *jam vocatur à* Foro Julio *urbe.*

Carnutæ, *Galliæ Lugdun. pop. Jam* Chartraine Belsiæ *regiuncula*, *in quâ urbs* Chartres *Ortelio.*

Carpetani, *Hisp. Tarrac. Jam* regnum Toletanum, *quod* Novæ Castiliæ *pars est*, *Villanovano & aliis.*

Carpates, *Sarmatiæ Europ. mons*, *Hodie* Schneberg *vocatur inter Moraviam & Hungariam*, Crapack, *verò* (*quod nominis antiqui vestigium fervat*) *inter Poloniam & Hungariam ac Transylvaniam*, *Ortelio teste.*

Carrodunum, *Germaniæ urbs*, *jam* Crakow *Poloniæ.*

Carteia, *Hisp. Baticæ urbs*, *hodie* Tariffa *Becano & aliis*, *sed Carteiæ situs monti Calpæ vicinior fuisse videtur.*

Carthago nova, *Hisp. Tarrac. urbs*; *jam* Carthagena.

Castulon, *Hisp. Tarrac. urbs*; *Nunc* Cassona la veja *Floriano & Morali.*

Catini, *corrigente Camdeno*, *cum apud Ptolemæum Carini vocentur*, *Britanniæ pop. Hodie* Cathnesse.

Catuellani Dioni, *Ptol. Catyeuchlani*, *Britanniæ pop. jam* Buckingamshire, Bedfordshire, & Hartfordshire, *Lelando & Camdeno*; *quod si ità sit* (*uti urbs eorum fidem faciunt*) *non vero situ à Ptolimæo locantur*; *v. Coritani.*

Caturactonium, *Britanniæ urbs*; Catterick *in* Yorkshire *Talboto & Camdeno.*

Cauchi, *Germaniæ pop. divis in* minores, *jam* East Friesland, & majores; *jam* Bremen & Luneburg.

Cauci, *Hiberniæ pop. jam* Com. Caterlagh *et* Queen County, *cum parte Austra.* Com. Dublin.

Celtiberi, *Hisp. Tarrac. pop. Jam* utriusque Castiliæ par *Valentiæ & Arragoniæ conti gua.*

Celtici, *Hisp. Tarrac. pop. quorum exigua pars in Bætic maxima in Lusitaniâ com prehensa est*; *Jam* Portuga liæ pars *Algarbiæ propi quâ*: *Fuere & alii Celtic cognomine* Nerii, *in Hispan Tarraconensi ad* promon Celticum *vocatum.*

Celticum prom. vide Nerium.

Cemmenus mons, *Plinio G henna*; *Hodie* Montaign de Cevennes, *aud* d'A verne.

Cenabum Ptol. Cæsari Genabu Galliæ urbs, *quibusdam* C leans, *sed Vigenerio & al* Gian *oppidum*, *quibus i men ipsum favet*, *& si satis congruit.*

Cenomanni, *v. Aulircii. Fu & Cenomanni in Galliâ. C salpina Venetis vicini*, *i urbs Mantua.*

Chattæ, *seu Catti*, *Germaniæ p*

Nunc Haſſia, *vulgò* Heſſen, *Ortelio & pleriſque aliis, ubi* Catzenelebogen *adhuc ſupereſt*, *Cattorum nominis vestigium ſervans.* Ptolemæus *videtur Caſuaros circa* Haſſiam, *Chattas ſitu magis Orientali, circa* Thuringiam *jam dictam, locare videtur; ſed Cluverius Cattos tam* Haſſiam *quàm Thuringiam tenuiſſe cenſet, & Caſuaros eorum partem fuiſſe.*

Ruſci, Germaniæ pop. Circa Mansfeld *eorum ſedes fuit, ex Ortelii ſententiâ.*

Ames, Sarmatiæ Europ. fluvius; jam Niemen.

Cimbrica Cherſoneſus, olim Germaniæ, jam vero regni Daniæ *pars, in quâ* Juytlandt, Ditmars, Slesvick, Holſteyn *&c.*

Cimbri, gens in Cherſoneſo ab ipſis Cimbricâ vocata; hodie Juytlandt.

Clota, ſeu Glotta Britanniæ fluvius; jam Cluid in *Scotiâ.*

Clunia, Hiſp. Tarrac. urbs; nunc Corunna del Conde *Caſtiliæ oppidum Cluſio & Floriano, quibuſdam tamen* Ciudad de Caſtro.

Codanonia inſula Melæ, maxima ex inſulis in mari Baltico ſitis, ad regnum Danicum jam ſpectantibus; ipſa jam Zeelandt *vocatur. A Codanis verò hujus incolis (qui è Teutonum genere fuere) non modò* Codanum Baltici *maris Sinum nominantur, verùm & hodiernum* Danorum *nomen ortum videtur.*

Conteſtani Hiſp. Tarrac. pop. jam regni Valentiæ *& Murciæ pars.*

Corduba, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, hodie Cordova.

Corinium, Britanniæ oppidum: jam Cirenceſter *ſeu* Circeſter *in Gloceſterſhire.*

Coritani, Britanniæ pop. Camdeno Lincolnſhire, Leiceſterſhire, Rutland, Northamtonſhire, Nottinghamſhire, Derbiſhire: *quodſi ità ſit (ut urbs eorum* Lindum *ex parte fidem facit) Catyeuchlani apud Ptolemæum* Com. Lincolne *& loca vicina illis debita occupant, quâ in re eum erràſſe ſitus* Verolamii, *Catyeuchlanorum urbis, adhuc ſatis cognitus indicat.*

Cornavii, ſeu Cornabii, Britanniæ pop. Jam Warwickſhire, Worceſterſhire, Staffordſhire, Shropſhire, *&* Cheſhire, *Camdeno. Cornabyos etiam alios in ultimâ Scotiâ jam dictâ habet* Ptolemæus, *prope* Cathneſſe.

Cottiæ Alpes, ea quæ Sabaudiam *jam dictam à* Lombardia *dirimunt.*

Creones, Britanniæ pop. *in Scotiâ jam vocatâ, hodie* Strathnaverne.

Cronium mare, *Oceanus Septentrionalis*, *cujus pars olim habebatur Mare Sarmaticum, quod jam Sinus Balticus & Ooſt Zee vocatur.*

Curiones, *Germaniæ pop. ubi jam* Palatinatus ſuperior.

D.

DAlmatia, *v. Ind. ſuper.*

Damnii, *Britanniæ pop. à Ptolemæo locari videtur ubi hodie* Cuningham, Cluyds dale, Lennox, Striveling, *&* Menteth.

Danubius flu. Germaniæ olim terminus Auſtralis, *vulgò* Danaw.

Darni, Hiberniæ pop. jam Com. Doune *&* Armach.

Darvernum, *ſeu Dorovernia*, *Britanniæ urbs*; *Jam* Canterbury *Camdeno.*

Demetæ, *Britanniæ pop. in Walliâ Auſtrali jam dictâ*, Pembrokeſhire, Caermarthenſhire, *&* Cardiganſhire *Camdeno.*

Devana, *ſeu Deva*, *Ptol. Deunana*, *Cornaviorum in Britannia urbs*, *à Devâ flu. vulgò* Dea, *ſic dicta*; *hodie* Weſt Cheſter, *Camdeno.*

Devana, *Taxalorum in Britanniâ urbs*, *jam* Aberdene, *quam ab altero latere* Deva, *ſeu* Dee *flu. ab altero* Dona *alluit*; *ab hoc nomen recens, ab illo antiquam deductum videtur*, *niſi* Denana *apud Ptol. legere libeat.*

Dobuni, *Britanniæ pop. hodie* Gloceſterſhire *&* Oxfordſhire *Camdeno.*

Drauus, *ſeu Dravius*, *Pannoniæ fluvius*; *Vulgò* Dra.

Dumnonii, *ſeu Damnonii*, *Britanniæ pop. hodie* Cornwa *&* Devonſhire.

Dur, *Hiberniæ flu. Camden fluvius anonymus Trazles oppidum præterfluens*; *ego* Shannon *fluvium celebrem eſſe cenſeo.*

Durius, *Hiſpaniæ fluvius inter Luſitaniam & Callacios*; *hodie* Duero.

Durocottorum, *Remorum Galliâ Belg. urbs*; *hodie* Reims.

Durotriges, *Britanniæ pop. Jam* Dorſetſhire.

E.

EBlana, *Hiberniæ urbs*; *hodie* Dublin.

Eboracum, *Britanniæ urbs*; *hodie* York.

Ebudæ, *inſulæ inter Hiberniam & Scotiam jam dictam. Vulgò jam* Weſterne Ile *quarum præcipuæ ſunt* Lewis, Skya, Mula, Ila, Arren.

Eburones, *v. Aulircii.*

Emona, *ſeu Æmona*, *Pannoniæ urbs*, *Iſtriæ vicina*; *Jam* Leybach *Simlero*, Igg *Lazio*; *utraque in* Carniolâ *ejus*

Emp

poriæ, *Hisp. Tarrac. urbs*; *tiamnum* Empurias *aut* Empullias *in Cataloniâ, pro-e* Rofas, *quæ olim* Rhoda.
dii, *Britanniæ pop. hodie* Cantire *&* Lorne *in Sco-iâ.*
dium promont. Jam vulgo The Mull of Cantire.
ini, *Hiberniæ pop. Jam* Donegall.

F.

Inni, *Sarmatiæ Europ. pop. quos in* Prussiâ *jam dictâ cat Ptolemæus: nomen eo-um in* Flandria *jam inte-rum manet, quò è* Prussia *odie dictâ migrasse videntur, isi alieno loco ab antiquis sta-tantur.*
iobriga, *Hisp Tarrac urbs*; *am* Bilbao *Cluverio.*
ium Brigantium, *Hisp. arrac. urbs*; *Hodie* Corun-a *Floriano & Gomecio.*
i, *Germanniæ pop. ad Oce-ni oram*, *etiamnum* Fries-n, *& regio eorum* West Frieslandt *&* Groning: *t* Oost Frieslandt *jam di-a Cauchorum olim fuit.*

G.

Abreta Sylva, *Bohemicæ Sylvæ pars Occidentalis*, Friestetterwaldt, *Lazio*, *es inf. jam Cadiz*, *v. Ind. per.*
ia propriè, *regio quæ* Fran-ce *jam dicitur*, *v. Ind. super. Rheno flu. Alpibus*, *& Pyrenæis montibus*, *ac Oceano olim terminata est*, *in quatuor partes divisa*, Belgicam, Aquitaniam, Lugdunensem, Narbonensem, *de quibus suo loco.*
Gallia Cisalpina, *Italiæ pars ad utramque Padi ripam*, *à Gallis olim habitata: hodie* Lombardia *à* Longobardis *Germanis qui postea eam occupârunt.*
Gangani, *Hiberniæ pop. Jam* Com. Kerry *&* Limerick.
Garumna, *Aquitaniæ fluvius*; *hodie* Gueronne.
Germania, *hodie Gallis* Alemaigne, *v. Ind. super. olim Oceano*, *& fluviis*, *Rheno*, *Danubio*, *& Vistulâ terminabatur: jam ei avulsæ quædam partes*, *è quibus est Cimbrica Chersonesus*, *jam* Daniæ *pars*; *ultra Danubium verò ad Alpes hodie extenditur*, *& longè ultra Rhenum*, *qui quanquam Germaniam Magnam à Galliâ dirimeret*, *olim tamen*, *uti & hodie*, *Germanicæ gentes magnum Galliæ Belgicæ partem tenuerunt*, *ut ex Ptolemæo liquet.*
Gessoriacum, *Galliæ Belg. oppidum*; *hodie* Boloigne *plurimorum judicio.*
Graiæ Alpes; *jam* Monte di San Barnardo menore.
Gutæ, *Scandiæ gens*, *Gythonibus* (*ut videtur*) *cognata*, *hodie* Gothia, *vulgo* Godtland,

land *sub* Sueciæ *regno.*

Gythones Ptolemæo, *Gutones Plinio: hic eos, uti & Burgundiones, Vindilorum, Germanicæ gentis, partem facit* Ptolemæus *ultra Vistulam in Sarmatiâ utramque gentem locat: probabile est igitur Vindilos regiones ab utraque Vistulæ ripâ latè tenuisse, & Gythonum sedem fuisse juxta Vistulæ ostia, in* Pomerelliâ *jam dictâ &* Prussiæ *parte Gythones hi & Vindili, ex Cluverii sententiâ, quæ & nobis placet,* Gothi & Vandali *postea dicti sunt, qui Italiam & Hispaniam sibi aliquando subjecerunt, uti & Burgundiones Galliæ partem,* Burgundiam *ab ipsis vocatam.*

H.

HEdui, *seu* Ædui, *Galliæ Lugd. pop hodie* Burgundiæ *Ducatus, vulgò* Bourgoigne.

Helvetii, Galliæ pop. hodie Schweitzerlandt.

Hercynia Sylva, v Ind. super.

Hibernia insula, hodie Ireland, *quæ in quatuor provincias jam dividitur, è quibus Septentrionalis* Ulster *dicitur, Orientalis* Leinster, *Meridionalis* Mounster, *Occidentalis* Conaught.

Hispalis, Hisp Baticæ urbs, jam Sevilla.

Hispania, v. Ind. super. In tres provincias à Romanis divisa est; Tarraconensem, Baticam, & Lusitaniam; de quibus v. suis locis.

I.

IAdera, *Liburniæ urbs, hodie* Zara.

Iazyges Metanastæ jam Hungariæ *pars magna.*

Iberus, Hisp. Tarrac. fluvius hodie Ebro.

Iceni Tacito, Ptol. Simeni, Britanniæ pop. Jam Norfolk, Suffolk, Cambridgeshire & Huntingdonshire *Camdeno.*

Itium promont. Galliæ Belgicum portu cognomini, pro urbem Calis *hodie dictam.*

Ierne, v. Hibernia.

Ilergetes, Hisp. Tarrac. pop Jam regni Arragoniæ *pars Occidentalis Navarræ confinis.*

Illiberis, Hisp. Baticæ urb Granada *jam dicta plerisq; sed Moralis & Vasæus monte* Elvire *jam vocato n longè à Granadâ, eam sita fuisse censent.*

Illiberis, Galliæ Narbon. ur sub Pyrenæo, nunc Saulf *Poldo, sed* Illa *Mercatori, qu & nobis placet.*

Insubres, Galliæ Cisalpinæ p Jam Millanesi.

Intuergi, Germaniæ pop; j Palatinatus pars *in q* Heydelberga, *cum* Fra coniæ *parte.*

Isca, Britanniæ urbs; hod

Exc

Exceſter.
ia, *ultima Italiæ latè ſumtæ pegio Illyridem verſus, dhuc nomen integrũ ſervans.*
ica, *Hiſp. Bæticæ urbs, eo rè loco ſita ubi jam* Alca- a del rio, *Ciaccono teſte.*
nis, *Hiberniæ urbs, quam Camdenus* Dunkeran *eſſe iatuit, oppidum a Notio rom. non longè diſtans, ſed ngè aliam Iuerni ſuæ ſitum ibuit Ptolemæus, eam enim mediterraneis locat, fere bi* Caſſels *hodie ſita eſt.*
magus, *Galliæ Lugd. rbs;* Angiers *Villanova-*
, *Galliæ mons, juxta Helvetiam & Sabaudiam m dictam, quam quibuſ- tm in locis* Iurat *&* Iur- n *à Sabaudis adhuc vo- ri Poldus & alii fidem ciunt.*

L.

Aciburgium, *Germaniæ urbs;* Jam Lazenitz ! oſtium *Oderæ Mercato-*, *Willichio* Roſtock, *cu- s ſitus magis congruit.*
ani, *Ptol. Laetani, Hiſp: rrac. pop. jam* Cataloniæ rs.
us lacus, *in Galliâ Ciſalp.* die Lago di Como, *à mo urbe.*
ovici, *Aquitaniæ pop. ho-* e Limoſin.
ri, *Galliæ Belg. pop. jam pars* Lotharingiæ (*vulgò* Lorreine) *in quâ urbs* Tullum.
Lexubii, Galliæ pop. jam Normanniæ *pars, ubi oppidum* Liſieux, *Martiano.*
Liburnia, v. Ind. ſuper.
Ligeris, fluvius inter Galliam Lugd. & Aquitaniam fluens vulgo jam Loire.
Lindum Coritanorum in Britanniâ urbs, hodie Lincolne (*quæ Bedæ* Lindecollina *urbs dicitur*) *Camdeno & aliis.*
Lingones, Galliæ Belg. pop. ubi jam urbs Langres.
Londinium, Britanniæ urbs, hodie London.
Longobardi, Suevorum pars, Germaniæ pop. in Weſtphaliæ parte *quæ* Haſſiam *ſpectat à Ptolemæo locari videntur.*
Lugdunum, Galliæ Lugdunenſis, ab ipſa ſic Vocatæ, urbs; hodie Lion.
Lugdunenſis, Galliæ pars inter Sequanam & Ligerim fluvios, à Lugduno ad Oceanm.
Lugdunum Batavorum in Gallia Belg. urbs; hodie Leyden, *Ortelio & aliis.*
Lugi, Britanniæ pop jam Sutherland *in Scotiâ.*
Luppia, Germaniæ urbs: ea eſſe videtur quæ hodie Leypſick *dicitur, tam ſitu quàm nomine congruente.*
Lupfurdium, Germaniæ urbs; jam Meyſſen *Miſniæ urbs Pirkheimero.*

Lusitania, *Hispaniæ pars*, *hinc Oceano terminata*, *inde Anâ & Durio fluviis*, *& lineâ à Salmanticâ ad Castulonem ductâ*: *complectitur* Portugalliæ *partem maximam & Algarbiam ferè totam, cum exiguâ Castiliæ parte. Recens* Portugalliæ *nomen à* Portu Cale, *vulgò* Puerto, *Orosius & alii deducunt.*

Lutetia Cæsari, *Ptolemæo Lucotecia*, *Parisiorum in Galliâ urbs*; *hodie* Paris.

M.

Magnus portus in Britanniâ *hodie* Southampton *est Ortelio*; *sed Camdenus jam intercidisse opinatur*, *&* Portsmouth *ei successisse in loco vicino & ab ipso nomen accepisse*, *ut &* Portsey *insulam.*

Malaca, *Hisp. Bæticæ urbs*; *hodie* Malaga.

Manapia, *seu Menapia*, *Hiberniæ urbs*; *hodie* Weisshford, *uti & Minapii pop.* Com. Weisshford, *Camdeno.*

Mantua, *Cenomannorum in Galliâ Cisalpinâ urbs etiamnum* Mantoua.

Marionis, *Germaniæ urbs*; *hodie* Luneburg *Appiano*, *ego* Lawenburg *potiùs ex situ esse auguror.*

Marionis altera, *Germaniæ urbs*; *hodie* Lubeck *Mercatori.*

Massilia, *jam* Marseille *v. Ind. super.*

Marcomanni, *Germaniæ pop. quorum regionem fuisse* Moraviam, *vulgò* Marherne *jam dictam plerique censent, aliquâ nominis similitudine moti, sed maximæ eorum partis sedem fuisse* Bohemiam *ex situ quem Ptolemæus ii tribuit & aliis circumstantiis elicitur.* Bohemiæ *nomen à* Buiæmo *factum videtur, v. Marobudum.*

Maridunum, *Britanniæ urbs hodie* Caermarden.

Marobudum, *Germaniæ urbs (quæ eadem esse plerisque videtur cum* Buiæmo *Marobodui regiâ, de qua Strabo l. 7. in sylvâ Hercyniâ eam locans) hodie* Prag *Bohemiæ urbs Aventino* Budweys *oppidum Lazy.*

Mattiacum Germaniæ urbs: *situ quem Ptolemæus ei tribuit* Martpurgo *Hassiæ urbi convenit, ut Ortelio videtur.*

Medulli Galliæ Lugd. pop. Jam Lionnois *&* Bresse.

Mediolanum, *Insubrum in Galliâ Cisalpinâ urbs*, *hodie* Millano.

Mediolanium Santonum in Aquitaniâ urbs; *Jam* Saintes *Vineto.*

Menapii, *Galliæ Belg. pop*, *Hodie* Gulick *&* Cleve, *cum* Geldriæ *&* Brabantiæ *parte*, *Marliano & Ortelio.*

Mataris, *Britanniæ æstuarium hodie* The Wash.

Minin

ius, *Hisp. Tarrac. flu. etiamnum* Minio.
obriga, *Lusitaniæ urbs*; *jam* Ciudad Rodrigo, *Vasæo*, *Clusio*, *& aliis cui aliæ urbs ognominis fuit in Hispaniâ Tarraconensi.*
untiacum, *Germanica urbs d Rhenum*; *hodie* Mentz.
aæda ins. Ptolemæo, *Cæsa- & Plinio* Mona, *medio ter* Britanniam *& Hiberam trajectu*, *Anglis hodie* an, Britannis Menaw.
t Taciti, *continenti* Bri*nniæ proxima*, (*quæ etiam olemæi Mona esse videtur*, *amvis ille per errorem à ntinenti eam nimis amove-*) *Anglis hodie* Anglesey, *olis* Mon.
ni, *Galliæ* Belg. *pop. jam* andriæ *pars maxima cum* loignois.
is, *Hip.* Bæticæ *urbs*, *ho-* Muxacra *Floriano &* *arianæ*, *cujus situs cum quem Murgi tribuunt inius & alii optimè con- it*, *Ptolemæus verò in ticæ mediterraneis eam uit*, *alieno*, *ut videtur*, *l*.

N.

gnatæ, *Hiberniæ pop. jam* Com. Mayo, Slego, *&* rmanagh.
ta urbs; *quæ fuerit incer- st*, *sed eo fere loco à Pto- æo statui videtur ubi ho-* die Slego.
Namnitæ, *Galliæ Lugd. pop. ubi jam urbs* Nantes *in* Britannia, *à* Britannis *eò ex insulâ transgressis*, *jam voc.*
Narbo, *urbs Galliæ*, *Narbonensis ab ipsâ vocatæ*, *etiamnum* Narbone.
Narbonensis Gallia, *Galliæ pars à Mari Mediterraneo & Alpibus ad Lugdunum urbem protensa. in eâ hodie comprehenduntur* Languedoc, Provence, Daulphine, Savoy *&c.*
Nemausus, *Galliæ Narbonensis urbs*; *hodie* Nismes.
Nemets, *Galliæ Belg. pop. ad Rhenum*, *ubi nunc urbs* Spier, *ex plurimorum sententiâ.*
Nerigos, *Plinio* Borealis *Oceani insula*, *unde in Thulen navigatur*, *jam* Norwey, Becano, *Ortelio*, *& Camdeno*, *quam veteres insulam falsò crediderunt.*
Nerium, *seu Celticum*, *Hispaniæ Tarrac. promont*; *Jam* Cabo de Finis terre.
Nervii, *Tacito & Cæsari*; Flandriæ pars *ubi urbs* Tournay.
Nicæa, *Liguriæ urbs in Galliæ confinio*; *hodie* Nazza.
Naiodunum Ptol. Aulirciorum in Galliâ Lugd. urbs; *Jam* Leondul *Villanovano*: *Cæsaris verò Noviodunum juxta Suessiones est*, *jam* Noyon.
Norba, *Lusitaniæ urbs*; *Jam* Alcantara, *Varrerio*, *Tara-*

phæ,

plæ, & Cluſio.
Noricum regio, v. Ind. ſuper.
Novantæ, Britanniæ pop. Jam Galloway *&* Carick *in Scotiâ.*
Novantum prom. hodie The Mull of Galloway, *hoc eſt* roſtrum Gallovidiæ.
Notium prom. Hiberniæ; Jam Biarhead, *Camdeno.*
Numantia, Hiſp. Tarrac. urbs; nunc Almaſan *Cluverio, ſed olim ſitum fuiſſe ubi jam* Garray *prope opidum jam* Soria *dictum plurimi teſtantur.*

O.

OLiſippo, *Luſitaniæ urbs; Jam* Liſbona *aut* Liſboa.
Orcades, inſulæ Britanniæ vicinæ; nunc Orkney Yſles.
Ordovices, Britanniæ pop. jam Northwales, *in quâ* Montgomryſhire, Merionethſhire, Carnarvonſhire, Denbighſhire, Flintſhire.
Oretani, Hiſpan. Tarrac. pop. Jam Novæ Caſtiliæ *pars ubi urbs* Calatrava.
Origiacum, Galliæ Belg. urbs; hodie Arras *Divæo.*
Oſiſynii, Galliæ Lugd. pop. in extremo ad Oceanum angulo; hodie Baſſe Bretaigne.

P.

PAdus, *Galliæ Ciſalpinæ fluvius, poëtis* Eridanus, *jam* Po.
Pallantia, Hiſp. Tarrac. urbs hodie Palencia.
Pannonia, v. Ind. ſuper.
Pariſii, Galliæ pop. qui regionem eam tenuerunt quæ peculiariter France *appellatur in quâ urbs* Paris, *cum Gaſtinois ultra Sequanam.*
Patavium, Venetiæ urbs; hodie Padoua.
Penniæ Alpes; hodie Monti di San Gotardo, *&* di San Bernardo maggiore.
Petovium, ſeu Patavium, Paſſoniæ oppidum ad Dravum flu. jam Pettaw *Rhenano & Lazio.*
Picenum, v. Senones.
Pictones, Aquitaniæ pop. quorum regio jam Poictu, *urbs primaria* Poictiers.
Pompelon, Hiſp. Tarrac. urb jam Pampelona.
Pyrenæi montes, v. Ind. ſup

Q.

QUadi, *Germaniæ pop. Jam* Moraviæ *&* Sileſiæ *pars Hungariæ proxima.*

R.

RAuraci *Germaniæ pop. Rhenum; jam* Baſilienſium *ditio cum* Alſatiæ *parte.*
Regia, Hiberniæ oppidum; locus ubi Purgatorium Patricii *vulgò dictum, ex Cambdeni ſententiâ, qui locum*

h

um Reglis *in vitâ Patricii ocari testatur.*
ia altera, Hiberniæ oppidum, uod circa eum locum statue- videtur Ptolemæus, ubi odie Limrick.
ii, Britanniæ pop. hodie ussex *&* Surry.
i, Galliæ Belg. pop. Jam rs regionis Champaigne *ocatæ, ubi urbs* Reims.
ia, v. Ind. super.
ia, Hiberniæ urbs, Cam no Rheban *ad Birgam flu. lgò* Barrow, *unde* Baro- tto de Rheban *titulus; l longè alium situm habet ud Ptolemæum, ibi ferè i* Boily *aut* Letrum.
us flu. v. Ind. super.
odunum, Germaniæ urbs; ca confinium Moraviæ *&* ngariæ *à Ptolemæo statui detur.*
anus, Galliæ Lugd. flu. lgò Rhone.
dii, Hiberniæ pop. circa om. Antrim, Colrane, Derry *eorum sedes fuisse letur.*
magus, Galliæ urbs ad quanam flu hodie Rouan.
icata, Hisp. Tarrac. urbs, Rubricatum fluvium, qui Lobregat *Narigerio & usio.*
um, Germaniæ urbs, parte Septentrionali quæ omerania *jam dicitur; ho-* Regenwold *Cluverio,* amin *Althemero.* Rugen *sula in eo tractu nominis ve- stigium servat, quo Rugii incolis migrâsse Cluverius opinatur.*
Rutupiæ, Britanniæ oppidum in Cantio, jam Richborow, *Camd.*

S.

SAbalingii, Cimbricæ Chersonesi pop. hodie Sleswick, *cujus pars* Angelen, *v. Angili.*
Sabriana Ptol. Tacito Sabrina, Britanniæ fluvius, hodie Severne.
Sacrum promont. Lusitaniæ, jam Cabo *S.* Vincente.
Salenæ, Britanniæ oppidum in Catyeuchlanis, quod eo ferè loco statuit Ptolemæus ubi nunc Spalding, *sed Camdenus Catyeuchlanorum fines eò non producens, vicum* Chestelfeild *in agro Bedfordiensi, quem &* Salndy *quibusdam vocari refert, Salenas esse opinatur.*
Salone, Dalmatiæ urbs, eodem loco quò jam Spalato, *aut certè vicino, olim sita.*
Salmantica, Lusitaniæ urbs, nunc Salamanca.
Salyi, Galliæ Narbon. pop. olim Ligurum pars habiti, jam Provinciæ *pars, ubi pagus* Solies *nominis vestigium servat, teste Dalechampio.*
Santones, Aquitaniæ pop. hodie Xantoigne.
Santonum portus; hodie Rochelle.

¶¶¶¶¶ Saxones.

Saxones. Germaniæ pop. quos circa isthmum Cimbricæ Chersonesi locat Ptolemæus, ubi jam Holstein, Stormar, *&* Hamburgum urbs; *hi postea in Germaniâ latè diffusi sunt, in mediterranea usque, ubi jam* Saxoniæ Ducatus; *atque etiam Britanniam unà cum Anglis occupârunt.*

Scandia, peninsula, antiquis insula falsò credita, cujus pars Scanen *antiqui nominis vestigium servat, & ut olim in eâ* Gutæ pop. *ita jam* Gothlandt. *Eadem* Baltia *dicta, à* Belt, *freto inter insulas Danicas, ex Cluverii sententiâ, unde &* Mari Baltico *nomen.*

Scarabantia Plinio, Ptol. Sacarbantia, Pannoniæ superioris urbs, nunc Scrabing *Cluverio.*

Segobriga, Hisp. Tarrac. urbs, jam Segorbe.

Segodunum, Curionum in Germaniâ urbs; jam Nurnberg *Pirckhimero.*

Segovia Plinio, Ptol. Segubia, Hisp. Tarrac. urbs, etiamnum Segoviæ *nomen integrum servans.*

Selgovæ, Britanniæ gens, in Scotiâ jam dictâ; nunc Eskedale, Eusedale, Anandale, Niddesdale, *ubi* Solwey oppidum *&* Solwey frith *à Selgovis his sic vocata videntur.*

Semnones Suevi, Germaniæ pop. eos circa Marchiat Brandenburgensem *Ptolemæus locare videtur.*

Semana Sylva in Germania, ja Thuringiæ Sylva, vulgò Di ringer Waldt.

Senones, Galliæ Cisalpinæ pe jam Marcæ Anconitar *pars Occidentalis, cujus liqua pars in Piceno oli fuit.*

Senones, Galliæ Lugd. p quorum urbs jam Sens catur.

Sequana, Galliæ fluvius, B gicam à Lugdunensi di mens; hodie Seine.

Sequani, Galliæ Lugd. p jam Burgundiæ Comi tus *vulgò* La Franche C tè; *Eorum urbs.* Vesont Besançon.

Serbium, Pannoniæ inferi urbs, quam eo ferè situ j tuit Ptolemæus ubi jam, ba Regalis *Hungariæ url*

Setidava, Germaniæ anti urbs, quam circa Posen *hodierno* Poloniæ *regno tam fuisse Ortelius opinat*

Sicambri Germaniæ pop. Z phaniæ Comit. *cum G* driæ *parte tenuisse cen tur.*

Sidones, Germaniæ pop. in lesiæ *jam dictæ &* Polo *parte à Ptolemæo statui dentur.*

Sideni Germaniæ pop. jam meraniæ *pars ubi Ste urbs.*

Sidrona, Illyridis urbs, Bel

Belas *Nigro*, *sed eandem* *sse cum* Stridone *Hierony-* *ii patriâ Ortelius & Villa-* *ovanus opinantur : eam ho-* *ie* Strigna *seu* Sdrigna *vo-* *ari multi testantur.*

gidunum, *Pannoniæ urbs*; *odie* Segetincia *Lazio.*

tium, *Pannoniæ urbs inter* *ivum & Danubium flu.* *m* Simach *Cluverio*, Sir- *isch Ortelio.*

gona Germaniæ urbs, *quæ* Silesia *sita fuisse videtur.*

ni, *Sarmatiæ Europ. qui* *rca* Lithuaniam *à Ptole-* *æo statui videntur.*

siones Cæsari, *Ptolemæo* *essones*, *Galliæ Belg. pop.* *orum urbs Augusta Vesso-* *m*, *jam* Soissons.

i, *Germaniæ populus maxi-* *us*, *in tres gentes* (An- *los*, Semnones, *&* Lon- *bardos*) *olim divisi*, *&* *Germaniâ longè latéque* *ffusi*, *præsertim in Septen-* *onali tractu ubi &* Suevus *vius : nunc exiguæ eorum* *iquiæ nomen retinent in* *ieviâ*, *vulgò* Schawben, *die dictâ*; *quæ Rhætiæ &* *ndeliciæ olim pars fuit*, *sed* Suevis *Germanis eò mi-* *antibus occupata* (*uti &* *liqua Vindelicia*, *cum No-* *i parte*, *à Boiis*; *unde* *oioaria*, *& voce mollitâ* *ivaria dicta est*) *Germa-* *æ jam accensetur.*

us, *Germaniæ fluvius*, *uem illum esse qui* Pene *jam vacatur Ortelius opinatur*; *Cluverius* Viadrum *Suevum olim appellatum refert*, *cujus ostium Occidentale etiamnum* Swine *vocatur*, *quod pro fluvio diverso à Ptolemæo accipi potuit*, *aut alii fluvio tribui in idem fretum cum Viadro influenti.*

T.

Tæzali, *Britanniæ pop. hodie* Buquhan *Scotiæ regio*, *cum maritimâ* Marriæ *&* Merniæ *parte.*

Tagus, *Lusitaniæ fluvius*; *hodie* Taio.

Tamara, *Britanniæ oppidum in Dumnoniis*; *hodie* Tamerton *Camdeno*, *ad Tamarum fluvium situm*, *qui etiamnum* Tamar *dicitur.*

Tamesis Britanniæ fluvius Dioni, *Cæsari Thamesis*; *jam* Thams.

Tarraco, *Hispaniæ urbs*, *in eâ parte quæ Tarraconensis ab ipsâ vocata*; *hodie* Tarragona, *undæ*, *demptâ literâ*, *regno* Arragoniæ *nomen.*

Tarraconensis, *Hispaniæ pars*; *complectitur quicquid Hispaniæ*, *à Durio fluvio & lineâ à Salmanticâ ad Castulonem ductâ*, *ad Pyrenæos montes & utrunque mare extenditur*; *ubi regna* Castiliæ, Valentiæ, Murciæ, Arragoniæ, Navarræ, Legionis (*vulgò* Leon) *&* Galliciæ.

Tarvanna, *Galliæ Belg. urbs*, *jam* Terwanen *Flandris*, *Gallis* Terouenne.

Tarvidum, *seu Orcas*, *promont. Britanniæ in Scotiâ jam dictâ*; Dunsby head *Ortelio*, *quod satis congruum est* (*licet Camdenus refragetur*) *si Carini sint* Catneſſe, *ut Camdenus ipse statuit.*

Taua, *Britanniæ fluvius*: *jam* Tai *in Scotiâ.*

Taurini, *Galliæ Cisalp. pop. quorum regio jam* Pedemontium, *vulgò* Piemonte, *dicitur*, *quod sub Alpibus situm sit*; *eorum urbs Augustâ Taurinorum*, *Jam* Turino.

Taururum, *seu Taururum*, *Pannoniæ inferioris urbs*; *Italis hodie* Belgrado, *Germanis* Griechs weiſenburg.

Tecelia, *Germaniæ urbs*, *cujus nomen valdè alludit ad* Teckelen borg *Westphaliæ oppidum*, *sed situs non bene congruit*, *ut notat Ortelius*: *sed oppidi* Kelle *in agro Oldenburgensi situs optimè congruit*, *nec nomen abludit.*

Tenctteri, *Germaniæ pop. Junio* Drent; *fortaſſe &* Twent *&* Weſtphaliæ *pars ad eos spectabat.*

Teutones, *Germaniæ pop. qui circa* Lawenburgenſis *&* Meckelburgenſis agri *partem à Ptolemæo statuuntur*; *horum etiam partem insulas in Codano sinu sitas tenuisse refert Mela. Notum est hos*, *cum Cimbris*, *Italiam olim incursionibus vexâsse*; *&* a *his nomen* Teutſch *deductum videtur quo Germani hodie appellant.*

Tibiscus Ptolemæo, *Plinio Pa tissus*, *fluvius Iazyges Ma tanastas à Daciâ dividens hodie* Teiſſa *dicitur*, *Hun garia fluvius.*

Tibiscum, *Daciæ urbs*; *hoc* Titul *Razio*, *prope Belgr dum.*

Ticinum, *Galliæ Cisalpinæ ur hodie* Pavia; *sed Ticinus fl vius urbem alluens*, *à q & urbi nomen*, Teſino *huc dicitur.*

Togata Gallia Ptolemæo est q aliis Gallia Ciſpadana & milia, *ubi urbs* Parm Placentia, Mutina *& hodie* Lombardia di del Po. *Nonnullis Ga* Togata *latiùs sumitur tota* Galliâ Cisalpinâ, *q ejus incolæ* togam, *Rom more*, *assumserant*; *ut G* lia Na bonenſis Bracca *à* Braccis; *reliqua* Transalpina, *quod in* comam *alerent*, Com *vocata est.*

Toletum, *Hiſpaniæ Tar urbs*; *hodie* Toledo.

Tolosa, *Galliæ Narbon. u jam* Tolouſe.

Treva, *Germaniæ urbs*, H burch *Appiano.*

Treviri, *Galliæ Belg. pop.* rum *urbs Augusta Trev* rum *hodie* Triers, 1

ri verò & ditionem ad ur-
m istam spectantem &
itzenburg tenuisse viden-
r.
cci, Germaniæ pop. ubi
m Alsatia, *vulgò* Elsass.
entum, Rhætorum urbs
ope Venetiam, hodie Tren-
).
bantes Ptolemæo, Cæsari
'inobantes, Britanniæ pop.
die Essex *&* Midlesex.
urdum, Germaniæ urbs;
reckford *in Westphaliâ,*
'telio.
ürgrium, Germaniæ urbs,
raunswick *Rithaimero &*
enico.
im, Galliæ Belg. urbs;
die Toul *in Lotharingiâ.*
ri, Germanica gens in Gal-
i Belgica Brabantiæ *&*
odienſis agri partem te-
terunt, ubi jam oppidum
ongeren.
letani, Hispaniæ pop. Ho-
im pars maxima in Bæticâ
ijorem Andaluziæ *(à*
andalis *postea sic dictæ)*
rtem tenuit; pars minor in
usitaniæ parte fuit, quæ
m Algarbia.
luli, Hispaniæ Bæticæ pop.
m ea Andaluziæ *pars in*
uâ urbs Corduba, *cum*
Granatensis provinciæ
arte.

V.

Accæi, Hispaniæ pop. qui
Castiliæ veteris *partem*
magnam tenuerunt; ubi jam
urbs Valladolid.
Vacomagi, Britanniæ pop. jam
Murrey *in Scotiâ, cum*
Strathpey *& reliquis me-*
diterraneis indè usque ad An-
guissiam.
Valentia Hisp. Tarrac. urbs,
antiquum nomen adhuc inte-
grum retinens.
Vangiones, Germanica gens quæ
Galliæ Belgicæ partem ad
Rhenum tenuit, ubi jam urbs
Worms, *ut plerique volunt;*
alii Spier.
Varar, Britanniæ æstuarium;
jam Murry frith *in Scotiâ.*
Vascones, Hisp. Tarrac. pop.
sub Pyrenæo, jam Navarra:
horum pars in proximam Gal-
liæ partem migrâsse creditur,
unde ea Guascoigne *vocata.*
Vdiæ, v. Vodiæ.
Vedra, Britanniæ fluvius; ho-
die Tweed, *qui Angliam à*
Scotiâ dividit.
Venedæ, Germanica gens in Sar-
matiæ Europææ parte, quæ
jam Prussia *dicitur, nomine*
(ut plerique censent) à
Borussis *deductâ, quod ex*
ulteriore Sarmatiæ parte ubi
eos statuit Ptolemæus, huc
migrâsse credunt.
Veneti, Galliæ Lugd. pop. in
Britanniæ *jam dictæ parte*
ubi urbs Vannes.
Venetia, Italiæ latè sumptæ re-
gio Alpibus vicina, cujus
incolæ Euganei olim dicti.
jam Macca Trevigiana, *à*
Tarvisio *urbe: Venetiæ autem*
nomen

nomen in urbe manſit in inſulâ Sinus Adriatici à Venetis hiſce conditâ

Venta, *Belgarum in Britanniâ inſulâ urbs*, *hodie* Wenchester *Anglis*, *quæ Britannis adhuc* Caerwent.

Venta, *Icenorum in Britanniâ urbs*; *jam* Norwich, *Priſæo*, *ſed Camdeno* Caſter *viculus vicinus.*

Vennicones Britanniæ pop. jam Fife *&* Perth

Verolanium, *ſeu Verulamium*, *Catyechlanorum in Britanniâ urbs*, *cujus rudera*, *nomine* Verulam *aut* Werlam, *prope* Sti Albani oppidum *adhuc oſtenduntur*; *&* *via* Watlingſtreete *dicta*, *etiam* Werlamſtreete, *urbe illâ quam petebat*, *olim appellata.*

Veromandui Cæſari, *Ptol. Romandui*, *Galliæ Belg. pop. jam* Vermandais.

Verona, *Canomannorum urbs prope Venetiam adhuc nomen integrum retinens.*

Veſſones v. Sueſſiones.

Viadus, *ſeu Viadrus*, *Germaniæ fluvius*, *hodie* Oder.

Vienna, *Allobrogum in Galliâ Narbon. urbs*; *etiamnum* Vienne: *quæ verò hodie* Vienna *Auſtriæ*, *ſeu* Wien, *vocatur*, *Ptolemæo* Juliobona *appellatur.*

Vindana Galliæ Lugdun. portus; *hodie* Breſt *in Britanniâ*, *Jovio.*

Vindelica, *Rhætiæ vicina*; *jam* Bavariæ *pars maxima cum* Sueviæ *parte.*

Vindili, *Plinio gens magna*, *qui Germaniæ partem ad Viſtulæ oſtia tenuit*, *quæ jam* Pomerellia *&* Caſſubia, *cum aliis locis vicinis*, *etiam ultra Viſtulam*, *ubi Gythones & Burgundiones Vindilorum pars: v. Gythones.*

Vindinum, *Aulirciorum in Galliâ Lug. urbs*, *hodie* Vernoſme *Villanovano.*

Viritium, *Germaniæ urbs tractu Septentrionali*, *jam* Gripſwald *Althamero.*

Virunum, *Germaniæ urbs*, *ſortean* Barnaw *aut* Bernwick *in* Marchiâ Brandeburgenſi.

Viſtula, *fluvius Germaniæ antiquam à Sarmatiâ dividens*; *jam* Weiſſel *aut* Wixel.

Viſurgis, *Germaniæ fluvius*, *hodie* Weſer.

Vodiæ, *ſeu Udiæ Hiberniæ pars*. *Jam* Com. Cork *&* Tipperay, *fortaſſe cum parte* Com. Kilkennienſis, *quæ*, *teſte Camdeno*, Idou *&* Idouna *vocatur.*

Volcæ; *Galliæ Narbon. gens*, Arecomios *&* Tectoſages *diviſa*: *Tectoſages ſeu* Tectoſagiæ, Toloſanum agrum, Arecomii Languedociæ *jam dictæ partem magnâ tenuerunt.*

FINIS.

Nobiliſſimo juveni *Franciſco Willughby Armigero*, Domini Franciſci Willughby de Midleton in Com. War. Equitis aurati filio unico; & ex aſſe hæredi, nec minùs literariâ gloriâ quàm natalium ſplendore (*quid habent veri præſagia* noſtra) celebri futuro. Ac generoſiſſimis viris, Suttoniæ in agro Warwicenſi commorantibus, *Thomæ Willughby Armigero*, Tribuno olim militari, jam verò Irenarchæ apud Warwicenſes ſuos pietate & jnſtitiâ inſigni; Et *Georgio Pudſey Armigero*, patrono meo obſervando, & literarum ac literatorum fautori exim:

Nec non reverendo viro *Domino Antonio Burges*, Eccleſiæ Suttonienſis Paſtori vigilantiſſimo, veræ ſanitatis præconi ſimul ac exemplari, & orthodoxæ fidei, tam linguâ quàm calamo, impigro oppugnatori:

Amicis meis plurimùm colendis (quorum omnium ſuavem conſuetudinem, & ſummam in me benevolentiam gratâ recordatione ſæpiùs animo volo, nec minùs ſingula ſingulorum beneficia memori pectore recondo) obſervantiæ ergò, quam quoquo modo exſerere perpetuò adnitar, *Appendicem hanc* dedico, devoveo:

Guilielmus Hill.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

οἰκουμένης περιήγησις.

Οἰκουμένης] Οἰκουμένη, per Ellipsin τῆς γῆς, non totum terrarum orbem significat, quod adæquatum est Geographiæ subjectum, sed terram omnem quam habitari compertum est (exclusa terra incognita) neque enim *mathematice* ...rus est Dionysius de toto terrarum orbe secundum re...tum ad cœlum & circulos imaginarios, sed solummodo *...rice* partes terræ marisque tunc cognitas, & res in iis ...entas enarrare instituit. Sic ἰσορείαν γεωγραφικὴν τῆς μα...τικῆς θεωρίας opponit Strabo lib. 2.

περιήγησις] Περιήγησις, à περιηγοῦμαι *circumduco*, (qua voce ...ur Strabo lib. 2. eodem plane sensu) est accurata de...tio, qua lector per singula quasi manu ducitur: sic a...u Lucianum in Dialog. περιηγοῦμαί σοι τὰ ἐν ᾅδου ἅπαντα, *si...ilim omnia expone*, ut explicat Eustathius; vel potius, *osten...e quasi oculos & animum per singula ducens*, ut Hen. Stephano ...et; quod proxime accedit ad Virgilianum illud Æn. 6.

Quæ postquam Anchises natum per singula duxit.

.... 1. Ἀρχόμενος γαῖάν τε] Hypothesin seu argumentum ...us operis in limine proponit, ut Virgilius Georgicon ...io,

Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram &c.
Hinc canere incipiam.

...a vero attentum reddit lectorem, tam Polysyndeto quam ...theto --- γαῖάν τε καὶ εὐρέα πόντον, Rhetorica quadam ar...cuscepti operis magnitudinem insinuando.

.... 2. ἀνερίθμους] Vox hæc, ab ἀ *privat.* & κρίνω *secerno*, de...ta, significat *adeo numerosa ut præ multitudine distin-*

gui non poßint, ut vocem recte per Periphrasin expli
Hen. Stephanus, Priscianum, seu Rhemmium Fanni
(cui interpretatio Latina Prisciano vulgo ascripta à nonn
lis tribuitur) eo nomine reprehendens, quod ἀκεράιο
populos per orbem discretos reddat, cū *indiscretos* potius signifi
Sed nimis severus est censor, qui ab interprete numeris al
cto exigat ut uniuscujusque vocis vim plene exprimat.

V. 3. Ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου] Oceano hic, & alibi apud poet
epitheta à fluxu adjiciuntur, uti & ipsum *Oceani nomen* à c
ritate inditum (scil. à Græco ὠκὺς *celer*) testatur Solinus c
26; ideo fortasse quod maximo æstu afficiatur, quo m
interna ut plurimum destituuntur, ut videre est apud G
graphum lib. 1. & Plinium lib. 2. cap. 97. quod apertius
dicat auctor noster v. 270 his verbis, ἀκαμάτῳ ῥόῳ ὠκεαν
quibus fluxus & refluxus significatur quo Oceanus ind
nenter agitatur.

ἐν γὰρ ἐκείνῳ] Terram tunc cognitam, (tribus partibus,
ropa sc. Asia, & Africa, constantem) Oceano tanquam
sulam circundari (quod nuperis navigationibus quodamm
do compertum) universa fere antiquitas credidit. *Amb
omnis Oceano*, Mela lib. 1. cap. 1. sic Plin. lib. 2. & Strabo
1. Hoc tamen ipsis non prorsus compertum fuit: r
quamvis versus quatuor cœli cardines totidem Oceani p
res cognitas habuerint nominibus suis distinctas; singulas
men partes ubique navigantibus pervias, & partibus
continuas fuisse non certo constabat. Oceanum quic
Atlanticum Rubro continuum esse ex navigationibus c
busdam comperiri potuit, (refert enim Plinius Eudox
quendam Arabico sinu egressum Gades usque perveniss
2. cap. 29. qui & Hannonem Pœnum Africam circumn
gasse tradit; consulatur etiam hac de re Strabo, & M
l. 3. c. 10.) an tamen Scythicus seu Borealis Oceanus E
continuus esset, prorsus incompertum fuit, de quo ne
die quidem in totum constat. Ptolemæus quidem non n
do Scythiam & vicinas regiones per tertiam fere οἰκου
partem, verum & Australem Africæ partem, non Ocea
sed terra incognita terminat, quasi navigationibus modo
ctis fidem non habens; imo terram Australem ab Æth
pia ad Sinas usque produci opinatur, lib. 7. cap. 5. & pro
de universum mare Indicum terra undiquaque ambiri. S
tam hic quam illi conjecturis hac in re nitebantur (li
illis, ut jam experientia quodammodo constat, felicius

ciderit) & fatetur quidem Strabo deficienti hac in re
rientiæ à ratione suppetias ferendas , καὶ ὅπου δὴ αἰσθήσει
ν οὐχ ὑπῆρξεν, ὁ λόγος δείκνυσι : Recte ad hæc Casaubo-
Ratio probabilis suadet, nulla necessaria demonstrat.

4. ἅτε νῆσος] Νῆσος dicitur à νέω *no*, quod mari quasi
are videatur, ut Latinis *insula* quasi *in salo*, Isid. lib. 14.
n autem humilior hęc comparatio videri possit, ut recte
t Eustathius, qua terram universam insulæ confert,
di epitheto ἀπείριτος addito majestatem imminutam
at.

ἀνάνωται] *Circumdatur*, Metaphora à *coronis* ducta tempo-
bientibus : quem loquendi modum & Latini recipi-
ut Ovid. Metam. lib. 5.

Sylva coronat aquas, cingens latus omne -------

5. Οὐ μὲν πᾶσα] Terram tunc cognitam (quæ vix quar-
s fuit globi terreni, ut videre licet apud Strabonem
.) non prorsus rotundam esse asserit, sed oblongam,
asi ovalis figuræ; unde hic quidem * fundæ, Strabo *
lib. 2. † chlamydi expansæ eam assimilat, quod scil.
us ad solis vias, ab Ortu sc. ad Occasum, quam à Se- †
rione ad Meridiem extendatur : unde terræ *longitudi-*
Geographi, Ptolemæum & alios veteres sequuti, ab
su versus Ortum metiuntur, *latitudinem* vero à Meri-
l Septentrionem. Ita Mela lib. 1. cap. 1. *Ab Ortu*
ta ad Occasum, & quia sic jacet, aliquanto quam ubi latissi-
longior.

πρὸ περίδρομος] Διαπρὸ, comp. è 2 præpositionibus, ut
Latinos *insuper, desuper* &c. idem valet quod ἐπιπρὸ,
Scholiastes Apollonii reddit διόλου, *in totum* scil. seu
s & undiquaque, vid. v. 276. Περίδρομος vero *circularem* sig-
t, à περιδραμεῖν *circumcurrere*; ut *circumcurrens linea* Quin-
o vocatur, Instit. lib. 1. cap. 10. quæ Græcis περίμετρος
ur (voce fortasse inde deducta, quod circumducto cir-
iat) & Latina vox *circulus* à *circum* deducitur, quia a-
inclusam circuit.

6. Εὐρυτέρη βεβαυῖα] Torsit hæc vox Grammaticos,
terra *latior* diceretur ad Ortum & Occasum, ubi lon-
quidem sed angustior est; ideo vocem ὀξυτέρη substi-
videntur, quam agnoscit tam Eustathius quam Prisci-
, qui locum hunc sic vertit,

Arctatur rapidos cursus ad Solis utrinque.

um omnia fere exemplaria, Hen. Stephano teste, εὐρυ-

τέρη habeant, & lectionem eam Avienus sequatur, cum pio censemus Dionysium terram ad Ortum & Occa εὐρυτέρῳ dicere, non ut latitudo longitudini opponitur, ut confusam quandam majoris extensionis notionem pr fert, veluti cum Syrtim Phrygiamque majorem εὐρυτέρῳ cat, v. 105 & 811.

V. 8. ἠπείροισι] Vox ἤπειρος, quæ generaliter *conti tem* quamvis significat, insulæ oppositam, (& sic d est quasi ἄπειρος *interminata*, quia ambiente mari non minatur ad modum insulæ) specialiter sæpe apud auct per synecdochen usurpatur pro una ex tribus hisce parti in quas tota terra antiquis cognita dividitur; ut ἐνέτλησε μφοτὰς δύο ἠπείρους, Asiam scil. & Europam: Plut. de For eodem sensu non semel apud Strabonem occurrit.

V. 9. Περῶτα μὲν οὖν Λιβύῃ] Quod Libyam primo loco minet, & ejusdem descriptionem primo aggrediatur Dio sius, hinc eum Afrum fuisse statuit Eustathius, aliisque persuasit, sed argumento nimis infirmo; auctoris e patria ad descriptionis ordinem perparum momenti bet, cum Strabo Asiaticus & Ptolemæus Afer ab Eur descriptiones ordiantur. Meam hac in re sententiam è p fatione exquirere licet. Sed quod ad tripartitam hanc te divisionem attinet, eam plerique tam Græci quam La amplectuntur, licet pauci, Africam Europæ adjicientes, nas tantum partes numerent, Asiam & Europam; è qui est Isocrates: sententia etiam ea à Salustio recitatu bello Jugurth. Nomina ea Græciæ cum Latio commu nisi quod ea orbis pars quæ Græcis Λιβύη *Libya*, Latir Africa dicatur; licet Libyæ nomen quandoque à Lat usurpetur in Græcorum imitationem. Probabile vero omnia ea nomina particularibus regionibus primo imp ta, ut sentit Eratosthenes apud Strabonem lib. 1. cui Cas bonus suffragatur. Libyæ sc. nomen Libyæ proprie di Ægypto vicinæ primo convenisse videtur, cujus inc *Lubim* in sacris literis appellantur: unde probabile red tur, Libyæ nomen non à Libe vento deductum, quod c set Isidorus orig. lib. 14. *Libya dicta quod inde Libs flat*; potius è conversio, à Libya Libem ventum appellatum, & Africum eundem Latini vocarunt, quod ex Africa spi ret, ------ *creberque procellis Africus* ------- Virg. Æn. Bocharto potius assentior, qui Libyæ nomen Hebra originis esse statuit (cum ejus incolæ לוּבִים *Lubim* à s

P

ibus sacris vocentur, ipsoque Mose, quo longe posteri-
quotquot extant Græci auctores) & sic vocatam à
lub, (quod Arabice est *sitis* & *sitire*, ipso teste, ut צמא
raice) tanquam aridam & siticulosam regionem, ut à
no appellatur lib. 1.

--per calidas Libyæ sitientis arenas.

fricæ nomen diversæ ab hac regioni primo impositum
ie videtur, Africæ sc. proprie dictę, (cui soli Africæ no-
à Ptolemæo tribuitur) in qua urbs Carthago, inter
inidiam & Syrtim majorem interjectæ, cui nomen indi-
vel ab אפר *epher*, *pulvis*, nomenclatoribus Pœnis; vel
פרך *pherik* (quod Arabibus, quorum lingua Phœni-
linguæ cognata, *spicam* significat) ob eximiam frugum
litatem, ut non male divinat Bochartus: *Africa quot se-*
---- Ovid. de Ponto lib. 4. Africæ nomen Latinis
m Græcis familiarius fuit; quod Africa proprie dicta I-
e adversa esset, ideo Romani Africæ, ut Græci Libyæ
nen (in qua regionem Cyrenaicam Græci occuparunt)
im ad omnia vicina protenderunt.

siæ nomen primo Mæoniæ soli juxta Caystrum fluvi-
conveniisse indicat Strabo lib. 2. ubi *Asia palus*, Virg.
id. l. 7. & Asius campus, de quo Homerus Il. β.

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

etiam *Asia urbs*, siqua Suidæ fides. Et *Asiæ* nomen
regioni proprie competere innuit ipse Dionysius vers.
& 836. Hoc autem nomen vel à Græcis inditum vide-
ab ἄσις *limus*, quod palustris sit regio; vel ab *Asio* heroe
tum, à quo *Asia gens* in Sardibus originem duxit, teste
bone, cui & sacellum conditum refert, l. 14.

uropæ vero nomen primo parti Macedoniæ proprium
se dicitur (ubi & Europus civitas) ab Europo rege de-
tum teste Justino: *In alio Macedoniæ latere, in Europa, Eu-*
s nomine regnum tenuit, Just. lib. 7.

si cui hæc non arrideant, meliora afferat; nos interim
lumus his acquiescere, quam cum Herodoto, Eustathio,
ot aliis, credere à mulierculis omnia hæc nomina imposi-
Nomina autem Libyæ, Europæ, & Asiæ particularibus
ionibus primo indita, postea à Græcis ad vicina post-
dum detecta extensa videntur, donec tandem ad extre-
s orbis terminos emanarunt; sicut hodie Francorum no-
n, uni populo proprium, Europæis fere omnibus ab A-
icis tribuitur.

V. 11. Δοξὸν δὲ γραμμήσι] *Lineis*, ait, in plurali, quia, p pter maris flexus & promontoria procurrentia, linea una cta à Gadibus ad Nilum produci non potest: ideo li una à Gadibus versus Lilybæum Siciliæ promontori ducenda, inde alia obliquior ad ostium Nili Canc cum.

De *Gadibus*, *Nilo* & *Ægypto*, vide in v. 451, 222, & 227.

V. 13. Καὶ πύλῳ] Periphrasis est urbis quæ Græ Κάνωβος, Latinis *Canopus* dicitur, (β in *p* mutato, u βαῦβὼ Latini *papæ* fecerunt) quam sic dictam innuit à *Ca bo* Amyclis Laconiæ urbe oriundo, Menelai naucle quem in Ægyptum adversis ventis actum ferunt, eoque loco fatis functum, ac Menelaum urbem ei cognominem condidisse, expositis iis qui navigationis tædia ulterius fe re non possent, vide Tacit. hist. l. 2. & Solin. cap. 34. Hi narrationi fidem aliquam facit, quod *Menelaitis* dicitur Ægypti nomus in quo Canopus urbs sita, Ptol. l. 4. c. 5, Pl lib. 5. cap 9. ubi & *Menelaus urbs* à Strabone nominatur. A vero ibi insula sit *Helenium*, ab *Helena* sic dictum, quod t dit Eustathius, fides penes ipsum esto.

Voce πύλῳ, quæ locum separatum significat, à πέλ deducta, fanum Deo consecratum hic intelligi potest (qu plerunque ea voce denotatur) cum Canopum pro Deo cu tum fuisse Suidas aliique testentur: nec tamen obstat qu de ipsa urbe intelligatur, cujus pomœria ab agro circum cente separata fuere, & in honorem Canopi urbs ibi conc ta. Utrumque sensum voci convenire suidas testatur, πυλῶ ναοὶ, ἱερὰ, ἢ τὰ ἀφωρισμένα τῷ πυλῶ χωρία.

V. 16. ἐς Σκυθίκὸν] *Scythiam* sc. *parvam*, quæ ad Mæot dem & Pontum, Strab. lib. 7. vid. in v. 164.

V. 17. Πρὸς Βορέω] A versu 14. ad hunc locum Hype baton est, versibus duobus per parenthesin interpositis; co nexio enim hæc est, *Europam ab Asia Tanais in medio* (hoc e inter utramque fluens) *disterminat à Boreali parte*, *ab Austr li vero Hellespontus & linea hinc ad ostium Nili ducta*.

V. 19. Ἄλλοι δ' ὑπείροισι] Duplicem orbis partium divisione proponit: alteram per fluvios Tanaim & Nilum, quæ qua insulas eas reddere videtur, quippe fluminibus divisas qu mare deficit; alteram per isthmos, quæ continentes eas f cit. Priori quidem ipse in iis quæ sequuntur adhæret. vi vers. 263, quæ & Plinio, Melæ, & aliis arridet. Sed ignor runt illi Tanaidis & Nili fontes ab oceano longe distar

Con

mmodissima autem jam videtur media quædam via, qua
ıbo & Ptolemæus incedunt, ex altera parte priorem, ex
ra posteriorem divisionem amplexi; ita ut Hellespontus,
ıais, & linea inde ad oceanum Sarmaticum ducta Euro-
ı ab Asia disterminent, cum Pontus Euxinus longo ter-
spatio (licet καταχρηστικῶς hic isthmus dicatur) a mari
spio distet, hoc vero longissime ab oceano Boreali absit;
ıs vero Arabicus & per isthmum ducta linea ad Serbo-
em paludem Africam ab Asia disterminet, cum ibi inter
ı maria exiguus tantum isthmus, longe vero majus ter-
spatium inter Nili fontes & oceanum intersit, ut vere
abo lib. 1. præterquam quod *commodius est per maris sinus,*
licet, quam per flumina orbis partes distinguere, & divisionem
Nilum factam incommodum hoc sequatur, quod Ægyptum &
iopiam in plures orbis partes distrahere necesse sit, ut notat
ıle mæus lib. 2. cap. 1.

V. 20. ὑπέρτατος] *Supremus* dicitur quia *Borealissimus*: ea e-
ı mundi plaga suprema habetur, quia ea pars cœli (& ter-
in horizonte rationali) nobis perpetuo elevatur, ut Me-
ionalis deprimitur: unde Virgil. Georgic. 1.

Mundus ut ad Scythiam Riphæasque arduus arces
Consurgit, premitur Libyæ devexus ad Austros.

Ἀσίδος αἴης] Ἀσὶς, & infra Ἀσιῆτις, gentilia sunt fœminina
etis solis vsitata (cujusmodi terminationes in ις auctori
niliares esse notat Eustathius) & Ἀσὶς, sive Ἀσιῆτις, αἶα,
er aphæresin poeticam pro γαῖα) poetica est Asiæ peri-
rasis; in quo Græcos imitari Ovidius ausus est,

..... & in Aside terra
Mœnia constitues

V. 23. μακρὸς καὶ ἀθέσφατος] θέσφατος, quasi θεόφατος,
r syncopen τοῦ ο & epenthesin τοῦ σ, (quod & in θέσκελος
:idit) valet *divino ore pronunciatum*, unde θέσφατα *oracu-*
: ἀθέσφατος vero (adjecto α *privativo*) est *ineffabilis*, &
ταληπτικῶς *immensus*, per hyperbolen, ac si diceret, *tantus*
ei enarrando seu describendo ne Deus quispiam par sit. Mirari
ıtem subit cur isthmum hunc (quo prior triplo major, ut
Plinii mensuris constat) ita epithetis suis dilatet Diony-
ıs: vel certe ignorantiam suam hic prodit, vel poetarum
ore facit, quos nihil mirum in re tali epitheta temere con-
:rere, quum (teste Luciano in Dialog.) Jovem ipsum iis
ɔruere soleant, ἔταν ἀπορῶσι περὶ τοῦ μέτρου, *cum carmini sosten-*
ndo tibicines desunt.

Ἐς νότον ἕρπει] Metaphora à serpente ducta, cui fluvio alia angusta in longum exporrecta Dionysius sæpe conf ut in voce ἑλισσόμενος v. 15. notat Eustathius: talis au est linea per isthmum ducta ad continentes dividendas. verbo *serpo*, (quod fit à Græco ἕρπω, ut ab ἕξ *sex*, ab *septem*) ipsum *serpentis* nomen deduci manifestum.

V. 27. ἀκαμάτου] vide in vers. 3.

V. 29. Λοκροῖο ζεφύροιο] Ζέφυρος, *Favonius*, sic dicitur q si ζωηφόρος, quod verno tempore molliter spirare soleat, p tis vitam reddens & vigorem; vel quasi ζοφερὸς, ζόφος e Occidens; à quo Ζεφύριον dicitur quoddam Magnæ Græc quæ in Italia est, promontorium, quod recta ab eo Zep rus spiret versus Græciam proprie dictam; & hinc Locri vitas supra ipsum sita, *Epizephyrii* à Geographis denomin tur, ut à Locris Ozolis, & Epicnemidiis in Græcia ipsa tis distinguantur: hic vero vice versa Zephyrus ipse Λο *Locrensis* (quasi Λοκρικὸς) dicitur, quam epithetorum a dosin Eustathius appellat.

V. 30. Ἄτλας ἑσπέριος] Duo hujus maris nomina conjungens alterum alteri epitheton facit: dicitur e mare *Hesperium*, quasi *occiduum*, ab *Hespero* stella qui in o dente conspicitur, & *Atlanticum* ab *Atlante* monte vici hic vero *Atlas* substantive pro *Atlantico* ponitur, ut apud tinos *Adria* pro mari *Adriatico*,

Iracundior Adria, Horat. lib. 3. Ode 9.

Notandum autem nomine *Atlantici* totum Oceanum synecdochen non raro apud auctores intelligi: sic Str lib. 1. & Arist. lib. de Mundo.

Κικλήσκεται] Vox poetica per reduplicationem fact καλέω, καλήσω, & per syncop. κλήσω; ut à τρόω τρώσω, fit τρώσκω, á μνάω μνήσω, μιμνήσκω, à φάω, πιφαύσκω.

ὕπερθεν] vide in vers. 20.

V. 31. παῖδες Ἀριμασσῶν] Periphrastica loquutio, Ἀριμασσοὶ, Hebræis familiaris, ut ex sacris literis consta nec apud Græcos infrequens, ut Παῖδες φιλοσόφων pro φιλόσο Lucian. Arimaspi vero Scythica gens fuisse perhibentur extremo septentrione, à poetis & fabulosis scriptoribus, pr cipue ab Aristea Proconnesio, celebrata. Hos unocul tanquam Cyclopes alios, fuisse fabulantur. vide Mel. lib. cap. 1. & Solin. cap. 20. quam fabulam inde ortam ref Herodotus, quod, cum periti sagittarii essent, alterum oc um collimantes claudere solerent.

V.

V. 32. πεπηγότα τε κρόνιόν τε] Auctori nostro Plinius lib. 4. .13 & 16. suffragatur, qui mare septentrionale (quod rio, seu Artabro, Hispaniæ promontorio, ab Atlantico iditur) *congelatum* & *Cronium* dici testatur, & à Cim- *Morimarusa*, quod eorum lingua *mare mortuum* signi- t; quod quidem in antiqua nostra lingua Britannica, nbricæ & Gallicæ veteri cognata, idem valere ostendit mbdenus, quippe in qua *mor* mare, *morow* mortuum sig- icat; Et *mortuum* quidem metaphorice dictum est, quia gidum & congelatum, ideoque pigrum & immotum, n calor & motus in animalibus præcipua sint vitæ indi- unde aqua perenne fluens viva dicitur,

——— *Donec me flumine vivo*
Abluero, ——— Virg. Æn. 2.

eandem etiam causam *Cronium* dictum censet Eustathi- sc. à Κρόνος *Saturnus*, qui ab Astrologis frigidum a- um, & frigidis præesse judicatur; & cum tardi sit motus, ris etiam rebus præsidere jure censeatur. Dalechampi- vero, (not. in Plin. lib. 4.) à voce Borealibus nationibus ata, sed à Græcis depravata dici mavult, sc. ab ultima ter- um in Boreali tractu, Gronlandia dicta. At longe pe- um hoc Etymon, cum à Gronlandia usque sit, loco ve- ibus Græcis nec viso unquam nec audito.

V. 33. εἵνεκ' ἀφαυροῦ Ἠελίου] Ἕνεκα, poet. εἵνεκα, plerunque *causam finalem* refertur, ut εἵνεκ' ἐμεῖο, *mea causa*; hic vero *efficientem*: debilitas autem metonymicωs soli tribuitur, ę caloris est solaris, cujus defectu vapores frigidi non at- uantur & exhalantur.

V. 34. βράδιον γὰρ] Hyeme sc. tunc enim in zona frigida vissimi, (& proxime polum nulli) dies; contra vero, æ- te longissimi, licet, propter obliquitatem solis radiorum, non multum inde calefiat.

V. 36. ὅθι πρώτιστα] *Oriens* hic per periphrasin describitur, apud Lucan. lib. 1. *Vnde venit Titan.* Πρώτιστα quidem adjectivo neut. plur. factum, hic in adverbium migrat, πρῶτα vers. 9. cum vero à πρὸ fiat πρότερος, & inde super- ivum πρῶτος, πρώτιστα secundi superlativi inde deducti iem præ se fert, sed nudam forte faciem, ut τρίτατος à ίτος, cum repugnet ulteriori comparationi superlativi tura. Emphasis tamen aliqua voci πρώτιστος inesse potest, valeat πάμπρωτος. Eodem modo *proximior* à *proximus* O- dius formavit.

V. 37.

V. 37. Ἠῶον καὶ Ἰνδικὸν] Plerique tamen veteres O num *Eoum* ab *Indico* distinguunt, ut *Eous* sit ab Orien Indiæ parte, *Indicus* à Meridionali; sic Ptolemæus, Mela 1. cap. 2. & Plinius lib. 6. *Ab Oriente Eous, à Meridie Indi* cum Dionysius, mare Indicum pro Eoo accipiens, m Rubrum ad Indiam extendat; vide vers. 1089. imo ad probanen usque (ubi Eoi maris initium statuitur) v. & totum mare quod inter Indiam & Æthiopiam interj (quod Ptolemæo est Indicum) mare Rubrum & Æthic cum appellet.

V. 38. Ἐρυθραῖόν τε καὶ Αἰθιόπιον] Et stricte quidem ac prie *Æthiopicum* à parte inferiore, qua Æthiopiam luit, *Rubrum* vero seu *Erythræum* à parte superiore, Arabiam & vicina attingit, ad Indiam usque. Hoc au mare Græci quidam (inter quos Strabo lib. 16.) ἐρυθάλασσαν, alii (inter quos auctor noster) ἐρυθραίαν voca & Latini plerique, *Rubrum* mare. Ἐρυθρὸς seu Ἐρυθραίας λάσσης nomen alii ab aquæ colore, ob reflexionem radio cum sol supra verticem est, apparente, alii ab arenæ te que adustæ colore rubescente, alii tandem ab Erythra c dam, quem in insula maris hujus regnasse ferunt, indi testantur: vide Plin. lib. 6. cap. 23. & Strab. lib. 16. U mæ quidem sententiæ (quam solam tuetur Curtius lib cæteras, nescio quo merito, irridens) favere videtur I nysius, tum quod tumulum Erythræi regis in Ogyri insula tare affirmet v. 607. tum quod mare ipsum non Ἐρυθρὸν Ἐρυθραῖον vocet; cum illa denominatio manifesto à rub deducta sit, hæc potius ab Erythra rege sumi videatur; prout hæc vel illa ratio auctoribus magis arrisit, ita, Ἐρυ θάλασσαν, *Rubrum* mare, vel Ἐρυθραίαν, *Erythræum* appell verisimile est. Hoc tamen non nimis urgeo, cum ἐρυθρ simpliciter pro ἐρυθρὸν, ut ἐρημαῖον pro ἔρημον, poetice surpari possit; & ἐρυθραῖον possit etiam ἐθνικὸν esse; & c dem magis proprie ἐρυθραῖον denominetur quod ad Rubr mare pertinet, ut Ἐρυθραῖοι λίθοι Erythræi lapilli, qui Rubri maris littore leguntur, & Ἐρυθραῖς κάλαμος, Di ver. 1127. vox tamen ἐρυθραῖος hoc sensu sumpta, cum s stantivo πόντος nihil aliud valebit quam ἐρυθρὸν θάλασσαν: v in vers. 509. Equidem Ἐρυθρὸν θάλασσαν (quasi *Rubrum* re) ob causas vulgo creditas, seu veras, seu fabulosas, ve ribus Græcis vocatam sentio (sicut hodie Euxinum m *Nigrum*, Oceani vero Sarmatici sinus quidam *Albus* v

licitur) & præcipue quidem, quod antiquissimi Zonam idam (in qua *Rubrum mare*, seu *Oceanus Meridianus*) so- idiis rubescere putarent; unde ea — *rubicunda perusti a poli*, —— à Lucano dicitur. vide & Dion. vers. 40. e & Seneca in Thyeste, ruborem vulgo creditum po- hyperbole augens, *mare sanguineum* dicere ausus est,

Qui Rubri vada littoris,
Et gemmis mare lucidum
Late sanguineum tenent.

eros vero verisimile est, cum aquas non rubere vide-, illud de *Erythra* rege commentos esse: ac si Græci no- hoc ex ipso Oriente petissent, quum tamen tam maris n regis nomen nimis Græcam linguam redoleat, ut i- in Oriente in usu fuisse credamus. vide plura in v. 54. d ad clarissimi Vossii conjecturam attinet, qui *Erythræ-* nare sic dictum opinatur, quasi *Edomi* vel *Idumæum*, l. 1. rig. Idol. cap. 34. per Græcum sc. vocis *Edom* interpre- ntum, quæ ab אדם *rubuit*, deducitur; equidem huic ntiæ libenter acquiescerem, si probari possit nomen *sinui Arabico* primo inditum fuisse, cujus ab ultimo re- Idumæa non longe distat: sed *Oceano meridiano* nomen o impositum fuisse auctores evolventi facile constabit, Idumæa longe remota. vide v. 54.

. 39. *εἰσιόντα χθονὸς αὐλῶν*] Αὐλὼν proprie est angustum & ngum quiddam (ab *αὐλὸς tibia*, quæ ea plane forma quale *fretum* v. 136. aut *fossa*, aut *convallis* inter duos tes in longum exporrecta; hic vero *καταχρηστικῶς* usur- r pro ampla planitie ad littus expansa, respiciendo ad n longitudinem qua mari coextenditur, licet alioqui late pateat. Errat vero Dionysius, quod istam Æthio- oram ob ardorem habitari non posse censeret (quem er- m non modo veterum multi de tota zona torrida con- rant, ut Mela lib. 1. cap. 1. & Ovidius Met. 1.

Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu.

im & bonus Eustathius sic dormitat) cum tamen ex emæi descriptione totus iste littoralis Æthiopiæ tractus osylo ad Prasium promont. satis cultus sit, & incolis uens.

. 40. *ἠελίοισι*] *Sol* pro *astro* natura singulare est, pro *ca-* vero *solari* *μετωνυμικῶς* sumptus pluraliter sæpe usurpa- apud utriusque linguæ auctores: sic Horat. Epod. 2.

— perusta

——— *perusta solibus*
Pernicis uxor Appuli.

V. 43. Κόλπος δ'] Κόλπος, *sinus*, est cavus terræ recessi in quem mare se insinuat, & metaphorice sic dicitur, quo cavitate & curvitate vestium sinus referre videatur. H quidem, ut frequenter apud auctores, mare ipsum in ter sinum receptum κόλπος *sinus* dicitur. Et stricte quide minoribus tantum maris in terram recessibus ea vox co venit, hic vero late sumitur; ita ut (exceptis *lacubus* magn qualis revera est Caspium mare) mare universum adæqu te dividatur in *exterius*, quod *Oceanus*, & *interiora*, quæ *nus* appellantur, qui ex Oceano ipso effunduntur, quod vo Metaphorica ἐρώτησις hic exprimitur; sicut & freta per qu sinus ex Oceano emittuntur, simili Metaphora στόματα, *fa ces* vocantur (vide vers. 795) Sicut vero vox κόλπος, sin terræ proprius, μετωνυμικῶς pro mari in sinum recepto usi patur, ita per synecdochen ipsæ sinus fauces in sequentib quibusdam Dionysii locis hac voce notari videntur, di κόλποι ἅλα πίλειν, & προχεῖν, & ῥέεθρον περιέναι dicuntur.

V. 44. πίσυρας δὲ] Πίσυρας Æol. vel Cret. pro τέσσαρας, πίμπε pro πέντε. Iisdem fere verbis recenset sinus hos Stra lib. 2. Revera autem tres tantum ex his quos recitat in nubus magnis numerandi sunt, ut in v. 48. dicitur.

V. 45. ἑσπερίου ἅλα] Quod *Mediterraneum*, & *intern* mare scriptoribus plerisque dici solet, Dionysius hic *He rium* seu *Occiduum* vocat; tum quod ex Oceano occiduo p deat, tum quod cæteris magnis sinubus occidentalius sicut Italia & Hispania *Hesperiæ* olim dictæ sunt, ab *Hesp* occidentali stella (qui Latinis *vesper*, aspiratione, ut sa fit, in v consc. mutata) quod versus Occidentem respe Græciæ sitæ sint.

V. 47. ὀλίγος ὤφ'] *Parvus*, non absolute, sed respe mediterranei maris, de quo poeta modo loquutus est, *teros autem sinus magnitudine præstans*, ut explicat Eu thius: cujus sententia prima facie mihi arrisit; sed siq recte verba perpendat, alium sensum huic & sequentil versibus subesse sentiet quam vel Eustathio vel Hen. S phano suboluit. Non enim de ipso mari Caspio, sed *faucibus*, per quas ipsum ex Oceano prodire sensit, nom κόλπος hic loqui videtur Dionysius; dicit enim κόλπον hi *violentum fluentum in Caspium mare immittere*: κόλπος gitur è quo fit effluxus distinguendus à mari in quod fit flux

ıxus: ſinum autem ſic ſumptum (pro faucibus ſcil.) *par-*
m quidem, hoc eſt, *anguſtum*, eſſe affirmat, ſed προφε-
ρέστατον ἄλλων, hoc eſt, *maxime præ cæteris in longitudinem pro-*
ctum, (προφέρειν enim eſt *producere*, unde προφερὴς, *in longum*
ductus, ſive reſpectu loci ſive temporis) Hæc autem ver-
ſic ſumpta iſtis Plinii plane conſonant, de Oceano in
ſpium hoc mare influente prolatis, *Irrumpit autem arctis*
cibus, & in longitudinem ſpatioſis. Auctor etiam libri de
ındo fauces eaſdem στενὸν καὶ ἐπιμήκη αὐχένα vocat.

V. 48. Ὅς τ' ἀποκιδνάμενος] A σκεδάω fit σκίδνημι, (ut à
ἀω κίρνημι) & per aphæreſin τῶσ κίδνημι, ut à σμάραγδος μά-
γδος &c. Sed ad narrationem quod attinet, in errore non
i Dionyſius hic verſatur, qui tamen ipſi cum plurimis ve-
um; Plinio ſcil. lib. 6. cap. 13. Mel. lib. 1. cap. 2. Solino,
21. atque ipſo Strabone communis fuit. Hi omnes, cum
ctore noſtro, Caſpium mare *ſinum* eſſe ex Oceano Bore-
prodeuntem perperam crediderunt; cum revera *lacus* ſit
nenſus, & nullum cum Oceano commercium habeat, ſed
libus circumiri poſſit, niſi ubi flumina recipit, ut non
do Ptolemæus, verum & hiſce omnibus antiquior He-
lotus agnovit. Nec valet ſolutio, qua diſcrepantes haſce
tentias conciliare ſtudet Euſtathius, veterum neſcio quo-
n opinionem recitans, quod ex Cronio Oceano Caſpium
re per ſubterraneos meatus prodeat; tanto nimirum
rarum ſpatio diſſita ſunt hæc duo maria, ut citius credi
ſit ex Euxino aut Perſico ſinu quam è Scythico mari Ca-
um prodire. Sed fatetur Strabo lib. 11. hæc loca non
be cognita, nec cuivis de locis tam remotis temere cre-
ıdum cenſet: nihil igitur mirum ſi aliis in re dubia, po-
s quam Herodoto, fidem habeat, quem inter ſcriptores
ndaciſſimos numerat, *quibus non magis credi poßit quam po-*
. Ei igitur accidit, quod mendacibus contingere ſolet,
cum verum diceret ei non crederetur. Cæteros qui pro-
novit, unum poſt alium facile erraſſe non mirabitur.

V. 49. αἰπὺ ῥέεθρον] *Profundum* fluentum reddit Hen.
phanus: ſed licet altum apud Latinos tam *excelſum* quam
fundum ſignificet, adduci tamen non poſſum nuda Ste-
ıni auctoritate (fidiſſimi alioquin interpretis & Gręcæ
guę peritiſſimi) ut credam αἰπὺ *profundum* uſquam ſi-
ficare: *violentum* potius, ſeu *rapidum fluentum* redden-
m videtur, ut ſit tanquam *torrens ab alto cum impetu ru-*
; ſic αἰπήεσσα καταιγὶς, *procella violenter & cum impe-*

tu

tu delapsa, Anth. Epig. Rapidum vero hoc fluentum, lon
gum & angustum, & *quasi fluvium*, ut vocat Mela, lib. 3. c.
(quod pro faucibus maris Caspii veteres acceperunt) susp
cor equidem *Rha* fluvium maximum fuisse, cujus ἐκβολαὶ i
mare Caspium cum notæ essent, superior vero cursus ignoratu
ex Oceano, quem non longe abesse falso credebant, prodi
opinati sunt.

V. 52. ἀνώτερος] *Superior*, hoc est *Borealior* Arabico, vi
in vers. 20. hic enim totus supra Tropicum æstivum est, Ar
bici vero sinus ultimus tantum recessus. Non tamen alter r
cte supra alterum est, & ex adverso ad Septentrionem,
Caspium mare supra Persicum, & Pontus Euxinus supra Ar
bicum, v. 53. & 55. & Strab. lib. 2.

V. 53. Ἀμφιτέτμ] Poet. pro mari, παρὰ τὸ ἀμφιδέχεσθαι ἢ ἀμ
φιλέγειν τὴν γῆν, quod *terram ambiat*, aut *undique fluctibus a*
terat.

V. 54. Ἄλλος δ' Ἀραβικὸς] Auctor noster, cum aucto
libri de mundo, cap. 3. & aliis plerisque Græcis, sinum hunc
mari Rubro perpetuo distinguit: mare enim Rubrum ipsis
ceani pars est inter Æthiopiam & Indiam interjecta; vi
vers. 38, 597, 932, 1089. Ex Latinis tamen aliqui, atque
tiam ex Græcis nonnulli, ad sinum etiam Arabicum & Per
cum, ex Oceano illo prodeuntes, Rubri maris nomen e
tendunt. Ita Seneca in Troade,

Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.

ubi per fretum rubens Sinum Persicum intelligit, in quem T
gris se exonerat: Et Plinius non semel nomine maris Rub
sinum Arabicum intelligit, ut lib. 5. cap. 11. quod & à 70
cti codicis interpretibus fit, & ab auctore epistolæ ad Hebræ
cap. 11. Ex quorum verbis male intellectis ortus est quoru
dam error, qui nomen maris Rubri sinui isti (qui Hebra
סוף ים mare *Suph*, quasi mare *algosum* seu *caricosum*,
citur) proprium putarunt. At Plinius maris Rubri nom
Sinui huic cum Persico commune facit, quatenus sc. uterq
ex *Oceano Rubro* (ut ab Horatio vocatur) prodit, & ej
dem quasi pars est, ut patet ex lib. 6. cap. 23, 24, 25. ubi
mari Rubro proprie dicto, hoc est Oceano Meridiano, loque
cap. 24. *in duos* (inquit) *dividitur sinus*; de Persico & Arabi
verba illa mox explicans. Sic Solinus cap. 58. *Irrumpit hæc l*
tora Rubrum mare, idque in duos sinus scinditur. Neque al ter a
cipienda videtur sacrorum interpretum sententia: qua
quam enim סוף ים illis ἐρυθρὰ θάλασσα reddatur, non t
m

n hoc ita accipiendum ac si par esset nominis utriusque
nsio; sed quod mare Rubrum latius sumptum etiam
[illegible] seu Arabicum sinum, tanquam partem ex ipso pro-
ntem, complecteretur. Notum quidem est Erythræ re-
umulum in Oceano, quem ab ipso Ἐρυθραῖον denomina-
volunt, juxta Persici sinus fauces, longo autem ab Arabi-
nu intervallo, statui solere. vid. vers. 607.

.58. πάσας Ἠπείρους] Scil. Europam, Asiam, & Africam. vid.
ers. 8.

.60 νησοῖσι περίδρομος] Περίδρομος aliquando passive sumi-
ut vers. 99. ubi Italia dicitur περίδρομος ἀμφιλέιτας, uti
)vidio insula dicitur *circumflua Ponto*: hic vero active, qua-
cumfluens, ut eidem Ovidio Met. 1. mare *circumfluus*
or dicitur, quia circum terram fluit.

. 63. ἀφ' ἑσπέρας ἀκτῆς] A freto Herculeo, ubi ex Oceano
duo mare Mediterraneum erumpit, montibus, quas
:ulis columnas vocant, utrinque cincto, & vicino Gadi-
insulæ in extremo Occidente sitæ. vide Solin. c. 26.

. 65. μέγα θαῦμα] Vel montium altitudinem & formam
bilem (quæ à Mela lib. 2. cap. 6. describitur) vel fabulo-
miraculum de montibus his divulsis ab Hercule, & O-
o immisso, innuere videtur.

. 66. Μακρὸν ὑπὸ φρενῶνα] De Atlante monte hic loquitur,
tamen freto Herculeo non adeo vicinus est, ut fretum ei
lle jure dici possit. Licet vero Atlantem duplicem statu-
Ptolemæus aliique eum sequuti Geographi, minorem non
ul à freto, majorem longe remotiorem; Plinius tamen, lib.
p. 1. Strabo lib. 17. & alii quamplurimi, unicum tantum
viisse videntur, eumque Strabo, cum auctore nostro, non
e à freto collocat: Extra columnarum fretum inquit) pro-
nti, ita ut ad sinistram sit Africa, mons est quem Græci
item vocant, (sc. ab α epitatico & τλάω tolero, quod cœ-
sustinere dicatur) Barbari vero *Dyrin*. Montem hunc
ulum incolere qui *Atlantes* dicti, quibus nulla propria
ina, Herodotus & alii testantur. Quidam vero Atlan-
nomen ad omnes Hesperios Æthiopas extenderunt, ut
lib. 1. cap. 4. Unde *Atlantia* inter Æthiopiæ nomina à
o recensetur, lib. 6. cap. 30. quod de *Hesperia* intelligen-
, licet ille universæ tribuat: & hoc sensu Ἀτλαντίδες σκυλα-
s à Dionysio fortasse vocantur.

. 67. Ἠχέ' ἵεται χιλιετεῖς] *Montem* hunc *Africæ fabulosissimum*
o vocat Plinius: fabulis autem ab ipsa montis altitudine

occa-

occasio data, unde cœlum ab eo sustineri fingitur: *Quo ma surgit, exilior est, & quod altius quàm conspici potest usque ad nub erigitur, cœlum & sydera non tangere modo vertice, sed sustinere q que dictus est*, Mela lib. 3. cap. 11. Cum igitur *columnam* (qua poetico more *æneam* dicit) inde ad cœlum erigi fingat Dion sius, id de summo montis vertice intelligendum, qui, cum tus, exilis, & tereti forma surgat, siqua Herodoto fides, lumnam quasi refert, unde &, eodem teste, columna cœli cta est.

V. 68. Ἠλίβατος] *Altus*, ab ἥλιος *sol*, & βαίνω *gradior*; hyperbolen, quasi ad solem usque pertingens.

V. 72. Στῆλαι δ'] Manifestum est Dionysium montes os intelligere, quorum alter in Hispania situs, Calpe plerisc dicitur, huic autem Alybe, v. 336. alter in Mauritania, Abyla vel Abenna dicitur; quos Herculem divulsisse fal lantur, vide Mel. lib. 1. cap. 5. sic Seneca in Herc. furente,

Vtrinque montes solvit abrupto obice,
Et jam ruenti fecit Oceano viam.

Quod quidem inde fictum videtur, quod *Hercules Tyrius* Gades coloniam ducens, per fretum hoc primus navigave vide in vers. 454. unde montes inter quos navigavit perrup dicitur. Videantur & aliæ de columnis opiniones apud S bonem lib. 3. Cum vero montes ii nihil habeant columni mile, probabile censet Strabo Herculem columnas veras il rexisse, tanquam finis mundi & expeditionum suarum no &, licet ipsas tempus deleverit, nomen in locis ubi quon fuerint remansisse, sicut Philænorum aris in loco nomen n sit, etiam cum ipsæ non extarent. Hoc quidem non veri d mile: maxime vero probabilis mihi videtur eorum senten qui nomine Herculis columnarum, æreas quasdam colun intelligebant quæ Gadibus in templo Herculis fuerunt: (teste Strabone lib. 3.) non tantum Posidonii, verum com nis Afrorum & Hispanorum sententia fuit.

νέονται] pro νείνται, à verbo inusitat. νέω, νέομαι.

V. 74. Γαλάτης ῥόος] *Gallicum mare*; qui enim Rom *Galli*, Græcis Γαλάται, sua autem lingua (teste Cæsare Gall. lib. 1.) *Celtæ* dicti, quo etiam nomine tam Græcis q Latinis non raro appellantur. vid. vers. 292. An vero Gr Γαλάται dicti sint ob candorem, scil. à γάλα *lac*. ut pler volunt, an ab una origine omnia hæc nomina deflexa sint (quidem à lingua Britannica antiqua veteri Gallicæ cognat à voce *gualt comam* significante, sicut Gallia Transalpina Rc

Comata dicta, Camdenus deducit) doctis dijudicandum relinquo.

νεῖα Μασσαλία] Μασσαλία Græcis, Latinis *Massilia* (*a* in *i* tatо, ut Ἀκράγας *Agrigentum*) urbs est à Phocæensibus in llia Narbonensi condita, portu theatri forma condito nis, Strab. lib. 4. de qua hic non tanquam de urbe sola, quasi de regione, loquitur Dionysius; quod sc. loca ritima sub eorum ditione essent (vid. Strab. ibid.) ad Nim usque, quæ Nicæa Massiliensium dicta est.

V. 77. Ἐνὸς Ἰταλὰν ὑῆες] Periphrasis, pro Ἰταλοὶ, vid. vers. ὑῆες est ab ὑός nom. poet. pro ὑός. *Italiæ* vero nomen, od usque ad Alpes tandem prolatum, primo soli regioni quæ à freto Siculo ad sinum Tarentinum tendit, proprie veniisse Strabo non uno loco testatur. Eam autem (cum ea Oenotria appellata esset, Strab. lib. 5.) ab *Italo* rege dictam plerique censent: ita Virg. Æneid. 1.

Oenotrii coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.

næus autem & Varro sic nominatam censent à boum ltitudine & præstantia, qui veteribus Græcis Siciliam & gnam Græciam incolentibus Ἰταλοὶ vocati; unde Latina : *vitulus*, addito digamma Æol. (quod valet *v* cons.) vobus vocem aut syllabam inchoantibus sæpe præpositо, ὶς *vis*, ὄϊς *ovis*, ὠὸν *ovum*.

V. 78. Ἐκ Διὸς] *Iovis* sc. *voluntate*; cui simile est illud meri --- Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή: innuit divina providentia tum imperium Romanis contigisse.

Αὐσονίηες] *Ausones* (qui & Αὐσόνιοι, & poet. Αὐσονῖδαι à re- Αὐσονίδες) proprie Latii populus prope Lirim fluvium, i. lib. 3. cap. 5. vel orientalis Italiæ oræ, ubi postea Magræcia, ut statuit Strabo, & ipse Plinius lib. 3. cap. 10. *nium mare*, quod eam oram alluit, *sic dictum* tradens, *quo- Ausones te nuere primi*; ex Latio fortasse eo migrantes, contra: ab hac vero parte per synecdochen Ausoniæ noi universæ Italiæ communicatum.

. 80. ἐρὶ ζωστῇ] Leucopetram ultimum Italiæ promonum in Siculo freto sitam ait, quasi *radicibus ibi fixis*, Mehora ab arboribus ducta. Ita Solinus *Taurum montem* ait *s continuare voluisse penetrato mari, nisi profundis resistentibus ndere radices suas vetaretur*, cap. 41. Simili Metaphora 's seu *plantas* montium aliquando appellat Dionysius, vob animalibus translata. Πορθμὸς autem *fretum* est, seu

maris angustiæ, à περάω *transeo*, quia brevis ibi trajectus; u de diminutivum πορθμὶς *tenue fretum*.

V. 83. Τυρσωνίδος] Quod & Latinis *inferum*, & *Thuscu* Græcis enim *Tyrrheni* (à colonia è Lydia, quodam *Tyrrh* duce, eo deducta) qui Latinis *Thusci* & *Etrusci*, Strab. lib.

V. 84. ἀυτὰρ ἑσπερίη] Iisdem terminis Siculum mare fi Strabo lib. 2. ut à Sicilia ortum versus ad Cretam usq producatur, (sc. ad promontorium Κριοῦ μέτωπον) meridi versus ad Pachynum Siciliæ promontorium, Septentr nem versus ad Iapygium Italiæ promont. & huic adver Epirum. Pars tamen hujus maris inter Italiam & Græ am (præcipue quæ Græciæ proxima; nam qua Italiam alli *Ausonium mare* quibusdam vocatur) *mare Ionium* etiam ctum: unde Lucanus de Isthmo Corinthiaco,

——— *si terra recedat,*
Ionium Ægæo franget mare ----

Imo (mira nominum confusione) aliqui totum illud m quod hic *Siculum* dicitur, & postea *Adriaticum*, licet mi proprie dictum, vide in vers. 94. *Ionium* vocarunt; ci partes constituerunt Siculum mare qua Siciliam alluit, C ticum qua Cretam: *Græci Ionium dividunt in Siculum & C cum ab insulis*, Plin. lib. 4. cap. 11. *Ionium* vero mare (u bulam de *Io* præteream) aliqui ab *Ione* prædone, qui ibi raticam exercuerit, sic dictum ferunt: probabilior vero doctissimi Vossii sententia, qui ab *Ionibus* accolis sic dic arbitratur, de Origine Idol. lib. 1. cap. 18. cujus sente inde confirmatur, quod *Ægialeia*, seu litoralis hujus m tractus, olim ab *Ionibus* incoleretur, teste Strabone lib. inde *Ionia* nuncuparetur; quibus postea ab Achæis pulsi *Achaiam* nomen mutatum.

V. 85. ἔνερθεν] *Inferius* (ad Austrum sc. vid. in vers. ab ἐν *in*, & ἔρα *terra*, addita particula locali θε.

V. 88. Πάρ θ' ἱερὴν Γόρτυνα] Poetica licentia promon um Κριοῦ μέτωπον juxta has urbes esse dicit, quod in ea insula situm esset, alioqui ab illis satis dissitum; nisi in tur Κριοῦ μέτωπον, ut & urbes istas, ad meridionale in latus vergere. *Gortyni* vero (quam Gortynam Latini vo malunt) *sacræ* epitheton addit, vel *magnitudinem* ejus nuens, Homeri more, apud quem ἱερὸν pro *magno* qua que ponitur; vel quod Jovem in vicino monte Ida nutri fuisse, eumque Europam raptam Gortynam advexisse tur. vide Solin. cap. 17.

4

ραιστὸν] Epimenidis patriam, quam à Gortyniis, quibus vi-
a fuit, direptam fuisse refert Strabo lib. 10. ideo à Ptole-
o non memoratur. Ea 20. stadiis à mari distabat, ideo
ρώτιδα vocat auctor, quod non prorsus maritima esset.
. 89. παραυγάζουσα] *oculis repræsentans*, si quis procul in-
atur; αὐγὴ enim, quæ proprie *lucem* significat, aliquan-
pro *oculo* ponitur, (sicut *lumen* apud Latinos) ut κεκαλυμ-
ς αὐγὰς, *clausos habens oculos*, Nic. in Alex.
. 92. Κεῖθεν δ' εὐρυνθεῖσα] Juxta Iapygium promontor.
es sunt *Adriatici* sinus, ab *Adria* Piceni in Italia civitate,
ut Plinio placet, ab *Atria* oppido ad Padi ostia, nomen
iti, (quod & *mare superum*, uti Tyrrhenum *inferum*, à situ
ectu Italiæ, Latinis dicitur) Cum igitur ibi maximæ si-
hujus angustiæ sint, mox dilatatus inde ad Boream pro-
litur, deinde versus μυχὸν, hoc est *ultimum recessum*, ma-
ad Occasum vergit.
. 94. Ἥντε καὶ Ἰονίην] *Adriaticum sinum* hic asserit Dio-
us *Ionium* etiam dici (de quo nomine, sinui cum mari
o prodit communi, modo dictum in vers. 84.) & eo qui-
nomine totus sinus, Adriaticus vulgo dictus, à priscis
cis nuncupatur: postea vero prima tantum sinus hujus
, inter fauces scil. & Garganum montem, Ionius sinus
tus est; reliquum usque ad μυχὸν Adriaticus sinus (vide
b. lib. 7. & Ptol. lib. 3. cap. 1.) tandem sub imperio
nano Adriatici nomen, ut Romanis familiarius, totum
m occupavit, ut deinceps qui de Ionio sinu scriberent,
pro parte Adriatici haberent: ita Strabo lib. 7. Ὁ Ἰό-
κόλπος μέρος ἐστὶ τῶν νῦν Ἀδρίου λεγομένου, *Ionius sinus pars est
s quod nunc Adriaticum dicitur*; nominum mutationem
ns factam innuens: quod libro septimo manifestius
arat, ubi de Ionio sinu loquutus, hæc verba subjungit,
ρώτου μέρους τῆς θαλάττης ὄνομα τοῦτ' ἔστιν, ὁ δ' Ἀδρίας τῆς ἐντὸς
τοῦ μυχοῦ, νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης. Novissime vero Adria-
maris nomen etiam extra sinum extensum, ita ut Sicu-
mare (quod totum, aut ex aliorum sententia ejus pars,
onii sinus faucibus per Græciæ oram producta, Ionium
m mare à veteribus Græcis dicebatur; vide in vers. 84.)
driæ nomen totum transiret: quod nomen ei à Ptole-
o & aliis recentioribus tribuitur, quibus consonat Ovi-
s, mare per quod ipse ab urbe Roma Græciam versus na-
vit Adriam vocans, Trist. lib. 1. Eleg. 10.

Scribentem mediis Adria vidit aquis.

V. 95. ἠπείρους ἀπερεύγεται] *continentes eructat*, vertit S
phanus; duriuscule sane, nescio enim quo sano sensu
possit duas regiones à *mari* hoc *eructari*. Videtur potius D
nysius sic uti voce ἀπερεύγεται, ut voce ἀφικέσθαι poetæ uti
lent, ut ---- ἀφίξεται Ἴλιον ἱρὴν, Iliad. 6. (quod & Virgi
imitatur in voce *devenere*; *Devenere locos lætos* ---) Hic
κέσθαι significat *accedere ad aliquid*, ita ut præpositione ἀπὸ
nuatur terminus à quo, terminus vero ad quem in acc
tivo verbo subjiciatur, per ellipsin præpositionis εἰς,
vel πρός. Sic Δισσὰς ἠπείρους ἀπερεύγεται hic vertendum
Ex se eructat (aquas sc. aut fluctus) *in duas continentes*.
fortasse legendum est ἠπείρους ἐπερεύγεται, quod manifes
significabit *eructat ad continentes*; ut ἐπέρχομαι significat *ac*
nio, *accedo ad*, accusativum regens, ut ἀγεὸν δ' ἐπελεύσομα
βοτῆρας, Odyss. ο'.

V. 97. Δαλματίη δ' ἐφύπερθεν] Quo sensu *Dalmatia*
Dalminio primaria urbe sic vocata) dicatur *supra Illyri*
esse, haud facile constat. Aliis quidem Illyris late sumi
ut à Cerauniis montibus ad ultimum Adriatici maris re
sum extendatur, Liburniam, Dalmatiam, & novæ Mace
niæ partem comprehendens, ut videre licet apud Stra
nem lib. 6. & 7. aliis strictius pro hujus parte, modo
modo illa. Plinius, lib. 2. cap. 21. Illyridis nomen Lil
niæ soli tribuit; Ptolemæus, lib. 2. cap. 17. Liburniam
Dalmatiã sub eo nomine complectitur; Dionysius vero c
muni isto nomine illam Illyridis partem peculiariter
gnat, quæ, quia Macedonibus paruit, Macedoniæ pars
lemæo & recentioribus plerisque habetur, licet Illyr
gentes eam incoluisse Strabo lib. 7. & alii testentur.
gionem hanc, quæ à Dalmatia ad Ceraunios montes ex
ditur, peculiariter à Dionysio Illyridem vocari, versum
& sequentes cum hoc loco conferendo, manifesto consta
Recte igitur hic vocem *supra*, voce *ultra* addita, explicat H
Stephanus: sensus enim est, quod *sinus Adriatici fauces*
gredienti à dextra est Illyris hæc Macedonica, ultra vero est Dal
tia.

Ἐνυαλίων] Ἐνύω, *Bellona*, belli dea; inde Ἐνυάλιος *M*
& adjective *Martius*, *bellicosus*, quales quidem Dalmatas
mani experti, Strab. lib. 7.

V. 98. παραπέπταται] πέπταται, per syncopen pro πεπ
ται, est 3. præt. pass. à verbo πετάω vel πετάζω. *extendo*.

ἀσπετος ἰσθμὸς] *Isthmus* proprie terra angusta est i

maria, peninſulam (quæ Græcis χερρόνησος) continenti ectens, qualis eſt Iſthmus Corinthiacus; hic vero, κατα-ικῶς, pro magno terræ ſpatio quod à mari fere ambitur, t inſtar peninſulæ, uſurpatur : ideo ut diſtinguatur ab no proprie dicto, epitheton ἀπείρου *immenſus* additur, d componitur ab *a privat.* & ἴστω, poet. pro ἔστω, *dico*, ω pro ἔχω, ac ſi dicas, *tantus ut quantus ſit exprimi non*

. 100. Ἀδριάδι πλημυρούσῃ] Voce πλημυρούσῃ (quæ à Stephano litur *adventante*, commode autem verti poteſt *exundan-* æſtus hujus maris ſignificatur, (qui quidem ab hoc ver-πλήθω, πλήμη & πλημμυρὶς dicitur) Nec temere ea vox tur, cum maximo æſtu, Oceani in morem, ſolus hic s inter omnes maris interni partes afficiatur, teſte Stra- lib. 5. unde apud Horatium, *Iracundior Adria.*

. 102. Τυρσηνὸν ζέφυρον] Non quidem exacte ad hoſce os hæc maria ſpectant; ſed Tyrrhenum quidem ad Oc- *hybernum* eſt, Adriaticum ad *Ortum æſtivum*, Siculum *Meridiem* vergit; & poetæ, cum vulgo quatuor tantum os numerantes, ad quatuor cœli cardines, quicquid ip- icinum eſt ad hos referunt. *Veteres* (inquit Plinius lib. ip. 47.) *quatuor tantum ſervavere, per totidem mundi partes, æ ætas octo addidit, proximis media inter utramque ratio placu-* ita ſcil. ut 8. in univerſum numerarent. Typum medi- ventorum, & plagarum cœli unde ſpirant, hic ſubjici-



Typus vero ventorum 12 hujusmodi fuit.

Notandum vero *poetas*, quatuor tantum ventos nume tes, eos *Eurum*, *Zephyrum*, *Boream*, *Notum* nominare *Eurus* sit ventus *Orientalis*, *Boreas Septentrionalis*: quo s Eurus hic sumendus, (si enim Eurus pro Vulturno sun tur, mare Siculum potius quam Adriaticum ab Italia rum spectaret) Ita Ovidius Metam. lib. 1. & Trist. lib.

Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc Zephyrus sero Vespere missus adest,
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus adversa prælia fronte gerit.

v. 103. ὑπὲρ Σικελῆς] Notat hic Eustathius à Dionysi ci mare Libycum (quod Australem Siciliæ partem allui inde ad Syrtin utramque versus Austrum tendit) *super liam* esse; unde colligit Australia quandoque ab eo dici realibus superiora: quod quidem verum, sed non qu nus Australia, sed aliquo alio respectu; nam hic ὑπὲρ, s pro *ultra* sumendum, nullo respectu ad cœli plagam h to, sed tantum ad ordinem quo progreditur; quod in u que lingua frequens, ut ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν, *lineas silire*; sic Virg.

---------- super Garamantas & Indos
Proferet imperium ----------

atque hoc sensu quandoque sumi Genitivo junctum in 138. probabitur.

ῆμα κορύσσων] A κόρυς *galea*, & per synecdochen *arma vis*, κορύσσεσθαι non tantum *armari* significat, verum etiam *impetu irruere*, ut armatus in hostem ruit: sic fluctus di- ὅτε νῆα κορύσσεσθαι, *in navem cum impetu ferri*, Apoll. Arg. pariter active mare Libycum dicitur οἶδμα κορύσσειν, hoc ndam *violenter* in Syrtim majorem *immittere*; in quo ad æ- quo Syrtis afficitur respicere potest. vide in vers. 107.

, 104. νοτίῳ ὅτε Σύρτιν] *Syrtes*, de quarum nomine mox tur in vers. 107. sunt sinus duo Libyci maris, quarum or minore Australior (eademque orientalior, v. 199. minor occidua dicitur v. 479.) Quod vero eæ, more tum sinuum, intra terræ ambitum excurrant, quasi in e- remium se immittentes, hinc illæ phrases, ἴσω Λιβύης, & ἔξω. *Totum* vero maris mediterranei *latus Africam spe-* ad Ægypti usque viciniam *Libycum dixere*, Plin. l. 1. c. 5.

. 107. δέχεται πολυμυρίδα] Syrtis quidem utraque æstu itur, cujus accessu & recessu arena & cœnum aggeritur, le *Syrtes* dictæ à σύρω *traho*, quod talia ad se traherent ngererent) & hinc navibus periculum, ne in brevia il- æ hærerent, Strab. lib. 17. vide vers. 201.

. 109. Ἐκ δ' ὀρέων Σικελῶν] Advertit hic Eustathius ex nysii verbis colligi posse, mare quod inter Siciliam & tam interjacet, & Siculum & Creticum dici: & revera terminus occidentalis maris Cretici hic constituitur, modo maris Siculi; tantum Creticum mare ulterius ad ntem porrigitur, nempe ad ultimum, Ortum versus, tæ promontorium. Sed cum nemo veterum, quod sci- Creticum mare ad Siciliam usque, Occasum versus, pro- it, (licet nomina maris Cretam ambientis Græci varie niscuerint, teste Solino, cap. 17.) vel hisce verbis (quod icor) menda subest, vel in errore non levi versatur Dio- s, dum cum Siculo mare Creticum confundit, quod lem initium sumit ubi Siculum desinit, & totum Cretæ entrionale latus alluens, hinc ad Peloponnesum & Atti- porrigitur, Myrtoo contiguum, secundum Ptolem. 3. cap. 15, 16, 17. Strabo quidem Myrtoum usque Atticam & Argiam producens, Cretici nomen illi soli i quæ Cretam proxime alluit tribuere videtur. Et E- sthenes ipse (ex quo auctorem nostrum plurima sum- e plerique censent) à Sicilia ad Cretam usque mare Sicu- appellat, ab ea Creticum, teste Plinio lib. 3. cap. 5. mire hunc nodum solvit Ceporinus; *E montibus Sicu-*

lis (inquit) hoc est, *à finibus Siculi maris*, à promontorio occidentali Cretæ. A quibus secunda Eustathii conjectura non multum abludit, unde hic sua excerpsit. Perplaceret mihi sane hæc interpretatio, si ut Siculi maris finis est occidentalis Cretæ promontorium, ita & Siculi montes aliqui ibi ostenderentur; alioqui purgatis auribus durum quiddam sonabit Siculi maris terminum juxta Cretam *Siculos montes* dici. Sed ut cum sensu, quem hic recte deprehendit, verba etiam conveniant, sic legendum censeo,

Ἐκ δ' οὔρεος Σικελοῦ Κρήτης ἀνατείνεται εἶδμα.
A finibus Siculi Creticum mare extenditur.

V. 110. καφλώς] Κάφλων, *caput*, metaphorice pro *promontorio*, utpote loco super alia eminente, usurpatur, sicut hodie in linguis vulgaribus usu venit; unde Geographi *Caput viriæ*, *Caput bonæ spei*, &c. quasi Latine, dicere audent.

V. 113. Ἰσμαρικοῦ Βορέαο] *Ismaricum*, inquit Eustathius pro *Thracio* dixit, Ismarus enim Thraciæ urbs, (quod quidem verum; at celebrior mons cognominis): addit Ceporinus Græciæ vulgus Boream Thracium appellare, quod ex ea regione ipsis spiret, nec poetas rem sicut in se est, sed ut vulgo videtur, describere. Quibus verbis innuere videtur, Boream recta quidem è Thracia in Græciam spirare, ideo ibi vulgo Thracium dici; poetam autem epitheton vulgo Græciæ familiare ad alia loca quibus minus convenit hic transferre, ut vulgus voces quibus uno in loco assuevit, etiam alibi sine delectu usurpare solet. Hic commodissimus est sensus qui verbis istis elici potest, quæ aliud quiddam sonare videntur, ac si vulgus Græciæ erraret Boream Thracium vocando. Sed quamvis, si Dionysius de Borea proprie dicto hic intelligatur, hæc locum habere possint, recta enim versus Græciam non autem versus Ægyptium aut Phœnicium mare è Thracia spirat Boreas proprie dictus, qui à cardine Septentrionis nonnihil versus ortum declinat, sive is intelligatur qui ab ipso axe spirat; ego tamen Dionysium non de Borea proprie dicto hic loquutum sentio, sed nomine Boreæ ventum septentrionalem confusius notasse, vide vers. 102. deinde addito epitheto Ἰσμαρικοῦ specialius ventum istum designasse, qui à Thracia Θρᾳκίης; & à Strymone Thraciæ fluvio Στρυμονίης dicitur, qui paululum à Septentrione versus Occasum vergit, & recta adversus confinia Phœnicii & Ægyptii pelagi è Thracia spirat, unde contrarius ei ventus *Phœnicius* etiam dicitur; nominibus his fortasse à Rhodiis, Ionibus

a

ut aliis Græcis qui in intermedio degunt impositis. Sic proprie loquetur Dionysius, nec opus erit ad illud Ceporini ugere, addere poetam ὀρθὸν φυσιοῶντος, quod *Boreas è cardine eptentrionis in nostram habitabilem recta*, id est, *nullo tumore terræ impediente spiret*, ut è Gellio notat. Si quid ista ratio vaeat, quidni Boreas in quamvis aliam habitabilis partem æue ac in hæc maria recta spirare dicatur?

V. 115. Φαρίην ἅλα] *Ægyptium mare* per Synecdochen *'harium* vocat, à Pharo Ægypti insula, de qua vide vers. 257. t& *Sidonium*, à *Sidone* Phœnices urbe, quod vulgo quidem *'hœnicium*, vid. Plin. lib. 5. cap. 12. Ptolemæo vero & Straoni lib. 2. *Syriacum* dicitur.

V. 118. Κιλίκων χώραν παραμείβων] χώραν παραμείβειν est *egionem mutare*, (à παρὰ & ἀμείβω *muto*) *ab una* scil. *ad aliam ccedere*; & licet *præterire* frequentius significet, hoc tamen oco, si sensum respicias, (Ciliciæ enim initium est ad Issum urbem) vertendum potius videtur, *Cilicum regionem* à Syria scil.) *accedens*: ita à Scholiaste Euripidis ἀμείβει exonitur διαδέχεται.

V. 119. κόλπος ἀπείρων] *Immensum* vocat sinum Issicum, uem ipse talem facit, Issici sinus nomen ab ultimo recessu ıxta Issum urbem, (ubi proprie sinus Issicus dicitur) ad Paaræum Lyciæ promontorium extendens, ita ut mare Cicium, Pamphylium, & Lycii partem sub nomine hoc omprehendat. Ptolemæus quidem inter hæc omnia accuate distinguit; ita & Plinius lib. 5. cap. 27. ubi, de Issico inu ad Syriæ & Ciliciæ confinia paulo ante locutus, *Mare 'amphylium* (inquit) *Cilicio jungitur*; & paulo post, *junctum i mare Lycium est*. Strabo quidem lib. 2. Cilicium fretum ıb Issico sinu, mare Lycium sub Pamphylio comprehendit: ıemo autem, quod sciam, (auctore nostro excepto) Pamhylium mare pro Issici sinus parte habet.

V. 120. ἰσόδρομος] Vide in vers. prox.

V. 121. Ὕσπληγι δνοφερῇ] Ὕσπληγξ, ab ὗς *sus*, & πλήττω *perutio*, varia significat. Suidæ, ὕσπληγξ φραγγέλιον, ἀφετηρία, βούεντρον, ἢ μύωψ ὁ πλήσσων τοὺς βοῦς. Primo, pro *flagello* usurpatur, corio suillo setas inhærentes habente, quibus cæsi pungeentur; deinde, pro *stimulo* ad boves pungendos; 3. ἀφετηρίαν significat, *repagula* scil. seu *carceres* unde equi cursu ceraturi emittuntur, atque etiam τὸν καμπτῆρα, seu *metam* cira quam in certamine curuli equos flectebant (cum curricuum idem sæpe emetiri mos esset) unde Senecæ illud, *Non*

tantum

tantum in Circensibus, verum etiam in hoc vitæ spatio, interius flectendum est. Et ultimus hic sensus huic loco convenit; ita ut Metaphora sit à Circensibus ducta, quæ & in voce ἰσόδρομος elucet: non diu recto cursu fertur, sed prope Ciliciam, quasi circa metam, flectitur. *Meta* autem ὕσπληγξ dicitur, ut censet Eustathius, quod equos ibi crebrius & vehementius percuterent & fodicarent.

Maris autem flexui epitheton δνοφερῇ addit, sive *ob obscurum & atrum aquæ colorem*, unde epitheton hoc alibi aquæ additur, ut ------- δνοφερὸν χέει ὕδωρ, Iliad. α'. (voce δνόφος facta à νέφος per prothesin τοῦ δ) sive ut flexum hunc *in occasum* fieri innuatur; ζόφος enim frequenter *occasum* significat, ζόφος vero & δνόφος synonyma sunt.

V. 123. Ὡς δὲ δράκων βλοσυρωπὸς] Flexus sinuosos hujus maris, ut sæpe fluvios, serpentis gyris confert. Βλοσυρωπὸς componitur à βλοσυρὸς *torvus*, & ὤψ *oculus*; ipsa etiam vox βλοσυρὸς, ut Eustathius & plerique alii volunt, deducitur ἀπὸ τοῦ βλέμμα ὑποσύρειν, quod est, *vultu oblique diducto torve tueri*: convenit hoc cum Etymo vocis δράκων, à δέρκω, quasi ὀξὺ δέρκων.

V. 124. Νωθὴς] *tardus, piger*, ut νωθὴς ὄνος *piger asinus*, à νὴ privativa particula, & ὠθέω *pello, trudo*; quasi *quem ad motum impellere non potes*.

τῷ δ' ὑπὸ πᾶσα] Hyperbole hac draconis magnitudinem, meo sane judicio, supra modum auget, contra Quintiliani canonem, qui statuit Hyperbolen *ultra fidem, non autem ultra modum*, esse debere.

V. 126. Νήχυτος] Νὴ, sicut α, aliquando privativum est, ut νηλεὴς *crudelis*, à νὴ privandi, & ἔλεος *misericordia*; aliquando ἐπιτατικὸν, ita hoc in loco, νήχυτος *valde diffusus*, à νὴ augendi, & χέω, seu χύω inusitat. *fundo*.

V. 127. Τοῦ μὲν ἐπὶ προχοῇ] προβολῇ (quam vocem Stephanus inter varias lectiones rejecit) ego, Salmasii judicio fretus, hic legi malim. *Prominentia* autem *non terræ*, promontorii instar, *sed maris in terras, sinus instar*, excurrentis intelligenda est; ea nimirum maris pars quæ, à regione quam alluit, mare Pamphylium ab aliis dicitur. Hic autem versus hujus & sequentium sensus est (quos nec Priscianum nec Avienum recte reddidisse notat Salmasius) *Pamphylios partem Issici sinus in terram excurrentem circum habitare, quousque procedit ad Chelidonias insulas; terminum autem ejus* (scil. Issici sinus) *ad Occidentem esse Pataræum promontorium.*

V. 130.

V. 130. ἐκ κείνε] sc. κόλπε (ut reddit Stephanus) vel σήμα-
, *signo* seu *termino*; quam vocem deductam censet Eustathi-
; à puncto, quod, secundum Mathematicos, lineam termi-
at. Non tamen statim à Pataræo promontorio, quod Isi-
i sinus terminum statuit, ad Septentrionem mare deflecti-
ir, aut Ægæi maris initium est; (Carpathium enim mare,
ycio proximum, interpositum est) sed more poetico, de eo
uod non longe hinc fit, licentius loquitur, quasi statim fie-
:t.

V. 131. Αἰγαίε πόντοιο] *Ægæum* mare ab *Ægis* Eubœæ urbe cujus meminit Homerus, Iliad. 6'.) dictum censet Strabo b. 8. quam quidem non aliam quam Carystion fuisse, olim Ægæam denominatam, ex Apollonii scholiaste notat Salmaus. Quibus equidem assentiri mallem, quam à fabulosa *Ægei* iorte, vel ab ista Plinii insula, quam capræ formam prou intuenti referre, & inde αἴγα dictam, refert; cujus certe, qua talis fuisset, etiam Græci meminissent, quibus notior sse potuit. Maxime autem mihi arridet Vossii sententia, lib. . de Orig. idol. cap. 34. qui Αἰγαῖον Dorice pro αἰγέων, qua- *undosum mare*, dictum censet; vide vers. 133. αἶγες enim Doibus *fluctus* significant (ἀπὸ τε ἄισσειν, quod est, *cum impetu uere*) teste Hesychio, Αἶγες κύματα ἀφειδῆς. Latius autem mae Ægæum sumit Dionysius, ut mare Myrtoum Cretico roximum, Cycladas alluens, & *Icarium* Ioniæ propinquum, (ab Ic*aria* insula dictum, ut vere Solinus cap. 26.) omprehendat; ideo has, tanquam Ægæi partes, omittit. Sic Plinius lib. 4. cap. 11. Ægei pars *Myrtoo* datur, quod à *Myrto* insula parva juxta Carystion Eubœæ appellatum refert. An unquam fuerit insula talis, fides penes ipsum esto: fabulas vero de *Icaro* & *Myrtilo* libens prætermitto. Verum Strabo Ægæum strictius sumens, singula hæc distinguit, à Sunio Atticæ promontorio Ægæi initium faciens, lib. 2. & 7.

V. 133. Οὐ γάρ τις κείνῳ] Cur adeo turbidum sit hoc mare, rationem reddit Eustathius, quod tot in eo sint insulæ quibus undæ alliduntur, & à quibus reverberantur; quod innuere videtur ipse Dionysius versu præcedente,

------ ἔνθά τι κῦμα
Ῥηϊτόμβριον νήσοισι περιβρέμεται Σποράδεσσι.

Hinc autem ortum adagium, *Ægæum scaphula trajicere*, cum quis rem difficilem & periculosam aggreditur, sine apparatu tanto cœpto pari.

V. 136. στενὸς ἀυλὼν] Periphrasis *Hellesponti*, qui inter Sestos

ston & Abydon tantum septem stadia latus est, Strabo lib. 2. De voce ἀυλὼν vide in vers. 39.

V. 137. Προποντίδ'] *Propontis* ita dicitur, quod ex Ægæo in Pontum navigantibus *ante Pontum* occurrat: ut Προκύων dicitur, quæ vulgo *Canis minor*, quod *ante Canem* oriatur; Caniculæ autem nomine non stella illa, sed Sirius, stella præcipua in Cane majore olim notabatur.

V. 138. Τῆς δ' ὑπὲρ] Vox ὑπὲρ vel Asiæ extensionem ab hoc mari in mediterranea notat (cum voce ea *distantia à mari* quandoque innuatur, vide in vers. 851.) vel simpliciter pro *ultra* ab auctore ponitur respectu patriæ suæ: quam ut indagem, & nodos solvam quos in vocula hac sæpe nectit auctor, paululum hic digredi mihi liceat. Leve quidem argumentum arripit Suidas (quamvis in sententia sua fluctuans) unde *Dionysium Byzantium*, cujus alia etiam poemata recenset, hujus operis auctorem fuisse in animum induxit, quod scil. Rhebæ fluvii exigui in Bosphorum Thracium influentis pluribus meminerit, tanquam vicini, vers. 794. &c. ὑπολαμβάνω ὅτι Διονύσιος ὁ Περιηγητὴς Βυζάντιος διὰ τὸ ποταμὸν Ῥῆβαν. Hanc etiam sententiam amplectitur Pintianus in notis ad Plinium. Cui sententiæ firmandæ & ego aliquid addam, fortasse non magnum; sed rem in æquilibrio positam res exigui momenti aliquantulum inclinat. Nimirum (præterquam quod unum è reliquis Dionysii illius poematiis Περιηγήσεως titulo à Suida nominatur, scil. Περιήγησις τῆς ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου) dum usum vocis ὑπὲρ tam apud hunc quam Strabonem attentius intueor, eos observo, dum regionem unam *super* aliam sitam esse affirmant, modo de ea quæ Borealior est hoc intelligere, modo de ea quæ Australior. Hoc in auctore nostro non semel notat Eustathius, sed nullam ejus rei rationem deprehendit. At certe hoc temere non fit, sed determinati alicujus loci respectu. Absolute enim in hemisphærio nostro Borealia Australibus *superiora* habentur, vide vers. 20 & 30. sed patriæ suæ respectu Geographi hi, dum de Africa & Meridionalibus Europæ & Asiæ regionibus loquuntur, eas *super* alias statuunt, quæ Australiores sunt; dum de Scythia & regionibus vicinis, quæ Borealiores; & sic de reliquis plagis. Ita Strabo de Bubastico Ægypti nomo loquutus, ὑπὲρ αὐτὸν ὁ Ἡλιοπολίτης νόμος, & lib. 16. ὑπὲρ τῆς Συρίας Ναβαταῖοι, *ulteriore* scil. *ad Austrum* situ: sic in Dionysio, vers. 215, 431, 467, 511. Contra vero in Borealibus locis se res habet, Ἐν τοῖς ὑπὲρ τὴν Ἀλβανίας ὄρεσι καὶ τὰς Ἀμαζόνας οἰκεῖν φασι, Strabo lib. 11. *ad*

Boream

Boream sc. in Sarmatia, ut ex contextu, atque ex Ptolemæo
c aliis constat: vide & Dionys. vers. 308. ubi Alanos Scy-
nas *supra* Tauros locat, quippe *ulteriora ad Boream* incolen-
es. De Orientalibus etiam locis loquentes, eos *super* alios
tos esse dicunt qui iis magis Orientales sunt; ut Strabo lib. 6.
ὑπερκείμενοι τῆς Κολχίδος Ἀλβανοί τε καὶ Ἴβηρες: contra, cum
e Occidentalibus loquuntur; ut Strabo de Pyrenæo mon-
e loquutus, mox subdit, ἡ ταύτης ὑπερκειμένη μεσόγαια πᾶσα, Hi-
paniam mediterraneam, quæ ad Occasum ultra Pyrenæum
ta est, intelligens. In his scil. & similibus locis ὑπὲρ, non
ccusativo modo, verum & Genitivo junctum, nihil aliud
uam *ultra* significat, phrasi quadam Geographis peculiari.
ὑπὲρ quidem cum Genitivo positum in unica pagella ter red-
tur *ultra* à Xylandro Strabonis interprete, scil. lib. 16. pag.
56; & sæpissime ubi ab eodem redditur *super*, *super* illud ni-
l aliud valet quam *ultra*, neque enim alius sensus affigi po-
st, ut in plerisque ex locis supra citatis. Et Strabo quidem
spectu patriæ suæ Amasiæ loquitur, ὑπέρθεσιν & ὑπέρβασιν
quas Geographicas esse voces illi familiares notat Casau-
onus) ad Ponticam regionem, in qua Amasia, referens, ut
itio libri 2. *Ab Amiso ad Ortum progredienti, primum quidem*
nquit) *Colchis occurrit*, ἔπειτα ἡ ἐπὶ Ὑρκανίαν θάλασσαν ὑπέρθεσις:
paulo post vox ὑπέρβασις apud illum occurrit de transitu è
olchide ad Caspium mare, itinere prius ab Amiso ad Col-
idem facto. His scil. in locis, ὑπέρβασις *progressum ad ulterio-*
, ὑπέρθεσις vero *ulteriorem*, seu *remotiorem à Pontica regione*, lo-
orum *situm*, apud ipsum significat. Dionysium vero *respectu*
yzantii loqui arbitror, potius quam respectu Africæ, aut e-
am Corinthi, Sami, Rhodi, aut Mileti, cum præsenti ver-
Asiam minorem super Propontidem ad Austrum, & versu 821.
olidem ὑπὲρ Ἑλλήσποντον (quod ipse Stephanus ibi reddit *ultra*,
uia Accusativo jungitur) sitam esse affirmat. Quibus qui-
em atque aliis in locis ὑπὲρ pro *ultra* poni potest respectu
yzantii, nequaquam vero respectu reliquorum locorum
odo recensitorum, quorum alii alium Dionysii patriam fuis-
contendunt.

ἄσπετα φῦλα τιταίνεται Ἀσίδος αἴης] Scil. *Asiæ minoris*, seu *pro-*
rie dictæ, quę ex Ptolemæi sententia, lib 5. cap. 2. (cui Di-
nysius satis consentire videtur, Asiam hanc ad Austrum à
ropontide statuens) Mysiam & Phrygiam utramque, Troa-
em, Lydiam, Æolidem, Ioniam, Cariam comprehendit.
is Bithyniam, Paphlagoniam, & Lyciam adjicit Strabo, ad
Halyn

Halyn fluvium, & Taurum montem Asiam minorem producens, lib. 12. Plinius in ea plane ἄσπετα φῦλα, populos sc. 282. (nisi corrupta sit lectio) numerari affirmat. De Bithyniæ enim ora loquutus, mox subjungit, *Is finis Asiæ est, populorumque* 282. *qui ad eum locum à fine Lydiæ* (vel, ut alii melius legunt, *Lyciæ*) *numerantur.*

V. 139. Ἰσθμὸς] Lato sensu & καταχρηστικῶς sic dictus. vide in vers. 98.

V. 140. στόμα Βοσπόρου] Στόμα Βοσπόρου sic dicitur ut *urbs Patavii*, & Periphrasis plane est; ipse enim Bosphorus στόμα vocatur respectu Ponti, quia per ipsum in Pontum aqua emitti vulgo censetur, Plinius lib. 4. cap. 12. Mela lib. 1. cap. 2. imo rupto isthmo qui antea interpositus fuerat, mare ibi olim irrupisse quibusdam visum, ut Plinio lib. 6. cap. 1. Sed quamvis hæc communior fuerit sententia (cum plerique ex Oceano maria omnia interiora prodire crederent, vide vers. 43.) contrariam tamen quorundam opinionem refert idem Plinius, lib. 4. cap. 13. *quod maria omnia interiora à Ponto nascantur, non Gaditano freto, quoniam æstus semper è Ponto profluens nunquam reciprocetur.* Quam quidem sententiam veriorem esse existimamus, cum Strabo, qui in Pontica regione degebat, affirmet, lib. 1. fretum hoc juxta Byzantium ἔκρυν ἔχειν μόνον τὴν ἐκ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους εἰς τὴν Προποντίδα. Eandem etiam fuisse constat Scytharum sententiam, cum Mæotidem *matrem Ponti* nominarint: vide vers. 165. quod & Dionysius ibi admittit.

ὃν πάρος Ἰὼ] Βόσπορον (qui Latinis plerisque *Bosphorus* scribitur, quamvis à βοῦς *bos*, & πόρος *transitus*, deducatur π in *ph* converso, ut τροπαῖον *trophæum*, Ῥίπαια ὄρη *Riphæi montes*) Dionysius ab *Io*, quam in bovem conversam, & à Junone agitatam, eam tranasse fingunt, sic dictam indicat, unde & Ionio mari nomen inditum fabulantur; sic Ovidius Trist. lib. 2.

Isidis æde sedens, cur hanc Saturnia, quæret?
Egerit Ionio Bosphorioque mari.

Plinius autem lib. 6. c. 21. sic dictum tam hunc quam Cimmerium *Bosphorum* innuit, quod *vel bubus meabilis sit transitus.* Fabula autem de Io, seu Iside, in bovem conversa non aliunde orta videtur, quam quod Isidis simulacro *cornua bubula* adderentur; quod testatur Herodotus, τὸ τῆς Ἴσιδος ἄγαλμα βούκερά ἐστι: quod *cornua Lunæ* (quam Isidis nomine Ægyptii coluerunt) repræsentavit, teste Diodoro in Bibliothec.

quod

.od & confirmat Ovidius, Metamorphos. libro nono.

Inachis ante torum, pompa comitata sacrorum,
Aut stetit, aut visa est; inerant Lunaria fronti
Cornua.-----

V. 141. ἐννεσίῃσι] Ἔνεσις & ἐνεσία (&, metri gratia ν gemina-, ἐννεσίη) *instinctum* significat à Deo immissum, aut *impul-m* ab homine alio, quo homo ad aliquid incitatur, ab ημι *immitto.*

V. 142. Στεινότατος] Passus tantum 500. latus, Plin. lib. 4. ıp. 12.

V. 144. Κυανέας] *Cyaneæ petræ* (quas, cum auctore no-:o, Ptolemæus & Strabo in faucibus Ponti collocant) *mplegades* etiam dici solent, ut agnoscit Strabo lib. 1. nem-: παρὰ τὸ συμπλήττεσθαι, quod fingerentur nunc sejungi, nunc ›ire & collidi; unde ab Ovidio Trist. lib. 1. *instabiles* dicun-r;

Transeat instabiles strenua Cyaneas.

ic etiam à Dionysio, πλαζόμενα, *errantes, ferri* dicuntur: ideo hil obstat quin πλαγκτὰ vocentur, æque ac Homericæ illæ, dyss. μ'. quas ab his fictas censet Geographus (licet poeta .s alibi locet) qui etiam has difficilem per Ponti fauces tran-:um revera facere affirmat, unde à Seneca in Med. *claustra ofundi* vocantur. De his autem, (quia *tanquam viva move-* proditum est) *quasi de animantibus* loquitur Dionysius; uti indarus eas vixisse antequam Argo eas transiret, aperte di-re ausus est: ideo Epitheton ἀναιδέας, non ineleganti me-phora, illis addit, quasi *clamosis & obstreperis*, ob sonitum ıem collisę edere perhibentur, cum Homerus illud epithe-›n petris & saxis, ubi nulla talis ratio subest, durius adhi-eat, Iliad. δ'. & ν'. Videantur poeticæ *Symplegadum* descri-:iones apud Euripedem, & Senecam in Medea. Quas vero xplicationes fabularum de Scylla & Planctis petris in freto iculo Justinus affert, eæ his non male accommodari pos-ınt, *fingi* sc. *latratus aut gemitus audiri ob strepitus undarum ru-ibus allisarum; & fabulas ortas de rupibus aut promontoriis coeun-ibus inter se & rursus discedentibus, quibus solida intercipi navi-ia dicuntur, quod procul intuentibus conjungi promontoria videan-ur, quo cum accesseris, discedere ac sejungi arbitrere,* Just. lib. 4. Eodem modo fabulas de *Cyaneis* hisce explicat Plinius lib. 4. ap. 13.

V. 146. παραπέπταται ἔγγυθι Πόντος] *Pontus Euxinus* (teste trabone lib. 1.) Πόντος κατ' ἐξοχὴν antiquis dictus est, tan-quam

quam mare maximum, & quasi Oceanus alter, unde hodie etiam ab Italis *mar maggiore* appellatur. *Axenus*, *inhospitalis* olim dictus est, sive ob maris turbulentiam & importuosa litora, sive ob barbaros accolas, ut testatur Ovidius in Trist.

Frigida me cohibent Euxini litora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit:
Nam neque jactantur moderatis æquora ventis,
Nec placidos portus hospita navis habet:
Sunt circa gentes quæ prædam sanguine quærunt;
Nec minus infida terra timetur aqua.

Postea in *Euxinum* nomen mutatum, (*Pontus Euxinus*, *quondam Axenus*, Plin. lib. 4.) sive ob Græcorum urbes in ejus litore conditas, unde hospitalior ea ora facta est, Strab. lib. 7. sive κατ' εὐφημισμὸν solum; negat enim Ovidius etiam suo seculo nomen hoc ei vere convenire,

Euxinus falso nomine dictus adest.

V. 154. Αἵτ' ἀμφὼ ξυνίασιν ἐναντίαι] Apparenter scil. *concurrunt*, ut Eustathius explicat, si quis procul intueatur; quod tamen non ita intelligendum ac si procul videri possent quasi coeuntia, cum (teste Strabone lib. 2.) bis mille & quingenta stadia distent, quæ milliaria 312. conficiunt, adeo ut impossibile sit utrunque simul conspici, unde addit Dionysius, -------- οὐ μὲν ἐοῦσαι Ἐγγύθεν, &c. Poetica quidem hyperbole est, qua propinquitatem promontoriorum istorum indicat, sequentia tamen verba mox subjiciens, ut sano sensu ista sumantur. Et quid si dicat ἐναντίας ξυνιέναι, id est, frontibus adversis concurrere, quia promontorium alterum alteri ex adverso prominet, Metaphora ab arietibus aut tauris ducta adversis frontibus quasi ad pugnam paratis? à quo non abludit alterius promontorii nomen, quod Κριοῦ μέτωπον, *frons arietis*, dicitur; uti etiam nomen Carambis *caput erectum* significare videtur, à κάρα vel κὰρ *caput*, & ἀμβῶ, quod valet ἀμβαίνω, *ascendo*.

V. 156. Ἐκ τοῦ δ' ἂν] Idem plane asserit Strabo lib. 2. qui de Ponto loquutus, subjungit, Ἔστι δὲ διθάλαττος τρόπον τινὰ ἐκεῖ, καὶ μέσον γάρ πως ἄκρα δύω προσπίπτουσι. Ubi tamen pro προσπίπτουσι (quod vulgo editur) προσπίπτουσι, *prominent*, Casaubonus legendum censet; quod superiori interpretationi nostræ convenientius; nec hyperbolis talibus, qualem altera lectio præ se fert, Geographus assuetus est.

διθάλασσον] Quod promontoriis istis vastum hoc mare in medio in angustius cogatur, angustiis autem maria quasi di-

rempt

mpta pro diversis haberi soleant, licet continua sint; sic ab gæo Propontis, ab hac Euxinum ipsum dirimitur: vel od procul intuentibus promontorio conspecto mare ter- nari videatur, ubi vero ad illud accesseris rursus quasi vum mare pandatur; ut satis commode hoc explicat Eu- thius, si quod ille de ambobus promontoriis, quasi simul nspectis, profert (quod impossibile) de alterutro tantum elligas, visum terminante, si non in mari medio, sed ver- alterum promontorium navigetur.

V. 157. Τόρνῳ] *Ambitu*; Metaphora à rebus quæ torno trumento rotundæ formantur: alterutra enim pars hujus ris, ut & Scythici arcus, aliquantum in rotundam for- m circumducitur, licet non usquequaque rotunda sit.

μματι τόξου] *Nexui arcus*, hoc est, arcui tenso, unde extre- ejus magis in rotundam formam contrahuntur. ita Stra- , εἰκάζουσι δέ τινες τὸ σχῆμα τῆς περιμέτρου ταύτης ἐντεταμένῳ Σκυθικῷ ῳ. Scythicus autem arcus, cui tam Strabo quam Plinius ntum assimilant (*retro curvatus magno littorum flexu in cor- utrinque porrigitur, ac si plane arcus Scythici forma*, Plin. lib. ap. 12.) in medio incurvatur; quam curvaturam pro- ntorium Κριοῦ μέτωπον, Pontum in medio contrahens, re- e videtur.

V. 158. δεξιὰ Πόντου] *Australe* scil. *latus*, quod à dextra è Bosphoro versus μυχὸν naviganti, & in recta fere linea enditur, Carambi excepta.

V. 161. κεράων] Arcus scil. ipsius, qui cum in medio in- vetur, partes ejus duæ à media curvitate duobus corni- assimilantur, v. 162.

V. 164. Σκύθαι ἀμφινέμονται] Tauri enim & Mæotæ ipsi thicæ sunt gentes, & Taurica Chersonesus Scythica e- n dicta, teste Strabone lib. 7°. qui & Chersonesum cum nis locis *Scythiam parvam* dictam refert; cum ulteriora ad aim Sarmatæ tenerent, & inter minorem hanc & majo- Scythiam interpositi essent. *Ad lacum Mæotici, ad Ta- n Sauromatæ*, Mela lib. 1. cap. 2.

V. 165. μητέρα Πόντου] Scythica lingua *Temerenda* eo sensu Plinius testatur, lib. 6. cap. 7. & hinc *Mæotida* dictam, à nutrix, censet Eustathius, quasi *Ponti nutricem* (quod, ti matèr aut nutrix, Pontum aquis alat:) cui equidem ius quam Plinio assentior, qui à Mæotis accolis nomina- refert; *Mæotæ* (inquit) *à quibus lacus nomen accepit*, lib. 4. 12. Sed prius lacui quam populo nomen inditum vide-

tur.

tur. Μαιῶτις λίμνη, & Herodoto Μαιῆτις, dicta est à μαῖα, u ab Ἀσίᾳ Ἀσιῆτις, cum alio nomine à Scythis, Plinio teste vocetur: ideoque verisimile est, Græcos Scythici nomini sensum illo Mæotidis nomine interpretari voluisse; deind ejus accolas Mæotas vel Mæoticos dixisse, ut Ponti Euxir accolæ Ponticæ gentes vocatæ.

V. 168. Κιμμέριοι ναίουσιν] *Cimmerios*, à quibus Bosphoru Cimmerius nomen accepit, Scythicam gentem esse affirm Eustathius; & Plinius eos plane Scythas vocat, lib. 6. cap. 1 Strabo tamen eos à Scythis distinguit, eosque, cum magr aliquando in Bosphoro potentia essent, & regiones ad dextr Ponti latus incursionibus vexarent, à Scythis inde expulsc refert. Probabile autem sentit Cimbros è Germania e trema profectos (qui postea in Italiam incursiones fecerun cum prædones & vagi essent, loca ad Bosphorum olim o cupasse, eumque inde Κιμμέριον, quasi Cimbricum, dictur cum Græci Cimbros Κιμμερίους appellent, lib. 7. A Gome Japheti filio Cimmerios originem ducere Vossius arbitr tur, & verisimilius putat Cimbros horum ἀποίκους fuisse qua è converso: cui & nos assentimur, cum antiquissima sint qu de Cimmeriis hisce feruntur, Cimbrorum Germanicoru nomine nondum audito; & probabile sit Gomeri poster prius loca Orienti viciniora occupasse, quam in extrema Germaniam migraverint. Ab his etiam Cimmeriis H merum (qui extrema ad Septentrionem eos habitare audi rat) fabulam suam de Cimmeriis finxisse putat Geographi quos in perpetuis tenebris agere fabulatur, Odyss. 11.

Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.

vide Erasmi Chiliad. adag. *Cimmeriæ tenebræ*.

ὑπὸ ψυχρῷ ποδὶ Ταύρου] *Tauros Scythas* (ut & *Tauricam Ch sonesum*) *à monte Tauro* ibi sito dictos innuit; cujus etia Herodotus meminit. Dubitat Eustathius an sit pars illi Tauri qui hinc inde per universam fere Asiam porrigitu (quem quidem affirmat Solinus contra *Mæoticum lacum* *cti, deinde Riphæis jugis se connectere*, cap. 41.) an vero ali quisquam ejusdem nominis. Sed siquis ibi mons Taurus (quem Geographi plerique silentio prætereunt) certe Ta rus dici non potest tanquam pars Tauri Cilicii: licet eni Corax (Caucaso contiguus, à quo ad Taurum continua fe juga) proxime Mæotidem accedat, ibi tamen desinit: qu si post Bosphorum (ubi vasta iterum juga attolluntur, Plin. l.

c. 12

12.) resurgere censeretur; nulla tamen ratio esset cu-
omen primum, quod Ciliciam relinquens statim amiserat,
ost tantum terrarum spatium hic resumeret.

V. 171. Ὄφρα καὶ οὐκ ἐσιδὼν] Argumento ab utili & jucundo
l studium Geographiæ lectorem hortatur. Ὀπωπὴ *facies* me-
phorice ponitur pro *terræ forma*, seu ejus imagine animo con-
pta; quam Geographiæ perito εὔφραστον fore affirmat poe-
, quod *ita cognitam & intellectam* significat, *ut prompte de ea dis-
ere possit.*

V. 173. πιφαυσκόμενος] Πιφαύσκω poet. à φάω per redupli-
tionem. vide in vers. 30.

V. 174. Ἤτοι μὲν Λιβύη] *Libyæ* initium ad Gades faciens;
m inde extendi ait ad Austrum & Orientem, eamque, cum
abone lib. 2. *trapezio* confert, hoc est quadrangulo, cujus la-
a inæqualia sunt, nec parallela: ita scil. ut linea obliqua à
dibus (ubi angulum acutum hi auctores statuunt) secundum
eani Atlantici litus ducatur, quam lineam omnium brevis-
am faciunt, ideoque latus illud angustissimum; secundam
ic oppositam, sed aliquanto productiorem, Nilus, ad ò-
ntalem Æthiopiæ partem, aut sinus Arabicus, constituat;
autem connectantur lineis duabus, quarum unam faciat *li-
mediterranei maris* (quod à *freto Herculeo ad Alexandriam*,
abone teste, *linea fere recta producitur, Syrtibus exceptis*, cum se-
da angulū fere rectū ad Alexandriā constituens,) quartą, hu-
opposita, Æthiopiam tum cognitam ad Austrum terminans,
Nilo ad Oceani sinum Hesperium ducatur. Sed auctoribus
prorsus incognita fuit Australior Æthiopiæ pars, nec Oc-
uam Africam τὴν παρωκεανῖτιν satis compertam habuerunt;
le eam nimis contraxerunt, angulum acutiorem circa Gades
stituentes quam rei veritas postulat. vid. vers. 177. Fatetur
dem Strabo lib. 17. se eam Africæ partem ex sola conjectu-
lescribere, nec latitudinem scire: λέγομεν ἐξ εἰκασμοῦ, διὰ τὸ ἄ-
σιτον, ὥστ' οὐδ' ἂν τὸ μέγιστον ἂν πλάτος τῆς χώρας ἔχοιμεν ἂν λέγειν:
us rei rationem paulo ante reddiderat, ἔρημος γάρ ἐστιν ἡ πολλὴ
μεσογαίας καὶ τῆς παρωκεανίτιδος: unde quasi in re incerta flu-
ans, modo trapezio Africam confert, modo triangulo, an-
um rectum circa Ægyptum habenti, oram ad Oceanum
uc magis contrahens. Nos igitur duplex diagram-
hic exhibemus; primum Africæ figuræ à Dionysio
criptæ respondens, secundum Ptolemæi descriptioni,
ad eam Africæ partem quæ Dionysio cognita fuisse vide-



In utroque præsenti diagrammate Africæ longitudo erit ab Oceano Atlantico, A ad Nilum B; latitudo à mari Mediterraneo C, ad Æthiopiam extremam D: & latitudo quidem minor ad Oceanum occiduum, ubi minor Æthiopiæ portio ad Austrum tunc detecta quam sub Ægypto, ideo linea Australis ibi sursum ducitur, teste Strabone, latus occiduum in angustum contrahens; major vero latitudo ad Nilum. Non quidem secundum posteriorem ex supra propositis figuram ut veritati magis consentaneam, in tabulis nostris Africanas tunc detectam describimus.

V. 175. Τραπέζιον] Proprie *mensulam* significat, hic autem pro figura Geometrica ponitur, *quadrangulo* scil. *non parallelogrammo*, (ut modo dictum) à Geometris sic nominato, quo quædam veterum mensæ certi cujusdam trapezii (neque enim omne trapezion ejusdem planè formæ) figuram referrent. Nec cum Martinio arbitramur trapezion mensulam referens, ei nomen primo inditum, illud fuisse quod describit Hesych. ius: τὸ τὰς μὲν δύο πλευρὰς ἀπεναντίας πρὸς ἀλλήλας ἴσην ἀνίσους, τὰς δὲ ὀρθογωνούσας ἴσους ⎕; per synecdochen vero, aliis quadrangulis non parallelogrammis idem nomen tribui. Multo autem melius Libya tunc detecta trapezii supra descripti formam refert, quam trianguli, cui Strabo lib. 17. eandem confert cui figuræ ipsa rei veritas plane repugnat.

V. 178. ἄγχι θαλάσσης] Avienus legisse videtur ἄχρι θαλάσσης, cum sic verterit,

---------- *istius oræ*
Terminus immensis Arabum concluditur undis.

Verum sibi parum constabit Dionysius, si sinum Arabicum hic pro Africæ termino sumat, cum alibi perpetuo Nilum terminum constituat. vide vers. 262.

V. 179. κελαινὰν Αἰθιοπῶν] Nomini ipsi epitheton convenit; dicti enim *Æthiopes*, non ab *Æthiope Vulcani filio*, ut nugatur Plinius, lib. 6. cap. 30. sed *à vultus nigredine*; nomine scil. hoc à Græcis indito, ab αἴθω uro, & ὤψ vultus, quasi vultu solis c

re perusto. A μέλας, μέλανος, per antistœchon fit poeti-
vox κελαινός.

V. 180. Τῶν ἑτέρων] Eorum scil. qui Orientalem Africæ
rtem incolunt versus sinum Arabicum. Innuit duplicem
e Æthiopiam; alteram Orientalem, quæ Ptolemæo Æthio-
sub Ægypto dicitur, alteram Hesperiam ad Oceanum
lanticum: sic Homerus,

Αἰθίοπας, τοὶ δίχθα δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

nius lib. 5. c. 8. divisionem hanc desertis Africæ inter-
itis fieri sentit.

Ἐρεμβῶν] Troglodytarum scil. qui antiquissimis Græcis
μβοὶ dicti, ut Homero,

Αἰθίοπας θ' ἱκόμην, καὶ Σιδονίους, καὶ Ἐρεμβούς·

. παρὰ τὸ ἔραν ἐμβαίνειν, ut Τρωγλοδύται etiam dicti παρὰ τὸ
γλας δύειν, quod in speluncis subterraneis degerent ob
ementem solis ardorem. Ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν Ἐ-
οὺς ἐτυμολογοῦσιν οἱ πολλοὶ, οὓς μεταλαβόντες οἱ ὕστερον ἐπὶ τὸ σα-
ρον τρωγλοδύτας ἐκάλεσαν, Strab. lib. 1. Nomina enim hæc
it Strabo à Græcis imposita, cum aliud nomen inter se
erent; ut Græcis Σύροι dicti qui inter se Aramæi. Tam
iiopiam certe quam vicinam hanc regionem (quam ple-
ie Arabiæ, aliqui Æthiopiæ adjiciunt) Hebræi *Chus* vo-
int. Scaligeri tamen sententia, qui Erembos dictos censet
si Occidentales, ab ערב *ereb*, quod ἑσπέραν notat, non
rsus rejicienda videtur, modo hoc respectu reliquæ Ara-
ultra sinum ad Orientem sitæ intelligatur, quam ab eo-
i themate nomen accepisse haud facile illi assentiemur.

. 181. Παρδαλέη] Subintelligendo δόρᾳ, *pelli* scil. *pan-
næ*. Similitudinem hanc à Strabone lib. 2. Dionysium
psisse verisimile, qui se à Cn. Pisone, qui provinciam
rexit, accepisse refert, *quod inter deserta multa habitatio-
hinc inde interpuncta sit, ut pellis pantherina maculis.*

. 183. κυανῇσι φολίδεσσι] Allegoria hic est, Metaphori-
nim dictionibus continua serie utitur auctor, ita ut se-
la comparatio latenter insinuetur, Africam scil. similem
serpentis exuviis, squamis cæruleis subinde variegatis;
ὲς enim proprie serpentis squamæ, ut & κυανεὸς draconis
ieton, Iliad. λ'. κατάστικτος vero metaphorica hic dictio
à notis inustis quæ στίγματα Græcis vocantur.

. 185. Μαυρουσίδος ἔθνεα γαίης] *Maurusii* Græcis plerisque
itur qui Latinis *Mauri, gens magna & opulenta*, teste Stra-
lib. 17. Hos sic dictos plerique censent *à fusco colore*

ἀμαυρὸς enim, quod & μαυρὸς per Aphæresin, obscurum & fuscum significat; sic Isid. Orig. lib. 14. cap. 5. Romani *Mauritaniam duplicem* constituerunt, alteram *Tingitanam* dictam proxime Oceanum, à *Tingi urbe* ad fretum Herculeum sic dictam; alteram *Cæsariensem*, ab urbe denominatam quam *Cæsaream* mutato nomine vocavit Juba rex (Jubæ filius qui adversus Cæsarem pugnavit) cum antea Iol diceretur Strab. lib. 17.

Tingitana autem sola hic intelligenda, quippe quæ sol ab antiquioribus Geographis Maurusia appellatur, cujus finis Molochath seu Mulucha fluvius, qui Mauros à Numidi Masæsyliis ex Strabonis sententia disterminat; cui succini Plinius, *Amnis Mulucha Bocchi Masæsylorumque finis*; cum e Ptolemæi sententia idem fluvius Mauritaniam Tingitanam à Cæsariensi separet, lib. 4. cap. 1. Meminit quidem Plinius duplicis Mauritaniæ, alteri autem recens impositum Mauritaniæ nomen innuit; *Siga oppidum* (inquit) *Syphacis regia, alterius jam Mauritaniæ*. Et de Tingitana loquens, *Gens in* (inquit) *Maurorum præcipua, unde nomen provinciæ, quos plerique Maurusios dixerunt*, lib. 5. cap. 2.

V. 186. Τοῖς δ' ἐπὶ δὴ, Νομάδων] Quæ Ptolemæo & al istius seculi Geographis *Mauritania Cæsariensis* dicta (Nun diæ nomine angustis terminis prope Ampsagam flumen co stricto, Plin lib. 5. cap. 3. Solin. l. 26.) ea fere tota *Nomadum gio* ab antiquioribus habita est; cujus maximam partem ter bant *Masæsylii*, Mauris proximi, quibus Syphax imperav & *Massyliæi*, his ad Orientem contigui, ubi antiquum Ma nissæ regnum, cui postea Syphacis etiam regnum à Roma concessum, Strab. lib. 17. Dicti autem *Nomades* (& inde I tinis *Numidæ*, ut *Iapodes Iapidæ*) à permutandis pabulis, Pl lib. 2. cap. 3. scil. à νομὸς *pascuum*, quod, omissa agricultu greges tantum pascerent, & *vagi errarent*, *mapalia sua*, ut bet Plinius, *plaustris circumferentes*.

V. 192. Οὐδὲ βοῶν μυκηθμὸς] Hoc eatenus sortasse veru quod boves in stabula non deducerent; Hyperbolicum v si eos neget armenta & greges pascere, sed ipsos in sy βουκολεῖσθαι (quam vocem bobus solis proprie convenient καταχρηστικῶς ad homines transfert) *tanquam pecora pasci* s herbis & fructibus è terra sponte nascentibus, ut de pri mortalium poetæ ferunt. vide Ovid. Metam. lib. 1. Ve enim dicit Strabo hos non tantum ἀζοφάγους, verum & κρε γους fuisse, γάλακτι δὲ καὶ τυρῷ τρεφομένους· qui & Masinissam

eos ad civiliorem vitam & agriculturam perduxisse·
194. Νῆιδες] à νὴ partic. priv. & εἰδέναι *scire*; *ἀπτόλεμος* ab *α* priv. & *πόλεμος* inus. (unde *πωπολέμουμι*) *audio*, *in-*
o; q. d. *adeo ignari, ut ne fando quidem quicquam ea de re per-*
int.

196. Καρχηδὼν, Λιβύων κλῆ] Ad *Africam proprie dictam* ccedit, à Numidis ad Syrtim majorem extensam; cujus ina quondam urbs ea quæ Græcis Καρχηδὼν vocata, La- *Carthago*, *à Carthada Punica lingua novam urbem significante*, Livio; quod & confirmat Solinus cap. 30. קרתא Syris *urbs* est, ab Hebræorum voce קרת, quibus eti- חדש *novam* significat. Ea à Didone, seu Elisa, condita r, è Tyro Phœnices urbe huc profecta: hinc incolæ Ro- s *Pœni*, quasi *Phœnices*, vocati; unde adjectivum *Pu-* , sicut color qui Græcis Φοινικοῦς, illis *puniceus* dicitur. quod ad eorum opinionem spectat, qui à *Zoro* & *Carche-* onditam ferunt (ut Eusebius in Chronico) ii in magno e versantur: *Zorus* enim non homo fuit à quo condita ed *ipsa urbs Tyrus* (Hebræis צור, id est *Zor*, vel *Tsor*) olonia *hæc deducta*; *Carchedon* vero ipsius *novæ urbis no-* Græcis nonnihil immutatum, quod modo indicavi- aliunde quam ab hominis nomine prodiisse. Urbs ortu nobilis fuit, ut auctor hic notat: de quo Strabo, αὐτὴν τὴν ἀκροτόλιν οἵτε λιβύες καὶ ὁ Κάδων νησίον ἀφιεροῦς Εὐ- θεσιχόμενον, ἔχυλι νεωσοίκους ἐκπατέρας δεν κύκλῳ. De hujus incrementis (quæ magnam Europæ & Africæ partem ubjecit) consulatur ibidem Geographus: urbe autem à anis capta, coacti sunt Pœni quotquot superierant inde are, unde Dionysius *Libyum* esse dicit cum *prius Phœ-* fuisset; colonis enim Romanis eo deductis, Plin. l. 5. 4. mistos Afros Masiniss subditos verisimile, quibus Carthaginensis pars tradita, Strab. lib. 17.

197. Καρχηδὼν, ὡ μῦθος] Non urbem totam, sed ar- quæ Byrsa dicta est. Ferunt enim Didonem tantum spatium ab Hyarba in Libya regnante emisse, quantum bubulo, pro quo hic per Synecdochen vox *βοὸς* usurpa- circumdare posset, eoque in lora minuta concisso locum ondendæ circumdedisse, unde ea *Byrsa* dicta, à βύρσα *n.*

Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo. Virg. Æn. 1.

vero in doctissimi Vossii sententiam pedibus eo, qui

Pœnos arcem *Loisra*, seu *Bozra*, quod ipsis & I
bræis *munimentum* significat, vocasse censet, pro quo c
Græci βύρσα scriberent, hinc fabulæ isti occasio præbita, q
βύρσα illis *corium* significat.

V. 198. Σύρτις] vide in vers. 104. & 107.

V. 203. Ἄμπωτις] Ab ἀναπίνω *resorbeo* (comp. à
bibo) fit ἀνάπωσις, & hinc per syncopen ἄμπωσις & ἄμπω
æstuantis maris recessus, quo aquas quasi *resorbet*.

V. 205. Νέλω πόλιν] Tmesis, pro Νεάπολιν. Errat aut
Eustathius, dum Neapolin hanc eandem cum Lepti pa
censet. Ea juxta Adrumentum (scil. inter Syrtim minor
& Carthaginem) sita, Plin. lib. 5. cap. 4. Ptol. lib. 4. cap
Hæc inter Syrtes duas ab auctore statuitur, ubi etiam sta
Strabo Νεάπολιν ἣν καὶ Λέπτιν καλοῦσιν. Eundem etiam sit
Lepti magnæ assignat Plinius. Majorem igitur Leptin
oportet, quæ aliter Neapolis dicitur: cui & aliqua Pt
mæi exemplaria plane consentiunt, Leptin magnam & N
polin synonyma faciendo. Plinius quidem, præter Lep
Neapolin ibi nominat; *Oppida* (inquit) *Neapolis*, *Tap
Abrotanum*, *Leptis altera*, *quæ cognominatur magna*: unde p
babile est oppida quidem primo diversa fuisse, sed adec
cina, ut quasi in unum coaluerint, & vulgo pro uno ha
fuerint.

Ἧς ὑπὲρ αἶαν Λωτοφάγοι] Nota Homeri Odyss. lib. 9.) de
tophagis fabula. Ulyssis socios ad eos delatos refert, adec
ti dulcedine captos (*sive is arboris fructus* fuerit, ut Plin
sentit, *sive herba*, cui sententiæ Eustathius in Hom. po
favet) ut inde abduci non possent. Insulam *Meninge*
Syrti minore Lotophagorum terram fuisse, quo Ulysses
pulit, verisimillimum sentit Strabo, quæ & *Lotophagites*
lemæo cognominatur. Idem tamen Ptolemæus (quasi i
utramque sententiam fluctuans) alios Lotophagos hic
Syrtin majorem statuit. Cum auctore vero nostro plane
sentiunt Mela lib. 1. cap. 7. Plinius lib. 5. cap. 4. & Soli
cap. 30. *In intimo recessu* (inquit Solinus) *Syrtis majoris ad*
lænorum aras fuisse Lotophagos didicimus, nec incertum est. Ita
dem ille. at ego non audeo in re fabulosa certi quicq
statuere (præsertim cum Lotus, teste Plinio, passim in Af
crescat, & quæ nostra sententia sit de locis hujusmodi vi
vers. 461.) vincit autem testium numero Dionysii senten
De arbore quæ pro *Loto* habetur, *& herba* quam eodem no
ne donant, videatur Plinius lib. 13. cap. 17. & *de ar*

Cl.

Cl. Salmasius in Plinianis exercitationibus. Ego autem ad eo-
rum sententiam accedo, qui Loti nomine *arborem*, *non her-
bam*, ab Homero notatam statuunt, cum vocet λωτοῖο μελιη-
δέα καρπὸν, quo Ulyssis socii adeo avide vescebantur, arboris
certe fructum fuisse innuens.

V. 209. Νασαμώνων] *Nasamones, quos antea Mesammones Græ-
ci appellavere, ab argumento loci, medios inter arenas sitos*, Plin.
lib. 5. cap. 5. Hos maximam Psyllorum partem delevisse, eo-
rumque sedes tenere idem refert, lib. 7. cap. 1. Fit autem
vox φθίμενος vel per syncopen pro φθιόμενος, vel, ablato aug-
mento, & translato accentu, pro ἐφθιμένος, ut κτίμενος pro ἐκ-
τισμένος, v. 869.

V. 210. Οὓς Διὸς οὐκ ἀλέγοντας] Pintiani errorem notat Sal-
masius, qui ex hoc loco colligit ideo à Romanis deletos Na-
samonas, quod *Iovem contemnerent*, *inferos* scil. *non superos*, *co-
lentes*, ut de iis refert Herodotus, de Augilis vero Mela. In-
veritus causam verbis citatis indicari sentit etiam clarissi-
mus Vossius, de Orig. Idol. lib. 1. *quod* scil. *nullo Iovem &
superos honore dignarentur*, *solo inferorum cultu contenti*. Mihi
quidem verisimile fit, his verbis non rebellionem tantum, ut
Salmasio videtur, verum & neglectum Iovis cultum, ab He-
rodoto notatum, obiter poetam innuere. Non tamen exci-
tionis causa istis verbis significatur, neque enim Romanis
curæ fuit quos deos colerent gentes ipsis subditæ; sed ideo
deleti sunt, quod contra Romanos arma rebellantes sum-
pserint, quod sub Domitiano contigisse, ex Eusebio, qui hæc
verba habet, Δάκες καὶ Νασαμῶνες ἐπαναστάντες Ῥωμαίοις ἐφθάρησαν,
& pluribus ex Zonara, qui fusius tam rebellionem quam ex-
cidium eorum narrat, probat doctissimus Salmasius.

V. 211. Ἀσβύσται δ' ἐπὶ τοῖσι] Plinio & aliis *Asbetæ* vel
Asbytæ. Hos lasere vivere falso dicit Solinus, cap. 31. male
interpuncto Plinii codice in errorem ductus, ut contendit
Cl. Salmasius in Plin. exercit. p. 381. qui etiam Asbystarum
terræ partem fuisse eam ipsam ubi Cyrenæi urbem condide-
runt, ex Callimacho notat, qui ipsum Cyrenarum solum
vocat -- Ἀσβυστίδα γαῖαν.

V. 212. Καὶ τέμενος Λιβυκοῖο θεοῦ] *Iovis Ammonis tem-
plum* intelligit, olim inter septem orbis miracula numera-
tum, de quo consulatur Curtius lib. 4. & Strabo lib. 17.
qui oraculum ibi olim nobilissimum fuisse; ubi dei nutibus
responsa dabantur, suo vero tempore neglectum refert.
Ammonem autem dictum volunt aliqui ab ἄμμος *arena*,
quod

quod inter Libycas arenas templum positum esset, quod innuere poetam censet Eustathius, dum dicit ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ. Sed cum vocabulum illud origine Græcum non sit, sed ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς, teste Plutarcho lib. de Iside & Osir. probabilius est, quod statuit Fullerus Miscell. lib. 2. *Solem* (quem *eundem cum Iove* fuisse probat Macrobius, Saturn. lib. 1.) hoc nomine cultum; is vero Hebræis חמה *Hammah* dicitur à חמם *calere*, unde *corniger Ammon* fingebatur, *ad radios designandos* à sole emicantes, sicut eadem vox Hebraica & radios & cornua significat. Alii vero *Ham* filium Noah, cujus posteri Libyæ cultores, *Hammonis* seu *Ammonis* nomine pro deo hic cultum censent: quod Vossio placet, de Orig. Idol. lib. 1. nec eidem Fullero aut nobis displicet; cum ab hoc *Ham* vel *Cham* Ægyptus *terra Cham* dicatur, Psal. 105. & Χημίαν in sacris Isidis vocatam Plutarchus testetur.

V. 213. Κυρήνη τ' εὔιππος] Eodem epitheto urbem hanc ornant Pindarus & Callimachus: ideo Papius lectionem hanc, quam etiam Priscianus sequitur, alteri, quæ pro εὔιππος εὔπυργος habet (quam Avienus sequutus, qui vertit, *Vrbs procera arces*—) non sine ratione præfert. Astipulatur etiam Strabo, Λέγεται ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου, ἱπποβόφος ἐστὶν ἀρίστη. Hæc urbs magnam Libyæ partem sibi subjecit, quæ inde *Cyrenaica* dicta est, in cujus extrema ad meridiem parte, τῇ ἀοικήτῳ proxima, *laserpicifera regio* est, de qua Strabo l. 17; & pars ejus maritima *Pentapolis* dicta est, à quinque urbibus illustribus, Berenice (quæ olim Hesperides, ubi fabulosos Hesperidum hortos aliqui statuunt, vid. Strab. lib. 17.) Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, & ipsa Cyrene, Plin. lib. 5. cap. 5.

Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν] Cyrenis urbi hic tribuitur μετωνυμικῶς quod Cyrenæis proprie convenit; nisi alteram lectionem, quæ pro γένος habet ἕδος, potius amplecti libeat. Cyrenæi quidem Laconicæ originis fuere, & Ἀμυκλαίων pro Λακώνων hic ponitur per Synecdochen, quia Amyclæ Laconiæ urbs: non autem ab Amyclæis ipsis Cyrene condita, sed à Theræis, qui olim Laconum coloni. Strabo de Cyrene, lib. 17. Ἔστι δὲ Θηραίων κτίσμα, Λακωνικῆς νήσου: quod & vetus Aristophanis Scholiastes confirmat. Cum vero *Pattum Lacedæmonium Cyrenas condidisse* dicat Solinus, cap. 30. tam hic quam Dionysius hoc sensu intelligendi, quod Battus & ejus socii à Laconibus originem duxerint, non quod ipsis

Laco-

conia (cujus urbes Amyclæ & Lacedæmon) locus natalis
rit.

V. 215. Γαίτουλοι δ' ἐφύπερθε] Scopum auctoris nostri non
elligere videtur Ortelius, dum notat eum inter Marma-
as & Nigritas Gætulos describere; neque enim à Marma-
is ad hos progreditur tanquam proxime sitos; sed post-
am omnes mediterranei maris accolas à Mauris ad confi-
n Ægypti descripsit, jam ad interiores Libyæ partes de-
ibendas accedit, quas & *superiores* vocat, sive quia *remo-
res* sunt ab ipsius patria, quod mihi maxime arridet, vid. in
rs. 138. sive quia *mari proxima inferiora*, loca vero mediter-
nea & *à mari remota superiora* Geographis habentur, ut de
ysia & Germania superiore & inferiore constat. Et 4
idem præcipuos Libyæ interioris populos numerat, ab
ccasu & Septentrione initium faciens: primo Gætulos
minat, Mauris proximos, Ptol. lib. 4. cap. 6; deinde ultra
s ad Meridiem sitos Nigritas & Phaurusios; post hos
aramantas magis ad ortum positos, secundum Ptolemęum,
Plinium lib. 5. cap. 8. quos tamen ultra reliquos modo
emoratos ad Meridiem statuere videtur Dionysius, si
ὑπὲρ αἶαν legendum sit, (nam ὑπὸ γαῖαν habent exemplaria
ædam) hoc enim valebit *quorum ultra terram*, ut Libyæ
terioris extrema, Æthiopiæ interiori contigua, Garaman-
ous tribuat. Dein enumeratis hisce Libyæ populis, ultimo
thiopas recenset, post hos omnes ad Meridiem sitos. Eo-
m modo Strabo gentes has enumerat, sed ordine inverso,
ὃ μὲν μεσημβρινωτάτους Αἰθίοπας προσαγορεύουσι, τοὺς δ' ὑπὸ τούτοις
ὃ πλείστους Γαράμαντας, καὶ Φαυρουσίους, καὶ Νιγρίτας, τοὺς δ' ἔτι
τὸ τούτοις Γαιτούλους. lib. 2. ubi ὑπὸ valet *citra*, ut ὑπὲρ *ultra*.

Νίγρητες] Qui & Νιγρῖται dicti, quorum metropolis *Nigira*,
ccolæ fluvii qui Ptolemæo Νίγειρ dicitur, & inde denomi-
ati; quem cum Latinorum aliqui, more linguæ suæ infle-
tentes, Nigrum dixerint, hinc Solini error ortus est, qui ab
quæ colore ita dictum censuit, cap. 27. *Inde Niger est amnis,
ui atro colore exit per intimas & exustas solitudines.* Barbarum
otius vocabulum censendum: neque enim aut ipsi Libyes
ut Græci à vocabulo Latino urbem Nigira vocarent; sed
a sic Nigira à Νίγειρ fluvio, ut alia urbs Gira à Gir denomi-
atur: & quidem Νίγειρ seu Nigris (quod nomen superiori
uvii parti inditur) ac Γεὶρ seu Giris (quod inferiori, ubi è
erra rursus emergit) ab eadem origine varie deflexa vi-
entur.

V. 216.

V. 216. ὧν ὑπὲρ αἶαν] vid. in vers. 215.

V. 217. Γαράμαντες ἀπείριτοι] Non immerito dictum ἀπείριτοι, nam *Garamantes* maxima gens, teste Ptolemæo lib. 4. cap. 6. Hos quidem ab Æthiopibus hic distinguit Dionysius: ita Stephanus, Γαράμαντες ἔθνος Λιβύης. Solinus tamen cap. 33. eos *Garamanticos Æthiopas* vocat; & Ptolemæus quidem ipse, licet Libyæ interioris terminos longe ultra Nigrin fluvium protendat (quem Plinius lib. 5. cap. 4. & Solinus, Africam ab Æthiopia dirimere statuunt) Nigritas tamen, quos ipse inter Libyæ populos numerat, diserte Æthiopas vocat, lib. 4. cap. 6. ut videatur nulla exacta distinctio inter Æthiopas & Libyas propinquos fuisse, aut saltem Æthiopes quidam inter Libycas gentes vixerint.

ἐν δὲ μυχοῖσι] Ut sinuum maris extremos in terram recessus ita & ultimos terræ recessus Oceano proximos, Græci μυχοὺς appellant. Utrumque vero Africæ μυχὸν Æthiopes coluere, tum ad Oceanum Æthiopicum tum ad Atlanticum vide in vers. 180. Media etiam loca quæ mare Meridianum attingere crediderunt, sub nomine Æthiopiæ interiori comprehensa; sed ea deserta & fere incolis vacua putarunt *Prima Æthiopes tenent, media nulli, nam aut exusta sunt, aut areni obducta*, Mela lib. 3. cap. 11.

V. 219. Αὐτῷ ἐπ' ὠκεανῷ] Licet Æthiopes utriusque Oceani accolæ essent, ut modo dictum, ὠκεανῷ tamen in singulari dixit, quod is re unus, licet nomine multiplex, ipsi habeatur, vid. vers. 28. & maris Atlantici cum Æthiopico ξύῤῥοιαν statuat à meridionali Æthiopiæ parte; ubi quidem ea conjungi veteres plerique pro certo habuerunt. Sic auctor Peripli de mari Erythræo loquutus, ὁ μετὰ τοὺς ὠκεανὸς ἀνερεύνατος ὢν εἰς τὴν δύσιν ἀνακάμπτει, καὶ τοῖς ἀπεπραμμένοις μέρεσι τῆς Αἰθιοπίας καὶ Λιβύης καὶ Ἀφρικῆς κατὰ τὸν νότον παρεκτείνων, εἰς τὴν ἑσπερίαν συμμίσγει θάλασσαν. Et terram prorsus finiri non longe ab Hesperi cornu & Prasio prom. crediderunt: ita Mela lib. 3. cap. 10. *Ipsæ terræ promontorio cui* ἑσπέρου κέρας *nomen est finiuntur* Hoc promontorium esse quod hodie Cabo de palma dicitur (potius quam Caput viride, ubi nullus est magnus ab occasu in meridiem litoris flexus) non temere statuit Salmasius.

πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης] De *Cernes* situ adeo variæ & discrepantes sunt auctorum sententiæ, ut eas omnes conciliare plane impossibile sit. Nam (ut eos omittam qui eam non insulam, sed λίμνην Αἰθιοπίας, esse statuunt, vide Casaub. in Strab. lib. 1. & eos qui negant Cernen ullibi inveniri, quæ est

: est ipsius Strabonis sententia) alii insulam in Oceano antico statuunt, ut Ptolemæus lib. 4. cap. 6. Polybius, rnelius Nepos apud Plinium lib. 4. cap. 6. Eratosthe- apud Strabonem. Alii in Oceano Æthiopico locant (qui dem eam insulam designare videntur, quæ Ptolemæo nuthias, hodie Madagascar, dicitur) cui sententiæ Epho- apud Plinium favere videtur, cum ex mari rubro in eam igari tradat; licet Plinius ipse, ut nec de magnitudine s, nec de intervallo à continente constare affirmat, ita nec itu certi quicquam ex propria sententia statuat. Quam æ fuerint de Cernes situ sententiæ, ostendit tum Plinius, ı Eustathius, καὶ ἡ θέσις δὲ αὐτῆς διαφωνεῖται· οἱ μὲν γὰρ ἀνα- .ὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, ὡς καὶ Λυκόφρων ἐμφαίνει, οἱ δὲ δυτικὴν, ῶσι δὲ καὶ ἄλλοι νοτίαν. Vere quidem ille de auctoris no- sententia judicat, eum scil. ad Meridiem Cernen locare, ad Oceanum Meridianum, & extremas Æthiopiæ ad trum partes, ita tamen ut plane in incerto relinquat u- n ad Orientem an ad Occidentem magis vergat. Non um sane ad magni illius Salmasii sententiam hic acce- e, quod Dionysius per Æthiopes solos Hesperios hic no- per Oceanum solum Atlanticum: non enim in præce- tibus Occidentem versus, sed potius è converso ab Occa- d Ortum progreditur, post *Nigritas & Phaurusios Gara- tas* nominans ab illis *ad ortum* positos, *post quos Æthiopas* nium ultimos recenset; ut si alteram tantum Æthiopiam aret, Orientalem ad Oceanum Æthiopicum, potius quam speriam, intelligi ex situ ipso constaret. Sed præcipuus e auctoris scopus fuit *primo Boreales* Africæ populos enu- are, *secundo loco mediterraneos, & tandem ad eos qui ultimi neridiem sunt, Æthiopes* scil. accedere, ut attento lectori le apparebit. Et plurimi quidem auctores adversam iopiæ Cernen cum Dionysio statuunt: ita Plinius loco to, *Cerne nominatur insula adversa Æthiopiæ* (verba autem cedentia, *contra sinum Persicum*, non ad istam sententiam, priorem, pertinent, ut à Pintiano & Salmasio recte nota- ;) ita Scylax Caryandæus à Salmasio citatus, qui Phœni- n navigationis à Gadibus Cernen ultimum terminum stituit, ibi eos naves exonerare, & inde in continentem ximam ad Æthiopas in ratibus exiguis merces transve- e affirmans. Κέρνης δὲ νήσου (inquit) τὰ ἐπέκεινα οὐκ ἔτι ἐστὶ ατά. Licet igitur ex auctore nostro de Cernes situ nihil ligi possit nisi Meridionalem esse, ut nihil obstet quin

Cernes

Cernes nomine Menuthias ab eo intelligatur; in hoc tame Salmasii sententiæ subscribimus, quæ plurimorum auctorum sententiis firmatur, Cernen revera fuisse insulam Atlantici maris, contra quam Hesperii æthiopes colebant, i erraſſe qui Cernen in Orientali Oceano collocarunt, di cepti *Æthiopiæ* nomine, & *Eoam* pro *Hesperia* intelligente aut navigationem Phœnicum à Gadibus factam è mari Ru bro factam arbitrantes. Meridionalem etiam esse necesse es ut statuit Dionysius, cum *ultima* haberetur, & *extremæ Æthiopiæ adversa*; & terminus navigationum ad Meridiem a Ephoro & Scylace statuatur, sicut hic πυμάτη dicitur, tanquam *ultima ad Meridiem*. Facile etiam errare potuerunt aliqui Orientalem eam statuendo, & in æthiopico mari, cum ξύρου utriusque maris ad Meridiem statuerent. Quod si mihi hic in re conjecturam facere liceat, Cernes situm designatur à Dionysio, & aliis qui æthiopiæ propinquam faciunt, (neque enim Ptolemæi sententia, qui eam adversus Libyæ citra Fortunatas statuit, cum his conciliari potest) nulli al insulæ æque convenire sentio ac ei quæ Sti. Thomæ (ubi maximus sacchari proventus) hodie dicitur, in ultimo Hesperii sinus recessu positæ, ultra Hesperi cornu (hodie Cabde Palma) ultra quod meridianum mare incipere, Ocean Occiduo cum Eoo se conjungente, antiquis visum, ut al eam in Atlantico mari sitam, alii in æthiopico, seu Meridino, non immerito statuere possent. Et ea quidem amœn est insula, & fluminibus irrigua, ut de Cerne innuit poet dum τέμπεα Κέρνης vocat. Ex adverso etiam Carthaginis el quod de Cerne statuit Cornelius Nepos, *respectu longitudin* cum sub eodem meridiano sit, (sicut Ἀ Ἑσπέριος Αἰθιοπῶν su eodem cum Cinnamomifera regione parallelo positos, ult Æquatorem scil. ὑπέκειθεν τῆς ἀφελοῦς Καρχηδόνα τόπων, Strab lib. 2. affirmat, longitudinis scil. respectu) licet verba de latitudine plerique interpretentur, quo sensu eorum sententiæ plane adversarentur qui Cernen juxta Æthiopiam statuunt, nec longinqua haberi posset à Gadibus ad Cerne navigatio, cum Cerne ipsa juxta Gades esset. Neque ab hi abhorrere videtur Polybii sententia, qui quanquam, Plinio teste, contra montem Atlantem Cernen statuat, Atlantis tamen nomine montem quendam intelligit longo terrarum intervallo ab Atlante vulgo dicto dissitum. *Atlanti* enim *medio spatio inter montem* ἀπὸ ἑσπέρας *dictum, & promontium Hesperium*, seu ἑσπέριος κέρας, *locat, à ceteris omnibus in ex*

trem

mis Mauritaniæ proditum, Plinius lib. 5. cap. 1. Mons au-
n θεῶν ὄχημα in media meridianæ Æthiopiæ parte, quatri-
i navigatione à promontorio quod Hesperion ceras voca-
r, à Plinio statuitur, lib. 6. c. 30. Sed Atlantis nomen, cui
versam Cernen statuit Polybius, fortasse effecit ut Ptole-
æus contra Atlantem vulgo dictum Cernen locaret, & ut
inius, Polybii de Cerne sententiam recensens, cum At-
nte Mauritaniam extremam conjungeret; à qua tamen At-
ntem suum longe dissitum Polybius, ipso teste verbis
odo citatis, prodiderat. Sed de Cerne (de qua omnia
scura & incerta) plus satis.

V. 220. Βλεμύων ἀνέχουσι κολῶναι] De montibus ubi Nili
tarractæ hoc intelligendum: neque enim καταῤῥάκτης ipsos
pulos proprie significat, sed *præcipitem fluvii ipsius defluxum*,
διάβασιν διὰ τῶν ὀρῶν, ut Aristides recte interpretatur,
ut à Cl. Salmasio in Plin. ex. notatum; licet non modo
Eustathio, verum ab antiquis quibusdam auctoribus
τωνυμικῶς) scopuli isti Catarractæ dicantur. Ad Catarra-
s sitos Blemyas expresse affirmat Ammianus Marcell.
. 14; eosque ad Nilum ex utraque parte Meroes habitare,
Ægyptiis conterminos esse, asserit Strabo lib. 17. τοὺς ὑπὲρ
λώνης Αἰθίοπας, hos & finitimos vocans. Turpiter vero er-
, & sibi ipsi contraria scribit Eustathius, dum affirmat *illos*
pe Cernen sitos; (cum ipse Cernen paulo ante ex Dionysii
tentia in Australi Æthiopiæ parte sitam affirmasset, Ble-
as autem ad Catarractas & Ægypti confinia sitos agnoscat)
n aliam hic erroris sui ansam habens, quam quod Diony-
s Æthiopas prope Cernen habitare, Blemyas vero ante
hiopas, affirmet. Hoc quidem de Æthiopibus verum (qui
ge lateque dispersi ab Ægypti vicinia ad extremam meri-
m & utrumque Oceanum) non autem de eadem Æthio-
e parte. Prope Hesperios aut Meridionales Æthiopas Cer-
, ante Æthiopiam sub Ægypto Blemyes. Blemyas ipsos
rimi quidem Æthiopas vocant, ut Strabo loco citato (li-
aliqui inter Libyæ populos numerent, vide in vers. 217.)
ab Æthiopibus eos non multum differre innuit ipse Dio-
sius, ut recte notat Eustathius, dum eos αἰθαλέους *perustos*
cat, voce ab αἴθω deducta, unde & αἰθίοπες.

V. 222. Ὃς δήτοι Λιβύηθεν] In deserta jam ventum, ubi
or facilis, nec sat scio quem ducem sequar. Ptolemæum
nen & Eratosthenem (sicut ejus sententia à Strabone ex-
catur) utpote in vicinia habitantes, cum hic Cyrenæus,
ille

ille Alexandrinus esset, de Nili ortu & progressu verissim scripsisse sentimus; ideoque ubi inter se, & cum recentio rum descriptione consentiunt, (quod in plerisque fit) eo rum sententiæ acquiescemus. Hæc quidem Dionysii verb ita sonare videntur, ac si ille eorum sententiam sequeretu qui Nilum fluvium eundem cum Nigri statuunt, quem tra dit Plinius *juxta fines Mauritaniæ oriri*, (licet idem lib. 8 cap. 21. apud Hesperios Æthiopas eundem Nigrin oriri sta tuat, ubi non ex Jubæ, sed aliorum sententia loquitur) *& per Libyæ deserta ad Orientem fluere, terramque semel atque ite rum subire, & rursus emergere, & Nigrum quidem dici, dun per deserta fluit Africam ab Æthiopia dirimens, deinde Astapun ubi medios Æthiopas secat, postea diviso alveo circa Meroen flue re, à lævo latere Astaboran, à dextro Astusapen dictum, & rursus conjunctum aliquamdiu Sirin (vel*, ut alii legunt, *Cirin) tandem vero ad Catarracten ultimum Nilum dici.* Hoc Plinius se à Jub rege accepisse refert, lib. 5. cap. 9; in cujus verba Solinu juravisse videtur, eadem cum illo, totidem fere verbis, tra dens, ac Iubam auctorem citans; & eandem sententiam al etiam Latini amplexi sunt. Ego vero Nigrin in Nilum influc re, & proinde quasi Nili partem esse, facile concedam, eur terram subinde subeuntem & rursus emergentem nomin mutare, ut modo Niger, modo Gir, aut alio quopiam nc mine, appelletur, & tandem cum Nilo proprie dicto, siv aperte, sive subterraneis meatibus, conjungi. Sed ne cor cedam istum unicum aut præcipuum esse fluvium ex qu Nilus constituitur, aut eum in progressu Astapum dici, eju ve tantum brachia esse Astusapen & Astaboran, movent n tum recentiorum descriptiones, tum præcipue Ptolema & Eratosthenis auctoritas, quibus in vicinia habitantibt notior esse potuit Nili progressus quam Mauritaniæ regi, quo isti sua omnia se sumpsisse fatentur, ut omnium test monia qui hanc sententiam amplexi sunt in unius Iub conjecturas tandem recidant, qui Nili ortum regno suo ver dicare cupiebat. Nec prætereundum Plinium, licet Iub sententiam prolixe recitet, paulo tamen ante fassum esse N *lum incertis oriri fontibus.* Et isto sensu *Nilum è Libya ad rientem fluere* apud Dionysium commode intelligi non potes ac si Nigrin pro Nilo sumeret. Cum enim ille Nilum term num statuat, quo Libya ab Asia dividitur, & Africam Eur pæ junctam universum, Asiam vero alium constituere a firmet, nullum formæ istius vestigium maneret, si Æthiop

to

ad Atlanticum usque Oceanum Asiæ adderetur. Et ab-
e sane affirmant Plinius & Solinus Nigrin fluvium Afri-
ab Æthiopia dirimere. Si per Africam Libyam inte-
em intelligerent, licet in hoc à Ptolemæo dissentiant,
ion repugnantem haberent : sin nomine Africæ tertiam
s partem intelligant (quod aperte à Solino, cap. 30. in-
tur, Africa, inquit, *ab Æthiopia & terminis Asiæ Nigri*
ine, qui Nilum parit, scinditur; & ex Plinii principiis
equi videtur, cum Nilum Africam ab Asia dispescere,
rin vero Nilum esse statuat) næ illi miram quandam or-
ivisionem facient, Asiam per totius οἰκουμένης longitudi-
ab India & Serica ad Occiduum Oceanum protenden-
ut Africa & Europa conjunctæ vix tertiam ejus partem
arent, Africa vero vix decima pars orbis tunc cogniti
.

unc igitur Dionysii locum ex Eratosthenis sententia a-
Strab. lib. 17. explicandum censemus (ex quo eum ple-
e sua sumpsisse Eustathius & alii testantur) ut cum Ni-
è Libya versus orientem serpere dicit, id de flexu tan-
Nili infra Meroen intelligatur. Statuit ille *Nilum duo*
na excipere (*Astaboran ab Oriente venientem, Astapum è la-*
quibusdam à meridie fluentem) *eosque Meroen circumdare,*
: *Astapus* (quem & *Astosaban* vocari affirmat, & rectum
corpus constituere censet) *Occidentale latus, Astaboras*
Orientale claudat. Post brachiorum horum conjunctionem
m ad Septentrionem ait à Meroe deferri, deinde ad occasum
num in Libyam verti, dehinc rursus ad Septentrionem &
em (hoc est, ad Ortum æstivum) *ferri, ad Catarracten*
um, ἀναστρέφει πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν &c.
τὴν Λιβύην πολὺς προσπεσὼν, καὶ τὴν ἑτέραν ἐπιστροφὴν ποι-
ῶν, πρὸς τὰς ἄρκτους φέρεται πεντακισχιλίους καὶ τριακοσίους στα-
ῶν τὴν μέγαν καταῤῥάκτην, παρεπιστρέφων μικρὸν πρὸς τὴν ἕω.
: locum videtur Dionysius hic expressisse : Libyam au-
ic vocat *Nubarum regionem, quæ*, teste eodem Eratosthe-
magna Libyæ gens est, à Meroe ad Nili flexum habitans. De
progressu idem sentit Ptolemæus, nisi quod *verum Ni-*
in Lunæ montibus ortum, & in paludes quasdam paulo in-
usum, ab Astapo distinguat, & Astaboran in Astapum, hunc
lum prope Meroen influere statuat; ideoque Meroen non
ora & Astapo, sed Nilo & Astabora cingi asserat.
eni n tres isti fluvii prope Meroen confluant, ut testa-
iam Heliodorus (ἡ Μερόη ἐστὶ νῆσος τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Ἀ-

 σταβό-

τεθόρμ. καὶ τὴ Ἀστασόβα περιρρεομένη) Eratosthenes brachii C cidentalis denominationem Astapo seu Astosabæ tribu (non ante utriusque brachii conjunctionem Nilum no nans) Ptolemæus vero fluvio præcipuo, in quem alii d fluunt, quem toto decursu Nilum vocat nomine gentili, ipse & alii Ægyptii assueverant, licet alio nomine ab Æth pibus appellaretur.

V. 223. Σῖρις τὸν' Αἰθιόπων] Ineptæ sunt quas recei Eustathius, sed neque ipse probat, Etymologiæ nom Σῖρις è Græca lingua petitæ, cum Æthiopica sit vox; quod ad illam attinet quæ à Σείω ducitur, quia circa rii, seu Canis, ortum Nilus maxime exundet (Plin. lib cap. 9.) è conversio Sirium à Siri sic dictum, quasi Niliac stellam, nos (cum Fullero) probabilius censemus. Q ad vocem Σῖρις, Hebræis Nilus שִׁיחוֹר *Shihor* vocatur, q Æthiopes lingua sua *Shichri* vel *Shihri* dixerunt, ut m Scaliger, teste Salmasio: pro hoc Græci, voce ad lin suæ formam deflexa, Σῖρις scripserunt. Hinc vero *Giris Gir*, & *Dyris*, corrupta esse (quod statuit Salmasius) l facile assentiar, cum Vitruvius Nigris initium, quod l a Nilo, *Dyrin* vocare videatur, quod eum in *Atlante* m oriri statuat, qui Barbaris *Dyris*, vide in vers. 66; Γεί Ptolemæi (unde manifesto Giris) fluvius sit à Nilo di ctus; & licet in Nilum subterraneis meatibus influere p hoc tamen Ptolemæus non agnoscit, qui certe Æthiop veri Nili nomen Libyco isti fluvio non inderet.

V. 224. μεῖ' ἐνομα Νεῖλον ἔδηλο] Tmesis, pro ἔνομα δηλο. Aliqui post alveorum Meroen amplectentium co Nilum mox dici volunt: ita Eratosthenes, & Mela l cap. 9. Plinius vero *Sirin post conjunctionem istam per mil quot* vocari tradit, lib. 5. cap. 9; & Solinus affirmat a tarracten ultimum relinquere post se nomen quo Siris tur, ut optimi codices habent. Sic Herodotus, ὁ δὲ Ν ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς καταδόπων μέχρι μέσου Αἰγυπτίου ῥέζων. Hi Dionysio hac in re consentiunt, si ἀρξάμενος apud rodotum sano sensu sumatur, ut non fluvii sed nomin tium significetur. Catadupa eadem cum Catarractis. C tractes ultimus is est qui parvus dicitur: is ad Ægypti thiopiæ confinia est prope Syenen & Elephantinen, lib. 17. Et verisimillimum quidem æthiopicum nomen ante mutatum quam in Ægypti confinia veniret, *alii appellantibus accolis* (lingua diversis, ut de Danubii no

[ſtrum mutato habet Mela, libro 2. cap. 1. Neque hanc hiopici & Ægyptii nominis diverſitatem Ptolemæum ioraſſe probabile eſt, ſed Ægyptios veriſimile fluvium to- n *Nilum* vocaſſe etiam dum per Æthiopiam fluit, & Æthio- è converſo *Shichri* vocaſſe etiam poſtquam in Ægyptum atus eſt, ubi quidem Hebræos *Shihor* vocaſſe ex ſacris li- is conſtat. Quod ad Nili nomen attinet, Euſtathius, (ut fabuloſa ejus Etyma mittam) origine Græcum faciens, luci vult ἀπὸ τῆ νέαν ἴλυν βαλεῖν, quod quotannis recen- limum Ægypto infundat, quod Etymon à Dionyſio ii cenſet verſ. 229, Οὔτ' ἴλυν βαλέειν. Alii Ægyptiacum nomen ab Hebræo נחל *nahal* (quod Ægyptiis & Syris, e Fullero, eſt *neel*) torrentem aut fluvium ſignificante, probabiliter deducunt (quod Græci, addita termina- e ſuæ linguæ conformi, immutarunt) ut fluvius κατ' ὠ, ſeu per ſynecdochen generis dicatur, cum non mo- ræcipuus, ſed fere unicus Ægypti fluvius ſit, Strab. l. 17. in ſacris literis *nahal mizraim*, *fluvius Ægypti*, frequen- licitur.

225. ἄλλυδις ἄλλῳ] Quia poſtquam in multos alveos us eſt, ſinguli alvei ſinguli fluvii habentur propriis no- bus donati; quæ videantur apud Ptolemæum lib. 4. 5. Extimi autem fluvii ſunt ad Occidentem *Agathoſdæ-*, & ad Orientem *Bubaſticus*; inter quos & pelagus Æ- ium comprehenſa inſulæ in modum terra, quam me- reliqui alvei ſcindunt, *Delta* dicitur, à forma literæ Δ, rianguli, cujus baſis eſt ora maritima, quæ per A no- in adjecto diagrammate, duo vero crura B C alvei modo dicti B C, Strabo lib. 17. Plin.



. cap. 9.

226. Ἑπτὰ διὰ στομάτων] Cum Dionyſio ſeptem Nili numerant Strabo, Diodorus, Herodotus, Mela, Solinus; Ovidio Met. 1. Nilus *ſeptemfluus* dicitur. Nomina, ex e recenſione lib. 1. cap. 5. hæc ſunt; *Canobicum* (quod mæo Heracleoticum) *Bolbiticum*, *Sebenniticum*, *Men-*, *Pathmeticum* (quod nonnullis Phatnicum) *Taniticum*, *acum*. Ptolemæus quidem, lib. 4. cap. 5. his alia duo , & ſic novem oſtia numerat; Plinius undecim, lib. 5. to: ſed quæ numerum ſeptenarium excedunt Ptole- ψευδέστομα, Plinius *falſa ora* vocat, quippe hominum ad irrigandos agros facta, ut ſeptem tantum naturalia

V. 227. Ὑδάτων πλήθει] Notum, annuas Nili exundationes Ægyptum fœcundam reddere. Ita Plinius, lib. 5. cap. 9. *Certis diebus auctu magno per totam spatiatus Ægyptum, fœcundus innatat terræ.* Hinc puteo lapideo (quod Νειλομέτριον dicitur) Nili augmentum metientes, à justa aquæ altitudine fertilitatem, à minore incremento annonæ caritatem futuram prædicebant: vide Strab. lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 9. Exundationem hanc accidere dum Sol Cancrum & Leonem peragrat, præcipue circa Canis ortum, paulatim aquas subsidere dum in Virgine est, intra ripas revocari dum in Libra est, Plinius ibidem testatur; sic Lucanus,

——— contraque incensa Leonis
Ora tumet, Cancroque suam torrente Syenen
Imploratus adest, nec campos liberat undis
Donec in Autumnum declinet Phœbus. --

De caulis hujus exundationis conjecturæ variæ, quales scipeditare solet ratio experientia destituta, apud Plinium Lucanum locis citatis legi possunt. Veram autem causam indicat Eratosthenes apud Strabonem, cui & ipse Str. suffragatur, hoc scil. accidere *ab imbribus æstivis* Æthiopiæ tempore quotannis in Æthiopia decidentibus. Hanc veram causam ex navigationibus in Arabicum sinum tunc commutum fuisse refert Geographus, οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι ς χειμερινὸν, διὰ ὕστερον ἀυτοπλοίας γιγνομένας, πᾶσαν τὴν ὁμβρουμένην θερινὴν μόνην τὸν Νεῖλον τῆς Αἰθιοπίας τὴν ἐναντιλυούσης. Exhodiernis etiam navigationibus idem in aliis Zonæ torridæ partibus accidere notissimum.

V. 231. Ἐς λίβα μὲν λιβύων] De Nilo per Ægyptum fluente, ubi proprie Nilus dicitur, hoc intelligendum; Ægyptus enim respectu Africæ totius ad Ortum æstivum est, ideo Africa è converso ad Occasum hybernum respectu Ægypti. Nili per ipsam fluentis, Asia vero recta ad Ortum: si toto fluvii decursu hoc intelligeretur, recta ad Occasum quinoctialem Libyam Nilus respiceret.

V. 233. Οἱ περὶ τε βίοντο] Eos multitudinem in *tres ordines* divisisse, 1° *sacerdotes* (quibus non tantum sacra, verum & Astronomia, & Philosophia curæ fuit) 2° *milites*, 3° *agricolas* (quibus & artifices accensent) refert Strabo lib. 17.

V. 234. Περῶσι δ'] *Aratrum inveniße Buzygem Atheniensem, aut Triptolemum*, refert Plinius; quod etiam Atheniensium inventum fuisse testatur Justinus. Hi Græcos forsitan docuerunt, cum tamen aratri usus apud alias gentes

uior esse potuerit. Plerique quidem Osiridem Ægy-
n boves primo ad arandum junxisse ferunt, unde for-
ovis ab Ægyptiis colitur. Sic Servius in illud Virgilii
g. 1.

---- *uncique puer monstrator aratri.*

s Triptolemum intelligi indicat, *ab aliis Osiridem*, quod
erius judicat; censet tamen à variis hominibus variis
is inventum. Osiridi etiam hujus inventi gloriam tri-
Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.

ibilior tamen est eorum sententia, qui non hominem sed
n Osiridis nomine ab Ægyptiis cultum putant, tan-
proventus frugum auctorem; ita Statius Theb. 1.

--- *seu te roseum Titana vocari,*
Gentis Achæmeniæ ritu, seu præstat Osirin
Frugiferum. ----

de Baccho judicium est v. 703.

235. ἁπλώσαιτο] Vox hæc, quæ proprie significat *ex-*
runt, ab ἁπλόος *simplex* deducta, hic seminis sparsioni
tribui videtur, quod semen ita dispergi debeat, ut uni-
uno in loco granulum sit, nec grana plura conge-
r.

236. Πρῶτοι δὲ γραμμῇσι] Sphæræ cœlestis circulis suis
ctæ, quam πόλον vocat, vide vers. 582, inventionem
ptiis tribuit. Geometriam quidem ab his inventam re-
trabo lib. 16. τῶν Αἰγυπτίων εὕρημα γεωμετρίαν φασί: idque
sitatem quandam iis suggessisse censet, cum Nili exun-
terminos confunderet, ut terram postea metiri necesse
ent. Astronomiæ etiam & Philosophiæ studio eosdem
os refert, sic de Thebis Ægyptiis loquens lib. 17.
αἱ δὲ καὶ ἀστρόνομοι καὶ φιλόσοφοι μάλιστα οἱ ἐνταῦθα ἱερεῖς.
tum est Pythagoram, Democritum, Platonem, & Eu-
m in Ægyptum profectos esse, illos ut philosophia,
ut Astronomia præcipue ab Ægyptiis institueretur.
rt etiam Strabo annum Solarem illis in usu fuisse, men-
12, diebus 365 constantem, & post certos annos diem
calarem addi solitam, scil. quarto quoque anno; ut
oro Apolline, lib. 1. cap. 5, Vossius ostendit, διὰ τε-
ηρίδος πρωτὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν. Ad quam formam Ju-
Cæsarem annum Romanum reformasse, ex consilio
ptii sacerdotis, vulgo notum; de quo Plin. lib. 1 s

cap. 25. Sed quod ad primam Astronomiæ inventior
attinet, eam *alios Atlanti*, *alios Ægyptiis*, *alios Assyriis trib*
(quo nomine Chaldæi intelligendi videntur) refert Plir
lib. 7. cap. 56. Utrum apud Ægyptios an Chaldæos a
quior ejus usus fuerit, sub judice lis est. Chaldæis fav
plurimi, quippe Orientalioribus, & primorum parent
sedi vicinis, unde artem hanc ad regiones Occidentalic
paulatim processisse verisimile: Herodotus tamen, lib
Ægyptiis ipsam artis inventionem tribuit; & certe ab Æ
ptiis ad Græcos translata est, Eudoxi præcipue opera,
per annos 13, teste Strabone, inter Ægyptios versatus
cum antea imperfecta quædam rudimenta solummodo
berent. Sphæræ quidem inventionem (quam Ægyptios
mum circulis distinxisse hic tradit Dionysius) idem Plir
Anaximandro Milesio tribuit; de quo etiam Laerti
καὶ γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον πρῶτος ἔγραψεν, ἀλλὰ καὶ σφαῖ
κατεσκεύασεν. Sed hæc fortasse eo sensu intelligenda, quod
primus inter Græcos sphæram fabricavit; quamvis intera
gentes, ut Ægyptios aut Babylonios, ejus usus antiquior
posset; ipse enim Plinius lib. 2. cap. 8. Atlantem multo a
Anaximandrum Sphæram invenisse refert; de quo quic
differere non operæ pretium esse puto, cum -- *caput i*
nubila condat.

V. 237. Λοξὸν δεσμὸν ἠελίοιο] *Obliquitatem* Zodiaci
quo Sol & reliqui planetæ cursum suum peragunt) rel
ctu Æquatoris & Polorum mundi. Hanc obliquitat
primum Anaximandrum intellexisse tradit Plinius loco
tato, inter Græcos scil. ut verba præcedentia modo ex
cata.

V. 242. Σχῆμα μὲν οὖν] Ægyptus à veteribus stricte si
pta fuit, teste Strab. l. 17. pro ea sola terra quæ Nilo irri
tur: sic sumpta tæniæ more in longum porrigitur. pol
latiore sensu accepta est, ut Oases, seu Auases, in Libyæ
te sitas, & oram maritimam ad Catabathmum usque c
prehenderet: & sic triangularem figuram quadantenus
fert, qualis in subsequente diagrammate depingitur; ita si

Diagramma.



duæ lineæ, altera à Catabathmo A
cundum litus pelagi Ægyptii duct
altera à Syene C, ad Serbonidem p
dem B concurrant, & angulum con
tuant ad Ortum æstivum, deinde
ad A subtensa ducatur; quæ quide

p

t Ægyptum proprie dictam, aliquid de Libya Mareo-
ncludet.

s Dionysii verbis, ὀξὺ πρὸς ἠῶ (si ἠὼς ibi Orientem si-
et, ut vertit Stephanus) intelligendus est angulus B ad
ı æstivum: sed videtur potius ἠὼς Meridiem significa-
ıippe litori Boreali hic oppositum, & recta quidem ad
iem juxta Syenen Ægyptus in acutum contrahitur,
utem ad Orientem, nisi Ortus æstivus intelligatur; &
juidem angulus tam acutus est quam reliqui duo, sed
ectus. Ἠώ vero *Meridionalem plagam*, *qua Sol transit*,
utem ei oppositam *Septentrionalem*, *quam Sol nunquam*
frequentissime apud Homerum significare (qui qui-
ἠὼ ἠέλιόν τε conjungere solet) multis ex eo adductis te-
niis probat Strabo, auctor omni exceptione major;
. lib. 10.

244. βαθυρρήμονος Συλῶνος] Epitheton hoc additur, quia
Syenen est minor Catarractes, ubi Nilus à scopulis
ens non tam fluere quam ruere videtur, Plin. lib. 5.
. vide in vers. 224. Syenen autem sub Tropico æstivo
unde die Solstitiali meridie nullæ ibi puteorum um-
& Gnomones perpendiculares ἄσκιοι, Sole in vertice
xistente, è Geographo lib. 17. & aliis notum.

45. Οὔρεσιν ἀμφοτέροισι] Ἀμφότερα hic significat *quæ ex utraq;*
sunt. Ita Geographus lib. 17. munitam esse Ægyptum
riente montibus Arabicis, ab Occidente Libycis affir-
Quod intelligendum de Ægypto tantum stricte sum-
quæ juxta Nilum, ceu fascia porrigitur. περιστέφω au-
à περὶ *circum*, & στέπω *tego*, active hic capitur, ut recte
en. Stephano redditur.

248. Ἡ μὲν ἔσσι Θήβῃσιν] Divisionem Ægypti in tres par-
inuit; *Ægyptum superiorem*, *quæ & Thebais* dicta, ab
quæ olim Thebæ, postea Diospolis dicta (cujus urbis
ne Dionysius per synecdochen regionem totam intelli-
Heptapolin seu Heptanomian in medio sitam (à septem
us & totidem nomis olim in ea comprehensis nomina-
licet plures, teste Strabone, ei postea adderentur) &
ptum inferiorem (*cujus pars Delta*) quæ ora maritima est
Catabathmon & Serbonidem paludem.

249. ἑκατόμπυλον] Urbs hæc, quondam maxima,
gypti metropolis habita, Strab. lib. 17. epitheto hoc,
ıam proprio, à poetis ornatur, quo à Thebis Bœotiis
λοις distingui solet, ab Homero Iliad. ι'. accepto, qui
magnitudinem sic insinuat;

Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν.

Ea autem à Cambyse Persa capta magna ex parte diruta teste Strab. lib. 17. Alterum vero epitheton, scilic. Ὠγυ Thebis Bœotiis magis proprie convenit, ab *Ogygo* antiquissi rege, teste Varrone: antiquitas autem hujus urbis eo notat (nisi in his potius Thebis Ogygum illum regnasse, con communem sententiam, senserit Dionysius) omnia en antiqua ab hoc rege Ὠγύγια vocata. Ὠγύγιον, ἀρχαῖον, παλα διὰ τὸ Ὤγυγον πρῶτον ἄρξαι τῶν Θηβῶν, Suid. vide vers. 4 & 911.

ἔνθα γεγωνὼς Μέμνων] Γέγωνα, præt. med. à them. inusit. *ferari* & *clare clamare* significat, γνωστῶς βοᾶν, ut explicat I stath. in Hom. à γνόω per metathesin deductum censens. Me nonis autem statuam hic describit Dionysius, quæ, teste St bone lib. 17. in loco *Memnonio* dicto juxta Thebas posita fi è solido lapide facta, sed mutilata, quam (magica arte, plerisque visum) sonitum, quasi ictus, circa solis ortum q tidie edere, vulgo creditum; de quo Iuvenalis,

Dimidio magicæ resonant ubi Memnone Thebæ.

Solis radiis statuam contingentibus sonitum istum edit censet Plinius, lib. 36. cap. 7. *Memnonis statuam quotidiano lis ortu contactam radiis, crepare dicunt.* Fingit igitur Diony hanc statuam Memnonis, quem Auroræ filium fuisse po fabulantur, mane sonantem venientem matrem Auroram lutare. Statuam vidit Strabo, & sonitum exiguum audi sed, rei minime credulus, eum à circumstantium aliquo ctum suspicatus est. Refert vero idem quibusdam vid *Memnonem hunc antiquum fuisse AEgyptium regem, qui aliter Isn des vocatus, quem & Labyrinthum AEgyptium condidisse fer* εἰ δ', ὥς φασιν, ὁ Μέμνων ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων Ἰσμάνδης λέγε καὶ ὁ Λαβύρινθος Μεμνόνειον ἂν εἴη, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἔργον οὗτος καὶ τ Ἀβύδῳ καὶ τὰ ἐν Θήβαις. Hunc Auroræ filium fingere potuer quia Ægyptus respectu Græciæ ad Ortum æstivum est. tuit etiam tam Ægypto quam Æthiopiæ vicinæ imperare (de Æthiopiæ rex vulgo dicitur) *AEgyptiorum enim bellis attritam fuisse AEthiopiam, vicissim imperitando serviendoque*, statur Plinius lib. 6. cap. 29. Memnonis hujus regia cla fuisse Abydon Ægyptiam urbem Plinius lib. 5. cap. 9. Solinus testantur.

V. 251. Ὅσσοι δ' Ἑπτάπολιν] De hac vide not. in v. 248. Cra vero est Eustathii error, qui septem urbes nominaturus u

Ægypti pars Heptapolis dicta, non tantum Dioſpolin & nen, quæ in Thebaide ſunt, verum & Catarracten magnum parvum inter ſeptem iſtas urbes numerat.

V. 253. ἕως Σιρβωνίδ@ ἀλμης] Σερβωνὶς λίμνη Straboni, & βωνὶς Ptolemæo, Plinio etiam *Sirbonis lacus* dicitur. Is exius eſt ad Orientem Ægypti terminus: ideo dicitur tota gyptus inferior eſſe ἕως Σερβωνίδ@ ἀλμης, quia limitem hunc n excedit, ſed inter duos terminos, lacum hunc & Catahmum, continetur. Hunc lacum Strabo lib. 16, turpi errocum *Aſphaltite* Iudææ confundit, *Serbonidem* quidem nomans, ſed *Aſphaltiten* lacum manifeſto deſcribens.

V. 254. Μακεδόνιον πολίεθρον] Μακεδόνιον pro Μακεδόνιον per aſin: πολίεθρον, à πόλις pro πόλις per Epenth. poet. θ, ut λεμ@ pro πολεμ@. Eſt autem Periphraſis *Alexandriæ* urab *Alexandro Macedone* conditæ, & ab ipſo denominatæ, & corpus ejus Perdiccæ, qui à Babylone id detulit, erem à Ptolemæo conditum refert Geographus.

V. 255. Σωτῆρα Διὸς] *Serapidis, quem quidam Oſirim putant, iquiſſimum iſtis gentibus numen, plerique Iovem, ut rerum oum potentem, plurimi Ditem* (quem & Iovem Stygium vonit) Tacit. Hiſt. lib. 4. *Hujus imaginem è Sinope Pontica urbe Ptolemæo, primo ejus nominis, regi, viſo nocturno monito, Alexandriam advectam* (apparente ſcil. quodam juvenis ſpecie, qui moneret ut è Ponto effigiem ſuam acciret) pluribus refert m Tacitus. Templum hoc Σαράπιον à Strabone vocatur, od miris laudibus ab Ammiano Marcell. celebrari notat ſaubonus in Strab. Sarapin tamen ab Ægyptiis cultum, quam patrium numen, ante imaginem iſtam è Ponto adctam, probat Voſſius, de Orig. Idol. lib. 1. cap. 29. & ex o Tacito elicitur, qui *templum ei extructum fuiſſe* refert, *ubi ellum fuerat Sarapidi atque Iſidi antea conſtructum.* Nomen *Saris* ab eodem Voſſio, loco citato, ab *Apis*, & שׂר *Sar princeps*, vel שׁוֹר *bos*, probabiliter deducitur; cum *Apidem*, qui ma bovis colebatur, & *Oſiridem* agriculturæ inventorem bitum, idem cum *Sarapide* numen fuiſſe ibidem probetur. Et od ad varias illas de *Sarapide* opiniones quæ à Tacito renſentur, eæ facile conciliari poſſunt; idem enim Sol nomine ſiridis & Iovis Ammonis colebatur, vide in verſ. 212. & 5; atque etiam nomine Ἀιδωνέως, ſeu *Plutonis*, quatenus in ero hemiſphærio agit, quod inferorum nomine ſignificari let.

V. 259. σκοπιὴ Παλλωίδ@ Εἰδοθείης] Turris in *Phari* inſulæ

sulæ promontorio, ejusdem cum insula nominis, erecta, juxta portum Alexandrinum, ut eo signo navigantes recta in portum dirigerentur, & cautes ac brevia vitarent. Eam Sostratus Gnidius posuit (teste Strabone) cum hac inscriptione, Σώστρατος Κνίδιος Δεξιφάνους, θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωιζομένων. Εἰδοθέα vero (pro qua poetice Εἰδοθεείη dicitur, ut mox pro Εὐρώπη Εὐρωπείη) si Eustathio fides, filia fuit *Protei*, quæ è *Pallene* promontorio Thraciæ (de quo vide in vers. 327.) una cum *Proteo* patre in *Pharum* profecta est, ubi pro diis marinis culti sunt Virgilius etiam Georg. lib. 4. *Protei* patriam *Pallenen* fuisse indicat, de eo enim hæc habet;

Hic nunc Emathiæ portus patriamque revisit
Pallenen. ----

Eundem vero Pharon tenuisse innuit Æneid. lib. 11.

Atrides Protei Menelaus ad usque columnas
Exulat. ----

Vbi per *Protei columnas Pharon* intelligi notat Servius, Proteum ibi regnasse tradens.

V. 261. Πηλῆος πτολίεθρον] Periphrasis *Pelusii*, quod à *Pelo* aliquo sic dictum innuit Dionysius: quod si de *Peleo* Achilli patre hoc intelligat, ut Eustathius interpretatur, minus probabile hoc censemus, cum nulla historiæ fide firmetur. Strabon potius assentimur, qui sic nominatum putat ἀπὸ τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς τελμάτων, *à lutoso & palustri situ.*

V. 262. οὐ μὲν ἐκεῖνοι] Dionysius ipse in initio ostium Nili Canobicum pro termino Libyam ab Asia dirimente constituit; quod si admittatur, non modo Pelusium, verum & Delta, in Asia erit, nisi in nulla ex tribus orbis partibus esse censeatur: qua in re fluctuat Plinius lib. 4. cap. 5. primo Canobicum ostium terminum Africæ & Asiæ statuens, sed paulo post Ægyptum ab Africa Canobico ostio, ab Asia Pelusiaco disterminari tradens. Hoc vero incommodum, inter alia, ut vitaret Ptolemæus, (ne scil. Ægyptum distraheret) sinum Arabicum & isthmum inde ad pelagus Ægyptium, potius quam Nilum, Africæ & Asiæ terminum constituendum censuit.

V. 265. Ἄλλοι δὲ πλεῖστοι] Si quos populos in Libyæ descriptione omiserit, παχυμερῶς, ut Eustathii verbo utar, reliqua hic recenset; aut saltem innuit se non potuisse minutissimaque sigillatim enarrare.

V. 268. Ἥ τε μέση Λιβύης] Non hoc ita accipiendum ac si Tritonis palus in umbilico Libyæ, pro tertia orbis parte sumptæ, sita esset, nam prope Septentrionale latus, longe vero

mer

idionali posita est; sed in umbilico fere Africæ proprie
æ sita est, ex adverso Syrtis minoris, in quam Triton flu-
s è palude hac influit, & respectu Libyæ priore sensu sum-
: inter Ortum & Occasum fere media est.

V. 269. Τοίη μὲν] Forma scil. Trapezii, ut v. 175. di-
m.

V. 271. Οὗτος μὲν Λιβύης ῥυσμὸς] Οὗτος Ion. pro αὐτὸς, *idem*;
ὸν vero (quam vocem varie explicat Eustathius) *figuram*
ificare testatur Suidas (ῥυσμὸς κατ' Ἀβδηριτικὴν διάλεκτον
αίνει σχῆμα) ac si dicas *tractum*, (unde Gallicum *pourtraict*) id
delineationem, cum sit à ῥύω *traho*. Declarat autem hic Dio-
ius eandem esse Africæ & Europæ figuram, ita ut declara-
am Africæ figura Europæ figura pateat; Europam qui-
n ad Septentrionem esse, Africam ad Meridiem, eas vero
ualiter quoad longitudinem, ab Occidente ad Orientem,
tensas esse, & Orientale utriusque latus ab Asia termi-
i.

V. 277. Σχῆμα πέλοι κώνου] *Conum* lato sensu hic sumit pro
vis figura à basi lata in acutum æqualiter producta, cum
prie Conica figura soli corpori solido conveniat, quod
basi peripheriam habeat, unde æqualiter fastigiatur ad
icem. Hic quidem dum affirmat Africam & Europam
junctas conum unum repræsentare, id de *triangulo para-*
co, instar pilei in plano depicti, intelligendum, cujus ba-
it linea secundum Nilum, & inde ad Tanain ducta, Afri-
ı & Europam ab Asia dividens: ut in subjecto diagram-
te sit A Europa, B Libya, C termi-
Orientalis, ubi Asia utrique confinis est,
Coni hic vocati basis est, D E latera
æqualia, è quibus D Europam ad Sep-
rionem, E Africam ad Meridiem termi-
; linea intermedia utramque dirimit. Quod si à basi C
ducatur alius ejusmodi Conus Asiam tunc
nitam delineans, duo isti Coni conjuncti
ıram fundæ efficient, cui totam οἰκουμένην
fert Dionysius vers. 7.



V. 281. Τῆς ἤτοι πυμάτην] Europæ descriptionem ab ex-
no ad Occidentem angulo, Hispania scil. auspicatur. Oc-
entales autem Europæ partes, ut Hispaniam, Galliam,
rmaniam, Britanniam, παχυμερῶς, rudius scil. & crasso fi-
describit, paucissimis perstringens, ut qui ex Eratosthene
: Eustathio & aliis videtur) sua fere omnia excerpit, is ve-

ro

ro, teste Strabone lib. 2. Occidentalium & Borealium orbis partium ignorantia summa tenebatur: ipse igitur regionum earum terminos paucis, quasi obiter, delineabo.

V. 282. μεγαθύμων ἔθνος Ἰβήρων] *Iberia* Græcis dicta est, teste Plinio lib. 3. cap. 3, *ab Ibero* fluvio maximo, quæ Latinis Hispania. Eadem etiam tam Græcis quam Latinis *Hesperia* dicta, ob occidentalem situm: quo nomine (Græciæ respectu) ipsa etiam Italia à Græcis appellata. Nominis *Hispania* origo vix satis certa est: si enim à Græca voce σπανὸς nomen deducerem Græcis ipsis vix usitatum, nisi dum Latinos imitantur, aut ab *Hispali* urbe, ut videtur, non admodum antiqua (cum Romanorum coloniam fuisse Strabo lib. 3. affirmet, & Isidorus, Orig. lib. 5. à Julio Cæsare conditam fuisse tradat) vereor ne operam luderem. Ab *Hispano* rege sic appellatam tradunt Justinus & Isidorus, qui an unquam fuerit fides penes ipsos esto. Ab Hebraica aut Syriaca lingua cum Martinio, vocis originem petere, absurdum non videtur, cum à Phœnicibus, qui tot insignes colonias eo deduxerunt, nomen hoc imponi potuerit, ut diceretur ספניא (sicut vox Σπανία à Syro interprete redditur Rom. 15.) quasi *nautica regio*, ab Hebræo ספינה *navis*, ob frequentes Phœnicum navigationes eo factas, & inde (à Gadibus præsertim loco mercatura celeberrimo, Strab. libro 2. & 3.) in Oceanum Atlanticum, & longinquas regiones. Ea peninsulæ fere forma (mari enim ambitur, nisi ubi Pyrenæis à Gallia dirimitur) à freto Herculeo ad Pyrenæos montes protensa, in tres partes dividitur: *Pæticam*, à freto Herculeo & mari Ibrico ad Anam fluvium; *Lusitaniam*, ad Oceanum Occiduum inter Anam & Durium fluvios; & *Tarraconensem*, longe maximam, ab his ad Pyrenæos montes & utrumque mare porrectam. Jure autem hos μεγαθυμους vocat, quippe qui fortiter pro libertate sua dimicantes (præcipue Cantabri, Astures, & Numantini) per aliquot secula Romanorum arma exercuerunt. vide L. Flor. lib. 2. cap. 4. & lib. 4. cap. 1. Urbes olim ibi celebres, in Bætica Corduba & Hispalis, Tarraconensi Tarracon & Carthago nova.

V. 283. Μῆκος ἐπ' ἠπείροιο τετραμμένον] Altera lectio quæ habet τετασμένον, vel rectius τεταμένον, magis mihi arridet quam quidem solam Eustathius agnoscit. Sensus est, quod *Hispania à freto Herculeo longitudine extensa est ad continentem illam quæ Oceano Boreali alluitur* (Cantabriam scil. & Asturiam) cujus Oceani initium facit ad Nerium seu Artabrum promon

nt. inde vero eundem ad Septentrionem porrigi indicat, ec Britanniam & Germaniam alluit. Ponitur autem μηκος Ellipsin pro κατ' μῆκος· & ὀπὶ genitivum regit, ut apud m. Il. β'. ὀπ' ἀκεανοῖο ῥοάων: nisi Hypallagen esse malis, quam necessario confugiendum, si Henr. Stephani conctio admittatur, ut in Figuris notatum.

V. 284. ἔνθα Βρετανοὶ] Qui scil. insularum Britannicarum olæ fuerunt; nulli enim alii ea tempestate Britanni, licet tathius Britannos alios iis cognomines hic intelligi velit; us verbis in errorem ductus, ut videtur, Ceporinus, non intelligi vult qui Britanniam insulam, sed qui Aquitani- Galliæ continentem habitant. At longe fallitur bonus il- ir. Ea quidem Aremoricæ Galliæ pars (quam falso pu- ille Aquitaniæ partem esse) Britanniæ nomen (quod lie tenet, quodque ad Eustathii aures pervenire potuit) quot seculis post Dionysii ætatem induit, cum à Britan- ex insula à Saxonibus pulsis occupata esset. vide Camb- ni Brit.

V. 285. Λευκά τε φῦλα] Candorem vultus notat, qui in rmanis quidem magis conspicuus est quam in Gallis, li- eos à lacteo candore dictos velint. Nec sine causa ἀρει- εῖς vocat; bellicum enim eorum furorem Romani malo experti, deletis tribus legionibus cum duce Quintilio ro (vide L. Flor. lib. 4. & Dionem l. 56.) qui tamen post onysii ætatem majore impetu intonuit, cum Saxones tanniam, Franci Galliam, Gothi Italiam & Hispaniam cuparunt. Germaniam autem obiter tantum hic attingit onysius, dum Borealis Oceani eam alluentis in Hispaniæ scriptione mentionem facit; neque hic locus ei descri- ndæ convenit, cum inter ipsam & Hispaniam Gallia inter- sita sit: sed cum ad locum proprium ventum est, v. 304, ermanos tantum nominat, ut qui minimam regionis il- is notitiam habuerit, licet maximæ Sylvæ Hercyniæ fama ipsum pervenerit. Terminatur autem Germania vetus Septentrionem Oceano Germanico (cujus pars quondam bita jam sinus esse deprehenditur, vide vers. 311.) ad Oc- sum Rheno fluvio, ad Meridiem Danubio, ad Ortum Vi- ula, Ptol. lib. 2. cap. 11. *Germanos* autem Strabo à Romanis dictos censet, quasi *Gallorum fratres*, quod forma & viven- ritu iis simillimos viderent: & nomen hoc recens iis im- ositum fuisse Tacitus testatur; alioque nomine, scil. *Teut- he*, quasi Teutones, inter se appellari hodie notum. Il-

lud

lud igitur mihi arridet : sed si quis è vernacula eorum li gua, cum Vossio & aliis, vocis originem petendam censea ut ex *werre* & *man* facta sit vox *Germanus*, *w* in *g* (quod fi ri solet) à Latinis mutato, (sicut ab Italis hoc ipsum *werre* i vocem *guerra*, à Gallis in *guerre* mutatum) ut virum bellico sum vox significet, cum eo non contendam.

V. 286. ὀρόσκιος] Vox poetica, ab ὄρος *mons*, & ὄσσα *tu mor*, ut *tumulos* reddi posset, nisi diminutivam formam vox haberet. Innuit autem Hercynium saltum, non mod sylvis opacum, verum & montium clivis (Sudetis scil. Sa maticis, & Carpathiis) cinctum fuisse ; unde Plinio *Herc nium jugum* dicitur.

V. 287. βοείη] scil. βύρσῃ, *corio bubulo* expanso. Huic H spaniam (ad quam post aliquot versuum parenthesin reve titur) cum Strabone confert, ita ut corii ea pars quæ ad co lum pertinet sit ad Pyrenæos montes & Galliæ confinia.

V. 288. Τοῖς δ' ἔπι, Πυρήνιον ὄρος] *Pyrenæum monte* (quem Strabo ita dictum refert ἀπὸ τοῦ πυρός, *ab igne* à pastor bus ibi excitato quo sylvæ forte conflagrarunt, alii *à fulm nis ignibus*, quibus obnoxium esse volunt) terminum inte Galliam & Hispaniam recte constituit: ab Italia vero Alpibu à Germania Rheno fluv. dirimitur *Gallia proprie dicta*, *Tran alpina* scil. ex antiquorum descriptione ; cætera Oceano mari Gallico alluitur. Ex altera etiam Alpium parte intr Italiæ late sumptæ terminos, ad utramque Padi ripam, Gal li habitarunt usque ad Rubiconem fluvium, unde ea regi *Gallia Cisalpina* dicta ; cujus incolas è Gallia Transalpina o lim profectos non modo Strabo lib. 4. & Justinus lib. 20 testantur, verum & *Senonum*, *Venetorum*, *Cenomannorum*, *Boio rum*, & aliarum gentium nomina, his cum Transalpini communia, fidem faciunt. Quæ Romanis *Gallia*, Græci Γαλατία, Ptolemæo Κελτογαλατία vocatur, ut à *Galatia Asia tica* (cujus incolæ horum coloni) eam distingueret. Galli enim hi non modo Γαλάται, verum & Κελτοὶ (patrio vocabulo) Græcis appellati, quod nomen Asiaticis, quos Latini *Gallo græcos* vocant, nusquam tribuitur. Et *Celtarum* nomen modo stricte sumitur, pro Galliæ Lugdunensis incolis, ut apud Cæsarem in Comment. videre est ; modo latius, pro omnibus Gallis Europæis ; modo latissime, ut apud antiquissimos, pro omnibus Occidentalibus Europæ populis. vide in vers. 338. De nominum etiam ratione vide in vers. 74. In quatuor vero partes Gallia Transalpina divisa est ; *Aquitaniam*

inte

:er Ligerim fluvium, Pyrenæum, & Oceanum; *Narbo-nsem*, inter Pyrenæum, mare Gallicum, Alpes, Ligeris ntes, & Rhodani cum Arari confluentes; *Belgicam*, inter quanam, Rhenum, & Oceanum Britannicum; & *Lugdu-nsem*, quæ peculiariter Celtica Cæsari dicitur, inter Lug-inum, Oceanum Britannicum, Sequanam, & Ligerim mprehensam. vide Ptol. lib. 2. cap. 7, 8, &c. Urbes olim leberrimæ in Gallia Narbonensi Narbon & Massilia, in A-itania Mediolanum & Burdigala, in Lugdunensi Lug-num.

V. 289. Ἀγχόθι πηγάων] Dionysius Galliam, tanquam re-onem ipsi fere incognitam, paucissimis perstringit, Gal-m proprie dictam vix attingens quidem. Nam cum, post renæi mentionem factam, eam describere deberet, subi-Alpes transilit, & de *Eridano* agit: quo nomine si *Pa-s* intelligendus sit, ut Aristotelis lib. de admir. ausc. & plu-norum aliorum fert sententia (aliqui enim *Rhodanum* etico isto nomine intelligi volunt, teste Plinio lib. 37.).2.) is ex altero Alpium latere oritur, non in Gallia pro-e dicta (quam Romani Transalpinam vocarunt) sed in llia illis Cisalpina dicta, quæ Italiæ pars fuit à Gallis oc-pata, ab Alpibus ad Hetruriæ (quæ Græcis Tyrrhenia itur) fines pertingens. Lato igitur sensu Gallia hic à onysio sumi videtur, ut tam Cisalpinam quam Transalpi-m complectatur; nisi de Eridano tanquam propinquo, m ejus fontes in ipsis Alpibus sint, eum obiter tantum ere censeamus.

V. 290. Οὔποτ' ἐπὶ προχοῦσιν] Fabulam de Heliadum la-mis in electrum conversis (quam, ut & alias fabulas, ηγήσει suæ inserit Dionysius, tanquam suavia seriæ narra-nis condimenta) apud Ovidium legere licet Metamorph. . 2. Eam paucis complectitur Plinius lib. 37. cap. 2. *Pha-ntis* (inquit) *fulmine icti sorores, fletu mutatas in arbores ulos, lacrymis electrum omnibus annis fundere juxta Erida-n amnem, quem Padum vocamus, & Electrum appellatum, niam Sol vocitatus sit Elector, plurimi poetæ dixerunt.* Sol idem ἠλέκτωρ dicitur ab Homero Il. γ'. unde ἤλεκτρον dictum unt, sive quod Heliades istæ Solis filiæ fuisse fingantur, : quod Electrum è populis Solis calore elici censuerint. tini vero *succinum*, tanquam arboris *succum* vocarunt. Si fabulis sese oblectare libeat, etiam avidum animum ab-e satiare potest apud Plinium, loco citato, fabulosis, & plerisque

plerisque absurdis narrationibus de Electri ortu & loc natali, quem tota fere antiquitas ignoravit. Plurimi gum mi arboris cujusdam esse censuerunt, plerique populi, al aliarum arborum; & plerique circa Eridanum nasci volu runt, nonnulli tamen loca longe inde dissita commen sunt. Plinius ipse *ex arbore pinei generis in insulis Septentri nalis Oceani defluere* statuit, ac à Germanis *glessum* dici (*gle* scil. id est *vitrum*, ut Dalechampius opinatur, quod transl ceat & niteat ut vitrum) *& æstu maris rapi ex insulis, & litora expelli, è Germania vero in Pannoniam, & inde ad Venet ferri; quia autem hi Pado proximi sunt, & fœminæ in isto trac monilia è succino gestant, hinc Græcos deceptos circa Eridanu nasci statuisse.* Huic etiam consentanea tradit Solinus cap. 2 Et vera quidem de loco ubi reperitur tradit Plinius (nam Oceano Septentrionali, & mari Baltico, quod ejusdem pa olim habitum, in litus appelli solet:) sed in eo falli videtu quod ex arbore defluere statuat; plerique enim hodie bit minis genus esse censent, quod in Septentrionalibus illis toribus coloris flavi reperitur, ut alibi nigri, idque è lito subjecto in mare scaturiens in aqua paulatim durescit, & co cretum in litora maris æstu ejicitur, uti affirmat Dalecha pius (not. in Plin. lib. 37. cap. 3.) qui & se Gagatem, qu bituminis concreti genus habetur, dimidia ex parte nigru dimidia flavum instar succini, vidisse refert.

V. 295. Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην] Hetruriam post Padum Galliam (Cisalpinam scil.) positam esse priore versu re statuit: si vero hic indicet, Alpium principium inde ad Orie tem esse, nec verba ea alium sensum capere possint, to cœlo fallitur; & miror nec Eustathio, nec alii cuiqua interpreti scopulum hunc quicquam moræ fecisse. Qu enim nescit Alpium principium (quod juxta Liguriam e ad Occidentem respectu Hetruriæ esse? Si quis igitur s num aliquem sensum ex his verbis elicere velit, ἀνατο non pro ortu Solis, sed pro loci ipsius exortu seu initio, s menda est, sicut vox ἀνατέλλειν de re quavis, pro *enasci* v *incipere*, quandoque usurpatur, ut ὀρέων ἀνέτελλον ἐρίπναι, A poll. Arg. 2; quo etiam sensu Dionysius voce ἐπιτέλλεται c ortu Istri paulo infra utitur. Sensus igitur est, circa initiu Hetruriæ (ex Apennino scil. ad Hetruriæ, Liguriæ, & Ga liæ Cisalpinæ confinia) Alpium initium conspici. nisi pl ceat hoc modo locum istum legere, τῶ δὲ πρὸς ἀντολίην, ut d Padi exortu intelligatur, qui prope Alpium initium est.

V. 295

96. Τῶν διὰ μεσογαίας] Μέσος, & hinc μεσόγαιος, voces icæ sunt, per Epenthesin factæ, pro μέσος, ut τειχέσι pro ς. Non autem eo sensu verba hæc sumenda, ac si Rhe- per medias Alpes flueret, (non potuit certe Dionysio in rem venire per claustra ista transitum fluvio patere) sed à mediis Alpibus feratur, quod scil. fontes ejus pro- lpes sint, circa medium spatium inter earum exortum timum terminum; quibus proximi etiam sunt Istri seu ubii fontes; quorum ille ad Septentrionem & Oceanum alem, hic ad Orientem & Pontum Euxinum fertur, ut hic affirmat Dionysius.

qui tamen nimius est; *Promontorium*, inquit, *Diomedis,*
t alii volunt, peninsula Hyllis, circuitu C M passuum.

387. Βυλιμέων τ' ἀκλὰς] Non alios intelligere potest,
eos qui *Bulliones* Straboni lib. 7, & Plinio lib. 3. c. 22,
dantur, quos inter Apolloniam & Ceraunios montes lo-
in Illyrica Macedoniæ ora, ubi etiam Βυλλὶς civitas à
mæo statuitur. Cum igitur, teste Eustathio, nonnulla
plaria Βυλινέων per υ hic habeant, ego istam lectionem,
æ ad Bullionum nomen propius accedit, vulgatæ hic
rendam judico. Videtur autem verum Bullionum si-
Dionysius ignorasse, cum immensum dicat tractum esse
s ad Ceraunios montes. Longus enim terrarum tractus
Hylleos & Bulliones intercedit, tota scil. Dalmatiæ
tudo, & Illyricæ Macedoniæ pars; Bulliones vero à Ce-
iis non longe distant.

388. Ἰλλυρικὸν περὶ χέρσον] *Illyridem*, quæ Ptolemæo
is Liburniam & Dalmatiam comprehendit, & à Strabo-
ra Dalmatiam extenditur ad Acroceraunios montes &
confinia, pro hac ultima solum parte sumit Dionysius
inter Dalmatiam & Acroceraunia sita est, quæ post-
Macedoniæ regibus paruit, sub Macedoniæ nomine
rehensa est, licet ab Illyricis gentibus coleretur, teste
one lib. 7, inter quas Bulliones & Taulantii ab eo nu-
ntur. vide in vers. 97.

389. Κεραύνια] Montes hi, qui aliis *Ceraunii*, aliis *Acro-*
nii dicti, Illyridis partem Macedoniæ additam ab Epi-
terminant: *In ora oppidum Oricum, à Colchis conditum, in-*
itium Epiri, montes Acroceraunia, Plin. lib. 3. cap. 23.
vero nomen sortiti sunt à κεραυνὸς *fulmen*, quasi *fulminis*
is obnoxii, unde & Pyrenæos dictos aliqui statuunt:

— *feriuntque summos*
Fulmina montes. Horat. lib. 2. Od.

390. Κεῖνον δ' ἂν περὶ πόλπον] Circa sinum Ionium, seu
atici initium (vide in vers. 94.) apud Illyricam gentem,

quos Strabo Ἐγχελίους vocat, eosque inter Apolloniam & raunios montes locat. de quibus Lucanus lib. 3.

---- nomine prisco
Encheliæ versi testantes funera Cadmi.

Ἔγχελις enim anguillam significat, quæ

---- longæ cognata colubræ est.

Fabula autem hac de *Cadmi* & *Harmoniæ* uxoris tumulo in lyride conspecto, iisque in ora ista in serpentes conversis Eustathii sententia, significatur eos Thebis huc profec cultiores mores hic exuisse, & in Barbariem degenera notari etiam potest eos inopem vitam hic egisse, tanqu animalia humi repentia & in cavernis latentia. Fortasse ro sub fabulæ hujus involucro mysterium aliud poetæ sæpe solent, occuluerunt. Ut enim *Palladis* nomine, qu sapientiæ deam vocant, & nomine *Mercurii*, quem eloqu tiæ deum indigitant, non raro ipsam *sapientiam* & *eloquent* intelligunt: ita *literas & civilem cultum* denotare possunt nomine *Cadmi* (quem primum *literarum inventorem* prod Solin. cap. 13:) quod quidem nomen à κάζω *orno* ded tur, unde & κόσμος *mundus*; nisi à קדם *Oriens* deduci lis, quod Phœnice, *Orientalis regio*, Cadmi patria habea atque inde literæ & cultiores mores, per Phœnicum n gationes, in Græciam pervenerint. Nomine *Harmoniæ* et *cultura & concinnitas morum* non obscure significatur. draconem à Cadmo Thebis interfectum, literas efferam I bariem è Græcia sustulisse fortasse indicatur: quod v Cadmum & Harmoniam, Græcia peragrata, ad Illyridis minos profectos, & ibi in serpentes mutatos, & tumulo c ditos ferant, exstinctam, ubi in istam oram pervenitur, prorsus sepultam jacere omnem literaturam & civilem di plina , ac plane in Barbariem conversam, non incomm innui potest.

V. 393. ἀπ' Ἰσμηνοῦ] A Thebis quas *Ismenus* fluvius p terlabitur, Solin. cap. 13.

V. 395. ἐρηρέδαται δύο πέτραι] Ἐρηρέδαται Ion. pro ἐρηρεισμ εἰσὶ, 3a plur. præt. pass. à verbo ἐρείδω: fit autem à 3a pers. si ἤρεισται, & addita reduplicatione Attica ἐρήρεισται, mutat in δα, ut à πέφρασται πεφράδαται. Fabulam hanc de duabus tris in hac Illyridis ora, quas collidi refert tanquam Planc aut Symplegadas, (vide vers. 144.) quoties incolis regio illius bellum aut aliud malum impendet, ut motu illo, t quam deorum monitu; mala futura prænuntiarentur, n alibi reperio.

V. 39

ITALIÆ, (demptâ Galliâ Cisalpina) ac GRÆCIÆ, et ASIÆ Minoris Tabula antiqua
Mysiæ Superioris pars
Mysiæ inferioris pars
PONTI EUXINI PARS
THRACIA
Propontis
Lemnos
PHRYGIA PARS
Mysia major
Mare Ægæum
Mare Ionium seu Adriaticum
Mare Siculum
Mare Creticum
Mare Libycum
Mare Thuscum Tyrrhenum seu Inferum
Cretæ pars
Cyclades
Sporades
Carpathus
M. Carpathium
Mare Lycium
Adriaticus Sinus
Ionium Mare
Siculum Fretum
Peloponnesus
Achaia
Elis
Arcadia
Laconia
Messenia
Argolicus Sinus
Corinthiacus Sinus
Creta
Rhodus
Cos
Chios
Samos
Lesbos
Troas
Mysia
Bithynia
Thynia
Phrygia
Lydia
Ionia
Caria
Lycia
Pamphylia
Cilicia
Galatia
Pontus
Paphlagonia
Macedonia
Thessalia
Epirus
Illyris
Dalmatia
Italia
Sicilia
Corsica
Sardinia
Calabria
Apulia
Campania
Latium
Etruria
Umbria
Picenum
Gallia Cisalpina
Venetia
Istria
Liburnia
Dardania
Thracia
Besi
Triballi
Scordisci
Mysi
Troja
Ilium
Sestos
Abydos
Lampsacus
Cyzicus
Nicomedia
Chalcedon
Byzantium
Heraclea
Amastris
Sinope
Amisus
Trapezus
Colchis
Iberia
Albania
Armenia
Cappadocia
Galatia
Phrygia
Pisidia
Lycaonia
Isauria
Cilicia
Syria
Palæstina
Ægyptus
Cyrenaica
Africa
Numidia
Mauritania
Carthago
Utica
Hippo Regius
Tingis
Gades
Hispania
Lusitania
Baetica
Tarraconensis
Gallia
Aquitania
Narbonensis
Lugdunensis
Belgica
Germania
Rhenus
Danubius
Alpes
Pyrenæi Montes
Atlas Mons
Nilus
Euphrates
Tigris
Caspium Mare
Rubrum Mare
Mare Atlanticum
Britannia
Hibernia
Thule

V. 398. Πρὸς δὲ νότου] Ἑλλὰς primo solum aliqua Thessaliæ pars fuit, teste Strabone lib. 9. (quod & ex Homero liad. β. constat) in qua & Ἑλλὰς urbs, eamque ab *Hellene* Deucalionis filio sic denominatam tradunt: postea inde ad utrumque mare, Ionium scil. & Ægæum, & isthmum Corinthiacum, Ἑλλὰς & nomen protensum est. Deinde (exclusa Thessalia, à qua nomen ipsum cepit, postquam Macedonibus paruit) à Thermopylis ad isthmum extensa est Ἑλλὰς, seu *Græcia proprie dicta*; quibus limitibus à Ptolemæo, lib. 3. cap. 15, terminatur, cui eadem *Achaia* dicitur, Romanorum more, qui nomen hoc, stricte uni Peloponnesi regiunculæ competens, ob celebrem eo tempore *Achæorum* famam, toti *Græciæ proprie dictæ* indiderunt. *Helladis* regiones Mela sic numerat, *In Græcia Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Attica, Megaris.* His *Ætoliam* Ptolemæus & plerique alii adjiciunt; Strabo etiam *Acarnaniam*, & universam *Peloponnesum.* Tantem Græciæ nomen latius extensum est, ut non modo *Helladem proprie dictam* (quæ & *Achaia* lato sensu vocata) ac *Peloponnesum*, verum & *Macedoniam* & *Epirum* complecteretur: unde Græcia late sumpta secundum partes has quadrifariam divisa. Et in lato quidem sensu Dionysius Græciæ nomen sumit, dum ad meridiem *super* (hoc est, *ultra*) Thraciam & Oricum ejus initium facit, ut Chaonia (in qua Oricum urbs) & Thracia ejus termini Boreales sint, hæc ab Orientali latere, illa ab Occidentali; ita Epirum & Macedoniam intra Græciæ terminos includit (vide vers. 427, & 430.) Peloponesum tamen ab ea secludit, tanquam mari, insulæ instar, separatam, nisi quod isthmo exiguo, tanquam vestigio, eam attingit, vide vers. 406. Quod ad *Græciæ* nomen attinet, quæ Latini regionem hanc notant, ejus quidem obscura origo est. Sed non modo à Latinis, verum & à vetustis quibusdam Græcis, inter quos est Lycophron (ut & Callimachus à Strabone lib. 5. citatus) regionis hujus incolas Γραικὲς dictos constat. Quod quidem nomen ortum videtur ἀπὸ τῆς Γραίας, quod antiquum fuit Bœotiæ oppidum, cujus Homerus Il. β. & Strabo lib. 3. meminerunt; cum ab oppido enatum fuisse (licet totius tandem gentis commune factum fuerit) Suidas testetur, Γραικοὶ οἱ Ἕλληνες ἀπὸ κώμης τινός· & γλῶ Γραϊκλῶ καλεῖσθαι juxta locum istum nominet Thucydides, ut à Stephano citatur. Postquam apud Græcos ipsos appellatio hæc exoleit, apud Latinos tamen retenta est, qui populum *Graios* & *Græcos*, & regionem ipsam *Græciam*, perpetuo nominant.

V. 403.

V. 403. Πέλοπ& δ' ὄπὶ νῆσ&] Πέλοπ& νῆσ& per tmesin vel dialysin compositæ dictionis hic appellatur, quæ Πελοπόννησος, tanquam *Pelopis insula*, vulgo dicitur. Ea quidem proprie non insula, sed χερσόνησ& est; sed isthmi angustia effecit ut non tantum insula nominetur, verum etiam inter insulas quandoque numeretur, ut à Ptolemæo lib. 7. *Peloponnesus* autem dicta est à *Pelope*, qui è Phrygia coloniam eo deduxit, ibique regnavit, teste Strabone lib. 7. (Πέλοπ& μὲν ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπαγομένῳ λαὸν εἰς τοὺς ἀπ' αὐτοῦ κληθέντας Πελοποννησίους) cum antea, Plinio teste, *Apia* & *Pelasgia* diceretur. *Argos* etiam, teste Strabone lib. 8, tota peninsula olim vocata (ut multis testimoniis ex Homero adductis probat) & quidem *Argos Achaicum*, ut à Thessalia distingueretur, quam *Argos Pelasgicum* vocarunt: licet enim Pelasgi, vaga gens, in Peloponneso aliquando consederint, (unde & ea Pelasgia dicta) præcipue in Arcadia, vide vers. 348; diuturnior tamen eorum sedes in Thessalia fuit. Peninsula hæc in sex regiones divisa est; ita Mela lib. 2. cap. 3, *In Peloponneso Argolis, Laconice Messenia, Achaia, Elis, Arcadia.*

V. 404. Εἰδομένη πλατάνοιο] Similitudo hæc (quæ apud Strabonem lib. 8. & Plinium lib. 4. cap. 4. habetur) cum re ipsa optime congruit. Peloponnesus enim, ut & platani folium, rotunda fere est, nisi quod sinubus multis (ut foliun istud laciniis) intercisa est; folii vero pediculo isthmus similimus est, quem etiam murinæ caudæ ob tenuitatem & angustiam confert Dionysius, folium μυωξίζον vocans, à μῦς *mus*, & οὐρὰ *cauda*, quasi tenuem habens pediculum caudæ murinæ similem.

V. 407. Φύλλῳ δ'] Nomen hoc à verbo ἔοικε, quod in v. 405. præcessit, regi arbitror; ut sensus sit, *Continens ver rotundum ambitum habens folio circumflexuoso* similis est. quod si advertisset Henr. Stephanus, non necesse fuisset (quod ipsi visum necessarium) ut ad insolens aliquid in reddenda voce ἀείμεβ& confugeret; neque enim opus fuit ut ἀείμεβ& reddatur *similis*, cum ἔοικε subintelligatur, neque ut pon censeatur pro ἐν ἀείμεβ&, *in ambitu*, cum commode redd possit per adjectivum *rotunda*, (quæ quidem vera est Peloponnesi figura, sinubus exceptis) eaque significatione adjective usurpatur apud Homerum Odyss. β'. & τ'.

V. 408. ἐστεμμένη] *Circumdata*, vide vers. 4.

V. 409. Τειρυλίδ& ἔθνεα [vel ἔθνεα] γαίης] Ab Eleis incipit, quorum regio Jovis Olympici templo in Olympia urb (quam

quam eandem cum Pisa fuisse Stephanus de urb. & Ptolemæus testantur, unde & eam *Pisam Iovis* vocat Seneca in Troad.) & Olympicis ludis clara fuit. Regionem eam, aut saltem ejus partem, Τριφυλίδα hic dici, versu 413 cum hoc collato, constat. Τριφυλίαν quidem dictam eam Eleæ regionis partem quæ Messeniæ contermina, juxta Alpheum fluvium & Lepræum civitatem, confirmat Strabo lib. 8, qui & sic dictam refert ἀπὸ τῶ τρία φῦλα συνεληλυθέναι, quod *tres gentes*, *Epei* scil., *Minyæ* (vel Arcades quidam, ut alii volunt) & *Elei* in unum corpus coiverint. Corrupte igitur Τριφυλλίδος λ geminato vulgo hic legitur. Videtur autem hic per Synecdochen Τριφυλὶς γῆ pro tota Elide poni; quæ regio, Elidi urbi cognominis, ab Alpheo ad Achaiam protenditur.

V. 410. ἐρατεινότατος ποταμῶν] Non potest epitheton hoc referri ad fabulam vulgatam de Alpheo Arethusæ amore capto, & subter mare Siculum ad ipsam labente, (de qua Virg. Æneid. 3.) ut Eustathius interpretatur; vox enim ἐρατεινὸς non *amantem* aut *amatorium*, sed *amabilem* significat; ideo *amœnissimus fluviorum* à Stephano recte redditur: sed φιλομυθότατος Eustathius cupiebat fabulam istam vel obtorto collo huc trahere.

V. 411. Σχιζόμενος προχοῇσι] Non quasi fluvius unus esset, qui in duos hosce alveos divideretur (quod vox σχιζόμενος hic καταχρηστικῶς usurpata præ se ferre videtur;) sed quod è fontibus vicinis in Asea Megalopolitidis vico uterque fluvius oriatur, quod testatur Strabo lib. 8. Ῥεῖ δ' [ὁ Ἀλφειὸς] ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων ἐξ ὧν καὶ ὁ Εὐρώτας, καλεῖται δὲ Ἀσέα κώμη τῆς Μεγαλοπολίτιδος, πλησίον ἀλλήλων ἔχουσα δύο πηγὰς, ἐξ ὧν ῥέουσιν οἱ λεχθέντες ποταμοί· δύντες δὲ ὑπὸ γῆν ἐπὶ συχνοὺς σταδίους ἀνατέλλουσι πάλιν, εἶθ' ὁ μὲν εἰς τὴν Λακωνικὴν, ὁ δὲ εἰς τὴν Πισᾶτιν κατάγεται. Hoc tamen alii Geographi non agnoscunt; & de ejus rei veritate merito dubitari potest, cum ipse Strabo utrumque mox sub terram mergi affirmet, & longe inde iterum emergere (quibus quidem in locis eorum fontes ab aliis statuuntur) & ipse Strabo παράδοξον esse fateatur quod modo hic retulerat. Sed cur Eurotan *Meßenium* vocat Dionysius, qui per mediam Laconiam juxta ipsam Lacedæmona fluit, nec Messeniam unquam attingit, sicut ipse Dionysius *Amyclæam terram* (*Laconiam* scil., ubi olim *Amyclæ* urbs inclyta, Spartæ vicina) findere affirmat? An quod olim Messenia Laconiæ pars habita, quod Strabo testatur, ideo per Metalepsin

Messe-

Messenium pro Laconico ponit? An vero duas historias hi confundit, alteram de Alpheo, & Eurota Laconico fluvio eodem loco ortis; alteram de Alphei confluxu cum Panis Messenio fluvio (cujus meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 16. qui rursus divisi in diversa feruntur? Hanc quidem errori ansam fuisse mihi persuasum est, quod Panisum hunc (à qu Alpheus vere σχίζεται) eundem cum Eurota fuisse opinatus sit.

V. 414. Καδδὲ μέσην νῆσον] Καδδὲ pro κατὰ δὲ Æolice ponitur, cui dialecto syncopæ tales familiares sunt, ut καββαλεῖν pro καταβαλεῖν. Νῆσον autem hic vocat peninsulam vulgo Πελοπόννησον dictam. vide vers. 403.

κοίλην χθόνα] Quia scil. montibus fere ambitur Arcadia qua de causa ea Syriæ pars quæ inter Libanum & Antilibanum jacet Κοίλη Συρία vocatur. Ita de Laconia Strabo lib. 8. Κοίλη, ὄρεσι περίδρομος. Ad Austrum prope Laconiam Erymanthus est Taygeto vicinus (juxta urbem cognominem, quæ postea Psophis dicta est, teste Pausania) nec longe inde Cronius; à Boreali vero parte Pholoe, Cyllene, Mænalus, Lyceus, Parthenius (qui Ptolemæo Stymphalus dici videtur) continuis jugis ab Achaia eam disterminant, ad Argiam usque pertingentes, Strab. lib. 8. Iidem à Plinio nominantur lib. 4. cap. 6.

V. 415. Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες] Alii Ἀπιδανῆος legunt, ut referatur ad montem Erymanthum: cur vero Arcades ipsi, aut mons ille sic dicatur, haud satis constat. Eustathius quidem ab *Apide* quodam, qui ex Epiro veniens Arcadiam incoluit, *Peloponnesum* totam *Apiam*, *Arcadas* vero peculiariter *Apidaneas* dictos refert, hunc versum ex Arriano in rei testimonium citans,

---- κλυτὸς Ἀπὶς,
Ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.

Strabo tamen nomen *Apiæ* terræ potius ad *Argiam*, & Ἀπιδόνων (sic enim vocat) ad Argivos proprie pertinere censet; veruntamen aliis etiam vicinis regionibus eadem nomina communicata censet. & facile quidem in proximis hisce gentibus hæc nominum communicatio contingere potuit, sive huic sive illi populo nomen primo conveniret; nec veri dissimile est *Apin* illum utrique regioni imperitasse: sic Strabo cum Dionysio & Eustathio conciliabitur.

V. 416. Ἔνθα Μέλας] Duo Arcadiæ fluvii passim memorantur, Erymanthus in monte cognomine ortus, & Ladon, quem

em ἀρχαῖον *antiquum* vocat Dionysius, sicut & Arcadum orum antiquitas passim celebratur, unde προσέληνοι dicti : ibos hosce fluvios in Alpheum defluere testatur Plinius . 4. cap. 6. Tres vero fluvii qui hoc versu nominantur, n vix quisquam alius è veteribus Geographis inter Arca- a flumina eorum meminerit, videntur vel intra Arcadiæ ites orti in alias regiones mox ferri, vel ex octo istis igno- ioribus fluviis esse, quos Plinius, præter duos antea me- ratos, per Arcadiam fluere affirmat. Fortasse hic ille *Me-* est quem Olenum Achaiæ urbem, & hic ille *Crathis* quem haicas Ægas præterfluere asserit Strabo lib. 8, quos è oloe aut Stymphalo Arcadiæ montibus oriri verisimile . *Iaon* verò Dionysio dici videtur, ex Ortelii & Sylburgii tentia, qui Διάγων Pausaniæ vocatur, qui Pisam ab Arca- disterminans in Alpheum fertur.

V. 418. Ἀλχὲ δ' Ἀργείων] *Argia*, quæ & *Argolis* (in qua *nei ludi* juxta *Nemeam* urbem celebrati) ab *Argo* civitate nen sortita est, quondam adeo clara, ut hinc Græci uni- si (teste Strabone lib. 8.) Ἀργεῖοι *Argivi*, ut & *Danai* (quod nen ad Argivos proprie pertinet, à *Danao rege* inditum) ellati fuerint. Laconia vero *Lacedæmone* urbe (quæ & rta vocata, nisi pars quædam urbis proprie *Sparta* dicta rit, ut notat Homeri Scholiastes) Lycurgi legibus & ci- m fortitudine clara, adeo illustris fuit, ut nec auctoris, : nostro stylo egeat.

V. 421. Ἠδ' Ἐφύρης ἀντιπὺ] *Corinthiaci sinus* periphrasis, us litori prætenditur Peloponnesi regio *Achaia* proprie ta (olim vero *Ægialeia*, quasi *litoralis*) usque ad isthmum, *micis ludis* celebrem, sinum hunc ab adverso *Saronico* diri- ntem ; in cujus faucibus, sed propius sinum ab ipsa deno- natum, *Corinthus* sita, olim *Ephyre* dicta, Plin. lib. 4. cap. 4. ide --- *Ephyreïa Lais*) quæ cum Sicyone ab Arato A- iæ adjecta est, teste Strabone lib. 8, quem de hujus urbis itiis antiquis & luxu inde orto consulere licet.

V. 422. Σαρωνίδα κυκλάσιτον] De origine nominis hujus, ii inditi qui aliter *Megaricus* & *Salaminiacus* dictus, teste abone lib. 8, fabulas quasdam insulsas refert Eustathius : n vero, l. 4. c. 5, *à querno nemore* ita appellatum censet, *quo e redimitus fuit, ita Græcia antiqua quercum appellante.* Et ffirmat quidem Hesychius, quercus vetustas & cavas Græ- Σαρωνίδας vocatas, scil. παρὰ τὸ σεσηρέναι, quod *hiare* significat.

V. 423. Νέρθε γε μὴν ἰσθμοῖο] Νέρθε, per aphæresin pro

ἔνερθε

ἔνερθε; de qua voce vide vers. 85. Extra isthmum egressi ὁ περιηγητὴς, Græciæ proprie dictæ descriptionem, Megari omissa, (quam Atticæ olim partem fuisse Strabo testatu ab Attica orditur, ad Ortum hybernum ab Isthmo sita; qu quia *ad meridiem* vergit, *inferior* hic dici videtur. *Atticæ* n men ab *Atthide* Cranai regis filia plerique petunt, Stra lib. 9. Verisimilius tamen est ita vocatam fuisse quasi ἀκ κὴν *litoralem* (sicut *Achaia* proprie dicta *Ægialeia* olim appe lata) cum ad Saronici sinus & Ægæi maris litus exporrec sit, iisque maxima ex parte ambiatur: huc accedit, quc Ἀκτικὴ olim dicta fuit, ut ex Strabone constat; imo ipse alii Ἀκτὴν quondam dictam diserte affirmant. *Quæ nunc At ca, Acte prius dicta*, Solin. cap. 13; sic Plinius lib. 4. cap. Ioniam etiam olim appellatam fuisse, utpote veterum I num sedem (quorum ἄποικοι fuere Iones in Asia) non Ge graphus modo, verum & Plutarchus in Theseo testatur.

V. 424. θεσπεσίου ῥόος Ἰλισσοῖο] *Ilissum* (fluvium exiguu teste Strabone) insignis urbs Athenæ, quam præterlabiti insignem reddidit, quæ (ut vere de ea Plinius) præconii n indiga est, tanta claritas superfluit. Fluvium vero qui l Ἰλισσὸς, Ptolemæo vero Εἰλισσὸς dicitur, à flexuoso & inc vo cursu, Mæandri instar, (scil. à verbo εἱλίσσω *circumvol* nomen habuisse Cl. Salmasio facile assentior: ita Seneca Hippol.

--- *Lenis Ilissus,*
Vt Mæander, per inæquales
Labitur agros. ---

Θεσπέσιος vero, id est *divinus*, hic dici videtur, quod in C reris sacris hoc, tanquam sacro fluvio, mystas lavari m esset.

V. 425. Ἔνθεν καὶ Βορέης] Nota est fabula de Orithyia rechthei Atheniensis regis filia, quam à Borea in Thracia raptam ferunt. Eam à Borea raptam fingi potuit, quod r ptor è Thracia, Boreali regione, venerit; quod Vossio pl cet: neque enim necesse est ut, cum Eustathio, ipsi rapto Boreæ nomen fuisse censeamus. Zethen vero & Calai Orithyiæ filios, poetas inde alatos finxisse, quod cursu pr stantes essent, docet Pindari Scholiastes. Aliam etiam o nionem satis probabilem de Orithyiæ à Borea raptu ref Eustathius, quam Hermiæ cuidam Platonico tribuit, ea scil. vehementi Boreæ flatu ex præcipitio abreptam; und Borea amore capto raptam fuisse fabulati sunt.

V. 42

V. 426. Βοιωτῶν τε πέδον] Cum ἀπὸ τῶν βοῶν, *à bobus*, dedu-
tum videatur *Bœotorum* nomen (cum regionis istius incolæ
lim Aones & Hyantes dicti fuerint, Strab. lib. 7.) omissis
ıbulis quæ afferri solent ad Etymon eruendum, Βοιωτῶν no-
ıen, quasi βοωτῶν (quod, cum fertilissimam regionem incole-
:nt, maxima ex parte bubulci & aratores essent) illis im-
ositum videtur, ut compositum sit ex βοῦς & ὠθέω; sicut sy-
us ursam sequens (quam, Homero teste, etiam plaustrum
ɔgnominarunt) *Booten* vocarunt,

---- *sequitur tardus sua plaustra Bootes.*

lisi ex simplici βοῦς deducta fuerit Bœotorum appellatio,
quod Etymon refert Eustathius) ob rusticos eorum mores
: stupida ingenia; unde Horatius Epist. lib. 2.

Bœotum in crasso jurares aere natum.

cut non tantum Ὕαντες, verum & diserte ὗες *sues*, Bœotiæ
colæ quondam dicti; unde adagium *sus Bœotica*; & Pindari
ud, à Strabone citatum,

Ἦν ὅτε ὕας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον.

Tempus erat cum Hyas [sues] Bœotiæ populum vocarent.

egioni huic à Thebis præcipuum decus, *urbe Athenis* (ut
t Plinius) *claritate non cedente, Liberi atque Herculis (ut vo-
nt) patria.* quod inde fictum videtur, quod Thebani Phœ-
cum coloni eorum cultum ab Oriente deductum primi in
ræciam intulerint: nam non modo Herculem (quod ali-
indicamus) verum & Bacchum Tyrii sibi vendicant, teste
chille Tatio lib. 2. vide Bochart. de Phœnic. col. lib. 1.
p. 18.

καὶ Λοκρὶς ἄρουρα] Λοκρῶν Ἐπικνημιδίων (quibus promonto-
ım Κνημῖδες nomen dedit) regionem præcipue intelligit,
o quorum parte plerique Opuntios habent, vide in v. 365:
autem regio inter Bœotiam & Thessaliam sita. Locros
men Ozolas (qui & ἑσπέριοι *occidui* dicti) monte Parnasso
› his divisos, & ad Crissæum sinum, qui Corinthiaci pars
t, sitos, etiam sub communi hoc nomine comprehendere
detur, cum eorum postea non meminerit, ubi proprio lo-
›, scil. inter Ætolos & Phocenses, de iis tractare conve-
ret.

V. 427. Θεσσαλίη δ' ἐπὶ τοῖσι] *Thessaliam* ἀπὸ τῆς θέσεως ἀ-
ας, *à maritimo situ*, sic dictam verisimile est; Strabo tamen &
ii à Thessalo rege nomen deducunt. Eam, cum Strabone
ɔ.9, late hic sumit Dionysius, ut Phthiotin, Pelasgiam (quæ
inio Magnesia) Thessaliam stricte sumptam, & Estiæotin
com-

comprehendat. Eadem Æmonia, Pelasgicum Argos, & Hellas olim appellata, teste Plinio lib. 4. cap. 7. verum posteriora duo partium potius quam totius nomina fuisse ex Homero, Iliad. β, liquet.

Μακεδονίης τε πόλησι] *Macedoniæ* nomen regioni quæ antea Emathia, Plin. lib. 4. cap. 10, à Macedone rege impositum est, testibus Stephano de urb. & Solino cap. 15. Nomen tamen hoc à nomine Μακεπίας (quo eam aliter appellatam Eustathius aliique prodiderunt, Μακεπία ἡ Μακεδονία, Hesych.) facile deflecti potuit: in quo quidem nominis Cethim seu Chittim (quo in sacro codice appellatur, ut Num. cap. 24. Esai. cap. 23. uti Maccab. cap. 1, ubi Alexander *rex Chetin* vocatur) manifesta sunt vestigia; hoc vero nomen à Chittim filio Iavan, Gen. cap. 10, deductum esse luce clarius est. Macedoniæ nomen intra angustos terminos primo stetit; postea sub jugum Macedonum redactis vicinis regionibus, ad loca propinqua, ut Mygdoniam & Pieriam, extensum est; tandem sub Philippo Thessalia tota, & magna antiquæ Thraciæ & Illyridis pars, ab eo domita, sub hoc nomine comprehensa est (vide in vers. 97. & 327.) ut à Thermopylis ad Orbelum montem, & Nessi fluvii ostia, & ad utrumque mare, porrigeretur, ut ex Ptol. lib. 3. cap. 13. patet. Medios limites ei assignat Dionysius: ut Emathiam, Pieriam, Mygdoniam, & alia vicina complectatur: Thessaliam vero ab ea hic distinguit, & regionem Ionio mari proximam Illyridi assignat, vers. 388. Thraciam vero juxta mare Ægæum ad Pallenen promontorium extendit, vers. 327, licet mediterraneam Macedoniæ partem usque ad Orbelum montem eum protendere ex vers. proximo colligi possit. Inter urbes regionis hujus (*duobus inclytæ regibus, Philippo & Alexandro, & quondam terrarum imperio*, Plin. lib. 4. cap. 10.) illustres fuerunt Pella, Philippi & Alexandri patria, & Thessalonica, à Thessalis à Philippo it victis nomen hoc sortita.

V. 428. Τοῖς δ' ὑπαλύνοντες] Æmi enim initium in Macedoniæ cum Thracia confinio est, ubi Orbelo jungitur; ind vero ad Boream longe exporrigitur, Thraciam à Mysia discriminans.

V. 429. τὸ δ' ἄλλο] Thracia, in qua mons Æmus, Macedoniam ad Boream proprie dictum respicit, à Septentrion scil. nonnihil ad Ortum vergens; huic igitur adversa est Epirus ad Occasum brumalem sita. Transit autem jam Dionysius ad Occidentale Græciæ latus, in quo Epirus, & Helladis pro pri

dictæ pars, Corinthiacum sinum contingens.

. 430. Δωδώνης ἤπειρος] Vox ἤπειρος, quæ *continentem* in
:re significat, quasi ἄπειρος *interminata*, (vide in vers. 8.)
d epitheto hic addito innuitur, per Synecdochen generis
onem hanc peculiariter designat, (quam & Latini Epirum
nt, à Chaonibus, Thesprotis, & aliis gentibus cultam;)
cum ἤπειρος, *continens*, diceretur, respectu Corcyræ, Ce-
eniæ, & aliarum vicinarum insularum, commune illud
en tandem in proprium evasit. Dionysius vero vocem
ος tanquam commune nomen hic sumens, addita voce
νης ad Epirum peculiariter dictam restringit; in ea enim
. Thesprotos Dodone urbs, ubi Dodonæi Iovis templum,
aculum olim celebre, teste Strabone lib. 7, ubi solebant,
ıdum illud poetæ,

Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακοῦσαι;

rcu scil. *Iovis responsa petere*, in qua vasa ærea ita appensa,
quemvis venti flatum pulsata resonarent; unde adagium,
Δωδώνης χαλκεῖον, quod loquacibus applicari solet.

. 431. Τῆς δ' ὑπὲρ] ὑπὲρ hic pro *ultra* ponitur; progredi-
nim à Borealibus ad Australiora; à Macedonia scil. ad
um, ultra quam ad Austrum Ætolia sita est.

τὸ σκοπιὴν Ἀρακύνθου] Mons excelsus per Metaphoram
ὴ, quasi *specula*, dicitur. *Aracynthus* vero mons est juxta
:onem urbem, proprie quidem in Ætolia situs, in qua à
one, lib. 10, locatur. Plinius tamen, lib. 4. cap. 2, & So-
in Acarnania eundem statuunt, quod in regionum ha-
:onfinio sit, quarum limes Achelous fluvius juxta Pleu-
n fluens.

432. τοῦ διὰ μέσου] Acheloum Ætoliam ab Acarnania
ıere affirmat Plinius lib. 4. cap. 1, cui & Ptolemæus suf-
tur: quod si perpetuus harum regionum limes esset, di-
n posset, nisi poetica quadam licentia, eum per mediam
iam fluere; quæ tamen licentia Dionysio non infrequens
ide vers. 351. Sed fluvium hunc regiones has distermi-
tantum ἐν τῇ παραλίᾳ, *in maritima & Australi parte*, ex
one, lib. 10, liquet, cum, ipso teste, per medios Agræos,
icam gentem, superiore parte fluat, uti etiam per Atha-
ıs, quos inter Ætolicas gentes Plinius recenset. Fortasse
Dionysius, dum Ætoliam πεδίον μέγα vocat, & Acheloum
ıediam Ætoliam fluere affirmat, Acarnaniam etiam, aut
partem (licet ea tota à Ptolemæo & Plinio Epiri pars ha-
ır) sub Ætoliæ nomine comprehendit; quod à Latinis

Historicis factitatum, dum Ætolicum bellum describunt. L. Florus, lib. 2. cap. 9, *Ambraciam* (quæ quidem in Acarnania est) *Ætolorum caput* vocat. Partis cujusdam Ætoliæ incolas Κουρῆτας, *Curetas*, olim dictos, ὅτι τῆς κουρᾶς, *à tonsura* ipsi usitata, ex Homero, Iliad. 1, & aliis ostendit Strabo lib. 1; quorum respectu, eos qui ultra Acheloum degebant, qui comam non tondebant, Ἀκαρνᾶνας, quasi *intonsos*, ab α priv. & κείρω *tondeo*, appellatos existimat.

V. 433. Ἀχελωΐῳ] Nota est fabula de Acheloo modo in draconem, modo in taurum, aut hominem taurina fronte convertentem, vide Ovid. Metamorph. lib. 9: quod explicat Strabo de tortuosis fluvii flexibus, instar serpentis aut cornuum. Cum vero cornu ejus ab Hercule abscissum feratur: hoc à Nymphis omnigenis fructibus & floribus adornatum κέρας ἀμαλθείας, seu *cornu copiæ*, factum, videntur significare voluisse, fluvium incommode fluentem eum aggeribus compescuisse, & scissis novis alveis ad loca commoda derivasse atque ita solum ex sterili fertile reddidisse.

V. 434. Τεναχίης ὅθι πόντον] *In mare Siculum* late sumptum, vide vers. 845; quod quidem à Sicilia ad Acheloi ostia ponitur: inde vero, vel, ut alii volunt, ab Eueni ostiis, Corinthiacus sinus initium sumit, teste Strabone lib. 10. Sicilii Τεναχείαν, seu Τεναχίαν dici, frequens & notum est. de nominis ratione vide vers. 467.

V. 435. Ἐχινάδες] Insulis his ad Acheloi ostia positis nomen inditum videtur ab *echinis*, sive marinis, sive terrestribus, quibus abundabant. Quod si id verum esse non comperiatur, locum habere potest ratio alia, quam huic subjungit Eustathius; quod ita dictæ sint ob asperitatem, quam notat Strabo, qua echinos quodammodo referunt, quum non modo *Echinades*, verum & *Echinæ* (fortasse per Metaphoram) à Seneca, & Homero Il. β'. nominentur.

V. 436. Κεφαλλήνων πολίεσσι] Cum *Cephallenum oppida* ἄλλως, quasi *varie dispersa* esse indicet, non tantum insulæ illius oppida, cui *Cephallenia* nomen Ptolemæus & alii primum faciunt, (cum, ex Strabonis sententia, Homero *Samos* vel *Same*, dicatur) intelligere videtur, verum & ea quæ Ithaca & aliis vicinis insulis, præcipue vero quæ in proximo continente, maritima scil. Acarnaniæ parte, posita. Non enim de insulis hic agere poetæ institutum, (de quibus vers. 495 cetur) neque hic insulas, sed oppida Cephallenum nomin & tam continentis Acarnaniæ quam insularum vicinarum co

, Vlyssi olim subditi, communi Κεφαλλήνων nomine (à Ce
quodam, ut ferunt, deducto) ab antiquis appellati sunt
:obat Geographus, & ex Homero, Iliad. β', constat.

Αὐτὰρ Ὀδυσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους,
Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον &c. & paulo post,
Οἵτ' Ἤπειρον ἔχον, ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο.

. 438. κατὰ στόμα Θερμοπυλάων] *Thermopylæ* (Leonidæ &
Spartanorum, qui Persico exercitui se opposuerunt, nobi-
itu claræ) improprie admodum à Livio & aliis historicis
nis sumuntur, pro Oeta & Pindo, & his continuis mon-
, dum Thermopylæ ab ipsis dicuntur per Græciam ex-
i, ut Apenninus per Italiam; proprie quidem Thermo-
: angustiæ sunt mari proximæ, ubi transitus est per Oe-
juxta Heracleam, teste Strabone lib. 9, quę & Πύλαι *Por-*
ocantur, quod angustus ibi inter montes, quasi per *portam*;
itus sit, ut in Portis Caucasiis & Ciliciis, & Θερμοπύλαι, à
nis vicinis. Sed hæc auctoris verba, κατὰ στόμα Θερμοπυλάων,
recte ab Henr. Stephano reddi videntur, *ad fauces Thermo-*
rum: licet enim aliquantum ultra Cephissum & Parnas-
ad Lilæam usque Phocis à Strabone extendatur, qui etiam
:t Daphnuntem, inter Locros Epicnemidios stricte sum-
& Opuntios interiacentem, olim ad Phocenses pertinuis-
nemo tamen ad Thermopylas usque regionem eam ex-
it, cum Locri Epicnemidii interjecti sint. Igitur κατὰ hic
ficat *versus*, vel *è regione*; ut sensus sit, Phocidem ex Bo-
parte ad loca Parnasso subjacentia versus Thermopylas
orrigi. Sic Thucydides, lib. 2, Κεῖται ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀ-
νίαν, *è regione Acarnaniæ sita est.*

. 440. Κηφισσοῦ μέγα κῦμα] Fluvius hic è Pindo monte or-
juxta Lilæam, & per Phocidis partem delatus, uti refert
bo, cum Asopo & Ilmeno tandem miscetur, teste Ptole-
o, lib. 3. cap. 15.

.441. Πυθῶνος θυόεν πέδον] Delphos describit, Phocidis
:m prope Parnassum, Apollinis Pythii oraculo (quod à
inis quibusdam, quas Pythias vocarunt, tripode conscen-
edditum; unde adagium, E Tripode dictum) & Amphi-
onum concilio claram, ut è Strabone, lib. 9, constat. Vr-
vero hanc (quam, ob sacrificia in Apollinis templo fre-
ntia, θυόεν πέδον vocat) Dionysius Πυθῶνα antiquo nomi-
appellare videtur; & Πυθῶνος πέδον per periphrasin, non
:r quam urbem Patavii pro Patavio Virgilius usurpat; nisi
is Πυθῶνος πέδον *Pythonis serpentis solum* hic notare, ut eum

binominem agnoscat Dionysius, cum eundem mox Δελφ
appellet. Homerus quidem Il. β', inter Phocidis urbes
θῶνα πετρήεσσαν numerat; ubi oraculum etiam ante Hom
tempora editum fuisse ex illo loco Odyss. θ' constat,

--- μυθήσατο Φοῖβος Ἀπόλλων
Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ. ---
--- *Effatus est Phœbus Apollo*
In Pytho divina. ---

Quod de Delphico oraculo exponit Geographus, hæc v
ba subjiciens, Δελφοὶ μὲν διὰ ταῦτα γνώριμοι. *Delphi igitur*
pter hæc celebres fuere. Non constat quidem an Πυθὼ, sicu
Πυθὼν, urbem eo loco significet, an vero templum; Sui
enim diserte urbem Δελφοὺς, templum vero Apollinis Πυ
dici statuit. Ex Strabone vero, lib. 9, manifestum est, ips
urbem Delphos Πυθίαν denominatam (κεκλῆσθαι δὲ καὶ
προφῆτιν Πυθίαν, καὶ τὴν πόλιν, ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι, *& vatem*
& urbem Pythiam dictam, à verbo πυθέσθαι,) uti & Πυθῶνα o
vocatam: sic Homeri Scholiastes, πρότερον δ' ἐκαλεῖτο Π
νασσία νάπη, ἔπειτα Πυθὼν, ὕστερον δὲ Δελφοὶ, *Prius vocabatur P*
naßius saltus, deinde Python, postea vero Delphi. In manife
igitur errore est Erasmus, qui in Adagiis Pythium oracul
à Delphico distinguit; imo & ipse Ptolemæus, qui e
fortasse in errorem duxit, dum Pythiam urbem à Delp
diversam, & Delphos a Parnasso longe dissitos, facit: qu
& alibi sæpe loca multiplicare, duplici, aut varie scrip
ejusdem loci nomine deceptum, non semel notat V. Cl. S
masius in notis ad Solinum. Sic Ilvam & Æthaliam insu
diversas facit (cum hæc Græca, illa Latina ejusdem insu
appellatio sit, vide Plin. lib. 3. cap. 6.) uti & in Africa C
peam & Aspida, ut à Bocharto notatum.

ἦχι δράκοντος Δελφύνης] Draconis, quem Apollinis
gittis confixum ferunt, exuvias, ut sentit Eustathius, tripo
appositas esse indicat. Ego vero de effigie draconis poti
intelligendum puto; neque enim poterant fabulosi mons
(quale hoc à Strabone agnoscitur) veræ exuviæ exstare, s
rei fabulis vulgatæ simulacrum hic poni potuit. Draco h
Δελφύνης quasi proprio nomine à Dionysio appellatur, uti
Δελφίνης à Suida, qui urbem inde Delphos dictam putat; si
ut eundem Draconem Πύθωνα *Pythonem* dictum alii volu
(ut Ovidius Metam. lib. 1.) qui & inde urbem Πυθῶνα a
Πυθίαν, & Apollinem Πύθιον denominari censent. Deducu
quidem plerique Pythonis nomen à πύθω *putrefacio*, que

putredine ortus sit: & qui μυθολογιῶν interpretes esse vo-
:, per fabulam de Pythone Apollinis sagittis occiso nihil
d intelligendum putant, quam putredinem aeris Solis
is tolli. Hoc quidem non prorsus displicet; magis vero
i arridet Strabonis sententia, loco modo citato, qui Πυ-
nomen tam vaticinæ fœminæ, quam loco ipsi oraculis
) impositũ sentit ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι, *à sciscitando*, quod homines
onsa ab oraculo ibi peterent. Πύθων autem Serpentis no-
urbis nomine recentius, & ab eo confictum judico, cum
l Homerum extet urbis Πυθῶνος nomen, & Πυθοῦς, ubi
ula reddebantur, cum nondum fabula de Pythone dra-
ficta fuisse videatur. De altero nomine ἐπέχω.

.445. Ἢ ἀπὸ Μιλήτου] *Miletus* & *Clarus* loca Apollini sa-
iere: dii vero è locis sibi sacris modo unum, modo aliud
e credebantur. Sic Virgilius de Venere, Æn. 1.

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
Læta suas, ubi templum illi ----

is quidem *Miletus* Ioniæ urbs (licet Æolicam Eustathius
hic vocet) ubi eximium Apollinis Διδυμέως, quasi *ge-*
, dicti, fanum fuit; *Clarus* vero fanum fuit Apollinis
Colophonem, (qui inde Clarius dictus) cum luco
omine. Utrumque fanum oraculo nobile fuit, Strab.
4; nec dissimilia fuisse videntur, ambo enim à Pausa-
icuntur; οὐκ ἐξειργασμένα ἱερὰ, quasi *templa imperfecta*;
e quod Milesium μαντεῖον septum fuerit sine tecto, &
ntus & extra consitum, uti Strabo testatur, qui & ea-
fere de Clario prodit, Ἡ Κολοφὼν, πόλις Ἰωνικὴ, καὶ τὸ
υτῆς ἄλσος Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾗ καὶ μαντεῖον ἦν ποτε
ν, *Colophon urbs Ionica, & ante eam lucus Clarii Apollinis,*
& oraculum antiquum aliquando fuit. Hinc factum ut
ντεῖον Clarium *lucum* vocent, alii *fanum* vel templum,
enique *fontem* (nam Κολοφῶνος πηγὴν & νάμα μαντικὸν no-
: Clemens Alexandrinus) cujus aqua pota, ut de Casta-
Parnassum fonte fertur, vates divino furore percitos
la edidisse innuit Anacreon in Odis.

Οἱ δὲ Κλάρου παρ' ὄχθαις
Δαφνηφόροιο Φοίβου
Λάλον πιόντες ὕδωρ
Μεμηνότες βοῶσι.

Hi vero Clari ad ripas,
Laurigeri Phœbi

Loquacem bibentes aquam,
Insanientes exclamant.

Et veræ quidem haberi possunt omnes istæ sententiæ, qu doquidem hæc omnia uno in loco conjuncta fuere : vide S mas. in Plin. exerc. Κλάρον ἀπὸ τῶν κλήρων, à *sortibus*, dicta Eustathio & aliis assentior ; oracula enim sortes vocant t alii, tum Ovidius Metam. lib. 1.

--- placuit cœleste precari
Numen, & auxilium per sacras quærere sortes.

V. 447. Ἀλλ' ὁ μὲν ἱλήκοι] Παρέκβασις seu transitio elega Apollinis enim mentione facta, occasionem arripit pri ipsum, deinde Musas, invocandi, atque ita transeundi insulas describendas, invocatione ista, tanquam in lim difficilis incepti, præmissa ; more Homeri, Il. β'. dum Ca logum navium aggreditur.

V. 450. κατὰ μέσσον] Non quidem exacte, insula en hæc extra columnas in ipso Oceano est ; sed cum colum vicina sit, hoc poeticæ licentiæ facile condonari potest, p sertim cum alii ita fere loquuti sint, ut Mela, lib. 3. cap *Gades fretum attingit.* Sed videtur Dionysius Eratosthen imitatus, qui juxta columnas Erytheiam collocat (qu quidem alii eandem cum Gadibus, alii insulam illi pr mam faciunt) teste Strabone, lib. 3, καὶ Ἐρατοσθένης δὲ τὴν ἐγγὺς τῆς Κάλπης Ταρτησίδα καλεῖσθαί φησι, καὶ Ἐρύθειαν νῆσον εὐ μονα, *Et Eratosthenes Calpæ adjacentem regionem Tartessidem cari tradit, & Erythiam insulam fortunatam.*

V. 451. Ἐσχατόωντα Γάδειρα] Γάδειρα (quæ Latinis *Ga* extrema vocat, quod in ultimo Occidente sita sint. De u (quam insulæ cognominem fuisse Strabo, Mela, & alii t dunt) eum hic loqui apparet, quia in insula esse affirmat

V. 453. Ἐνθάδε Φοινίκων] Urbem hanc à Phœnicibus c ditam fuisse (ut ab iis habitatam hic refert Dionysius) te tur Curtius lib. 4, & apud auctores in confesso est : Ita M cianus Heracleota,

--- Νῆσος ἐσχάτη,
Λαβοῦσα Τυρίων ἔμπορων κατοικίαν,
Γάδειρα. ---

--- Insula ultima,
Quæ Tyriorum mercatorum coloniam accepit,
Gades ---

Strabo quidem, lib. 3, se ab ipsis Gaditanis accepisse ref Phœnices ad urbem eam condendam ter navigasse ; &

quid

idem rediisse, quod sacra non litarent, eos vero qui tertio vigarunt urbem hic statuisse.

V. 454. Ἀζόμβροι] Herculem solenni religione hic cultum tabo, loco citato, & alii testantur. Sed eo nomine non rculem Thebanum (si quidem is alius à Tyrio fuerit) sed rium intelligendum nos, cum Arriano, censemus. Tyrii im, urbis hujus conditores, Herculem præ cæteris diis, iquam patrium numen coluerunt, & urbs ipsa illi dicata t, teste Curtio, lib. 4; unde & Μέλκαρθον ipsum vocarunt : Græce vox scribi solet) quasi *urbis* suæ *præsidem* deum, . à מלך *rex*, & קרתא *civitas*: Μέλκαρθος, ὁ καὶ Ἡρακλῆς, *Icarthus, qui & Hercules*, Euseb. præp. Evang. lib. 1. Ab nomine Græcos Melicertam suum (quem & Palæmon vocarunt, fortasse à πάλη *lucta*, ob certamina ab Hercubita) finxisse nullus dubito; cujus cultum cum Theba- Phœnicibus, quorum ii (ut & Gaditani) ἄποικοι erant, epissent, ipsum, uti & Herculem, pro suo vendicabant, asi Thebis nati fuissent, & pro diversis numinibus colerit, cum diversa tantum nomina essent, teste Hesychio, λαίμων δὲ Ἡρακλῆς, *Palæmon vero est Hercules*. Portuum o deum Palæmona fecerunt, quod Tyri, portus inclyti, ses esset, & Phœnicii nautæ ad eum preces conciperent: e doctissimum Fullerum Miscellan. lib. 3. Si quis præter iquum hunc Herculem Tyrium, alium recentiorem, qui pse Tyrius fuerit, à Gaditanis cultum, alium etiam Æ- tium, alium Thebanum, fuisse censeat, ut pluribus hebus hoc nomen communicatum fuerit, cum Cicero de . deor. sex Hercules numeret, cum eo non contendam. probabile quidem mihi olim visum (quod & Doctissimo ssio placere jam video) ducem coloniæ, quæ è Phœnicia les deducta est, ibi Herculis nomine cultum fuisse, cum n ibi sepultum fuisse Mela, ipse Hispanus, affirmet, qui de insula ista habet, lib. 3. cap. 6; *Fert in altero cornu dem cum insula nominis urbem opulentam, in altero templum yptii Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre:* aulo post, ejus ossa ibi sita esse refert. Probabile vero , hunc Tyrium quidem fuisse, sed Ægyptium quibusdam itum, ob regionum istarum viciniam, & communia utri- genti Herculis sacra; nisi Ægyptii simul cum Tyriis in oniam istam deducti fuerint, quod Vossio probabile vi- ur. Solem quidem primi Herculis nomine cultum fuisse i Ἡρακλῆς Græcis dictus, quasi ἠὴρ καὶ κλέος *aeris gloria*) &

duodecim Zodiaci signa ab eo peragrata per duodecim Herculis labores notata, cum Macrobio, arbitramur. Varios tamen heroes eo nomine donare poterant, qui orbem, Solis instar, peragrarunt, & labores obierunt quales Herculi illi fabulæ tribuebant; nec majore jure alium quenquam quam coloniæ Gaditanæ ductorem, qui, quasi Solis æmulus, ita tantum ab Ortu ad Occasum emensus est, & freto perrupto ac Geryone victo, Gades condidit: quod siquid veri habet, quod de columnis fertur ab Hercule erectis, eas & hunc fabulam fuisse verisimillimum, cum Herculi Tyrio eas Strabo adjudicet.

V. 455. Καὶ τὴν μὲν] *Insulam* scilicet; nam cum voce πρὸ recte cohæret vox νῆσον, non τὰ Γάδειρα (quod de urbe antea dictum) nisi Synthesis hic esset; neque urbi nomen Cotinusa convenire potuit; quæ insulæ à Græcis imposita a *oleastris*, quæ Græcis κότινοι, copiose ibi provenientibus, ut Ericusam ab erica, Pityusam à pinis, dixerunt. Hic quidem æque ac in proxima continente, verisimile est oleastros abundasse, unde Græci istius nominis origo, nam in proxima quidem abundasse ex Mela, lib. 3. c. 1 constat: *In proximo fine portus est, quem Gaditanum, & lucus, quem Oleastrum* (forte *Oleastrorum*) *appellant.* Plinius etiam, cum duas insulas nominet, majorem, in qua urbs sita, quæ Pœnis *Gaddir*, *Cotinusa* etiam dictam refert: quod quidem nomen apud Græcos aliquius in usu esse poterat, quam nomen Γάδειρα à Punico *Gaddir* deductum; sed prius proculdubio à Pœnis urbs condita (quod ad Iliaca tempora à Mela refertur) & *Gaddir* nominata fuit, quam aliqua Græca ejusdem appellatio cœpta fuerit, aut ista terrarum ora Græcis innotuerit.

V. 456. ἐφημίξαντο Γάδειρα] Hallucinatur Eustathius, qui sic dictam censet hanc insulam quasi γῆς δεῖρον, & cætera quæ de hujus nominis ratione è Græca lingua affert Etymologus, quisquiliæ meræ sunt. A Phœnicibus inditum hoc nomen, qui quidem Græce non loquuti, testatur hic Dionysius, & apud alios auctores in confesso est. Eos *Gaddir* eam nominasse, quod Punica lingua *sepem* [vel *septum*] significat Plinius lib. 3. cap. 22, ut & Solinus cap. 26. aliique testantur: ideo scilicet, ex Isidori sententia, quod mari undique *septa* sit, partim vasto Oceano cincta, partim tenui freto unico tantum stadio, seu 125 passibus, lato, ab Hispania dirempto; vel, ut Vossio potius arridet, quod Phœnicibus *munimentum* fuerit adversus Hispanos. Γάδειρα τὰ σειρᾷ

μεν

γαδ apud Phœnices significare testatur Hesychius; scil. à voce גדר, quod Hebræis *sepimentum* est. Aliam tamen fuisse Phœnicum Gaddir, eamque inter ipsa Bætis fluvii ostia, aliam quam Γάδειρα Græci, & Latini Gades dixerunt, statuit Salmasius, literarium hujus seculi decus; quia Tartessum olim victam quidam prodidere quam Phœnices Gaddir appellarunt, (ut Salustius in Hist. *Tartessum Hispaniæ civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent*) Tartessum vero urbem juxta ostia Tartessi fluvii (quem Bætin esse Straboni verisimile videtur) veterum aliqui, teste eodem Strabone, vocatam fuisse prodant. Sed licet varia fuerit de Tartesso aliquorum sententia, celeberrimam tamen Tyriorum ἀποικίαν, quam *Gaddir* vocarunt, non aliam quam Γάδειρα seu *Gades* fuisse ex veterum consensu constat, (vide in vers. 454.) & vocabula quidem hæc à Græcis & Latinis ex illo Phœnicum facta fuisse, & eilem loco imposita, plurimi veterum affirmant. Hinc Isidorus, d rem non ad vocem attentus, vocem *Gades* usurpat, ubi Plinius & Solinus *Gaddir* habent: *Tyrii* (inquit) *in lingua sua Gades, d est septum, nominaverunt, pro eo quod circumsepta sit mari.* Nec le alia urbe quam Gadibus intelligendus videtur Salustius, lum Tartessum à Tyriis mutato nomine Gaddir vocatam affirmat, cum ab aliis nomen tam Tartessi quam Gaddir Gadium rbi aut insulæ tribuatur. Plinius enim, qui Gades duas esse enui freto diremptas statuit, *Gadim majorem*, quam vocat, *Cotinusam, & Tartesson*, & *à Pœnis Gaddir* vocatam fuisse diserte ffirmat. Sic de Gadibus Avienus,

Hic Gaddir urbs est dicta Tartessus prius.

Arrianus etiam ἀναβάσ. lib. 2. Tartessi nomen de Gadibus usurpat, de Hercule ibi culto agens: Τὸν γὰρ Ταρτησσοῦ πρὸς Ἰβήρων τιμώμενον Ἡρακλέα, ἵνα καὶ τῆλαί τινες Ἡρακλέους ἀνομασμένοι εἰσὶ, δοκῶ ἐγὼ Τύριον εἶ) Ἡρακλέα, ὅτι Φοινίκων κτίσμα ἡ Ταρτησσός. *Herculem illum qui Tartessi colitur ab Iberis* (vel *juxta Iberos*, ut πρὸς Μεγάροις, *juxta Megara*, Thucyd. lib. 2.) *ubi etiam columnæ quædam sunt Herculeæ dictæ, existimo Tyrium esse Herculem, quia Tartessus à Phœnicibus condita est.* Hæc de Gadibus dici manifestum, celebri Phœnicum juxta Hispaniam colonia, ubi insigne Herculis Tyrii templum, in quo columnæ etiam æreæ Herculeæ dictæ. Vt igitur Salustius eandem cum *Gaddir*, sic hi eandem cum *Gadibus Tartessum* faciunt. At Tartessus (inquies) in insula inter Bætis ostia sita fuisse dicitur, qui situs Gadibus non convenit. Respondeo, hoc sola fere Strabonis, de veterum quorundam sententia divinantis, conjectura (eaque fluctuante & instabili) niti.

niti. Bætica quidem Hispania antiquitus תרשיש *Tarsis*, à *Tarsis* filio Iavan, vocata fuisse videtur, & inde Græcis Ταρτησσις: quod nomen ab urbe quadam *Tartesso* deductam opinati sunt, sed de ejus sede nihil comperti. Testatur ipse Strabo totam Turdulorum regionem *Tartessidem* vocatam (cujus pars ipsæ Gades haberi poterant, tenui freto, quasi fluvio, à continente divisæ, vide in vers. 336.) & ipse cum aliis ambigere videtur in qua ejus parte *Tartessus* urbs collocanda si.; quum modo ex quorundam sententia eam inter Bætis ostia statuat, modo aliorum sententiam referat, nec eis contradicat, qui Carteiam Tartessum fuisse opinati sunt. Bætis quidem ostiis, seu malis ostio (hodie enim unicum reperitur) vicinæ sunt Gades, ut ipse Strabo lib. 3. testatur, τῆς δ' ἐκβολῆς τοῦ Βαίτιδος πλησίον ἵδρυται, *prope Bætis fluvii ostia posita est*: potuere igitur veteres quidam Græci, quibus loca ista minus cognita, licentius loqui de urbe *Tartesso*, quasi ad ipsa Bætis fluvii (quem & *Tartessum* vocarunt) ostia sito, unde illorum verba strictius accepit Strabo, ac si in insula plane interamni eam statuerent, licet ii non aliam urbem aut insulam quam Gades intelligerent; præsertim quum Avienus *Gaddir* tanquam in insula inter Tartessi fluvii ostia describat, eo tamen nomine *Gades* intelligens, ut Salmasius ipse fatetur. Quæcunque vero veterum istorum de insula ad Tartessi ostia sententia fuerit (de qua sentiat quisque quod volet) tota certe inter veteres de *Tartesso* urbe lis est, quam alii Gades esse statuunt, alii Carteiam, Strabo vero inter ipsa Bætis ostia locat, cum de ea ob summam vetustatem vix quicquam comperti sit: nec satis constat an urbs ulla eo nomine fuerit, cum *Tarsis* regionis nomen, cujus frequens in sacris literis mentio, falso pro urbe sumi potuerit. At certe Græci vetusti veram Phœnicum *Gaddir*, quam ipsi Γάδειρα vocarunt, (urbem, ut refert Strabo, ex quo condita fuit perpetuo celebrem, ad Romanum usque imperium) ignorare non poterant, ut falso loco nomen illud imponerent, (quod non ex veterum scriptis, aut fama incerta, ut Tartessi nomen, sed ab ipsis incolis acceperant) nec quisquam eos erroris argueret. Non est igitur cur Salmasio hac in re assentiamur, & propter *Tartessum* incerta sede errantem (quam alii cum *Gaddir* seu *Gadibus* eandem faciunt, alii alibi statuunt) stabilem *Gaddir* loco moveamus; contra veterum fidem, & nominis rationem, *Gaddir* & *Gades* diversa facientes.

V. 457. Νῆσοι δ' ἐξείης Γυμνησίαι] Insularum περιήγησιν à Gadibus exorsus, quas in ipso freto Herculeo fuisse credidit, ad

eas

eas jam procedit quæ in mari Mediterraneo sitæ: recto tamen ordine in hoc versu non progreditur; Ebusus enim, Pityusarum una, propius ad fretum sita quam Gymnesiæ seu Baleares. *Insulæ per hæc maria primæ omnium Pityusæ*, Plin. lib. 3. cap. 5. Gymnesiæ duæ sunt, *major* & *minor*, quas sic dictas vult Eustathius, quod incolæ *nudi* incedant; sed tam Græcis Γυμνησίας quam Latinis *Baleares* dictas eandem plane ob causam, Salmasio πολυμαθεστάτῳ facile assentior, nempe quod insignes funditores essent, hoc unum à pueritia edocti, *Baleares funda bellicosas Græci Gymnesias dixere.* Plin. lib. 3. cap. 5. Hinc Virg.

--- *Balearis verbera fundæ.*

Baleares quidem dictas ἀπὸ τοῦ βάλλειν testatur Diodorus lib. 5; cui consentit Isidorus, lib. 14, à lapidibus funda emittendis Baleares dictas tradens, *βάλλειν enim Græce emittere dicitur; unde & ballista.* A Græco βάλλω antiquum verbum *balio* à Latinis deductum (ut ab ἄλλω *salio*, ab ἄλλος *alius*) censet Salmasius, atque inde *Baliares*, qui & *Baleares* litera mutata. Funditores etiam γυμνῆτας dictos testatur Hesychius, Γυμνῆτες οἱ μὴ ἔχοντες ὅπλα, οἱ δὲ ἀπὸ σφενδονισταί: quod scilicet leviter armati, & quasi *nudi*, pugnarent. Γυμνῆτες & *Baleares* idem valere indicat etiam Strabo lib. 14; & Stephanus *Baleares* nihil aliud valere affirmat quam *funditores*, Βαλιαρεῖς, ὅ ἐστι σφενδονῆται. Sed vocem istam non Græcæ sed Phœniciæ originis esse innuit Strabo, φασὶ δὲ τοὺς Γυμνήτας ὑπὸ Φοινίκων Βαλεαρίδας λέγεσθαι, διότι τὰς γυμνασίας βαλεαρίδας λεχθῆναι, *Gymnetas aiunt à Phœnicibus Balearides vocari, quia ii exercitationes Balearides vocant.* Nec sane probabile est Græcam esse nominis istius originem, quod aliæ quidem gentes, non vero Græci ipsi, usurparunt. Mihi igitur satis arridet etymon istud quod ex Phœnicum lingua (quos huic insulæ diu imperasse ex Strabone & aliis constat) affert doctissimus Bochartus, de Phœn. colon. lib. 1. cap. 35, ut Balearis sit בעל ירה *Baal jare, magister jaculandi*; ut Gen. 49. 23. בעלי חצים, *magistri sagittarum*, hoc est, sagittandi periti. Nec Straboni Phœnicium esse Balearium nomen indicanti dissentit Eustathius, qui Baleares funditores significare refert κατὰ τὴν ἐγχώριον γλῶσσαν, *vernacula ipsorum lingua*, cum incolas Phœniciæ originis fuisse prodatur.

ἄλλη δὲ Βέσσα] Pityusæ duæ sunt, quarum minor *Ophiusa* à serpentium multitudine dicta, major Ptolemæo Ἔβυσσα, aliis Ἔβεσσα, ut hic legendum videatur ἄλλη δ' Ἔβεσσα, quamvis Eustathius non Ἔβεσσα sed Βέσσα hic legat, nec aliud nomen

men agnoscat. A pinis Pityusas ambas hasce insulas dictas (quod statuit Diodorus) verisimilius quam à frutice pineo, ut Plinius opinatur, nisi eo nomine *chamæpityn* herbam intelligat, potius quam *pityusam*, tithymalli speciem; nam à πίτυς fit Πιτυοῦσα, ut ab ὄφις Ὀφιοῦσα, cum frutex πιτυοῦσα ipsi insulæ ὁμώνυμος sit, nec alterum ab altero denominari possit. Diodori sententiam sequitur Marcianus, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων πιτύων, *à pinis* nomen deducens.

V. 458. Σαρδώτ' εὐρυτάτη] *Sardiniæ* & Corsicæ (quarum illam Græci Σαρδὼ, & aliquando Σαρδόνα, hanc Κύρνον vocant) magnitudinem epithetis adjectis indicat: è quibus *Sardinia* quidem à Timæo inter præcipuas insulas primo loco ponitur, Strab. lib. 14. Verius à Strabone ipso Sardinia & Corsica maximæ interni maris insulæ post Siciliam dicuntur, μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρνος μετά γε τὴν Σικελίαν. *Sardiniam* quod attinet, ea primo à Græcis mercatoribus Ichnusa vocata est, quod formam vestigii humani referret; postea, colonia ex Libya eo deducta à Sardo Herculis filio, Sardo seu Sardinia ab eo dicta est, ut Solinus cap. 10, Pausanias in Phocicis, aliique testantur. Non vero Herculis Thebani hunc filium fuisse existimandum, (ut sentit Eustathius, qui Cadmeos & Locrenses eo ab illo deductos refert;) indicat enim Pausanias quis fuerit Hercules ille Sardi pater, nempe Afer quidam, nomine Maceris, qui ob fortia facta Hercules Libycus denominatus est, Ἡγεμὼν δὲ τοῖς Λίβυσιν ἦν Σάρδος ὁ Μακήριδος Ἡρακλέους ἐπονομασθέντος. Historia etiam hæc hinc confirmatur, quod à Ptolemæo in Sardinia nominatur Σάρδου πάτορος ἱερὸν, *Sardi patris fanum*; unde constat eos gentis suæ conditorem pro deo coluisse, quod & alibi frequens. Bocharto tamen videtur nomen Σαρδὼ Phœniciæ originis esse, & idem valere quod Græcis Ichnusa; ut enim Græcis ἴχνος, ita Hebræis צער *saad*, *vestigium* notat; hinc Syris, quibus Epenthesis literæ R familiaris est, ut Heb. עקב *akeb*, *talus*, Syr. ערקוב *arcub*) fit צרער *sarad*, atque exinde Σαρδώ. Pœnis quidem Sardiniam diu subditam fuisse ex historiis notissimum, imo & antiquissimas Phœnicum colonias eo missas testatur Diodorus, ut nomen Punicæ originis esse possit: sed eam de Sardo historiam elevare non audeo, nec constat literam nomini צער à Syris aut Phœnicibus addi; itaque conjectura ista niti haud tutum arbitror. Herbæ venenatæ è batrachii genere hic nascentis multi meminerunt, quæ hominibus rictus ita contrahere dicitur, ut quasi ridentes moriantur, unde adagium, *Risus Sardonius*, de quo vide Isidor. orig. lib. 14. & Erasm in Chil.

Κύρ-

Κύρνῳ, Ἣν ῥά τε Κορσίδα φῶτες] Insulam hanc Κύρνον dictam referunt Eustathius & Isidorus, à *Cyrno* Herculis filio: sed non ea auctoritate nititur hæc, qua illa de Sardo, historia; at si quid veri subsit, alium è filiis aut posteris Maceridis illius fuisse convenit. Iidem *Corsicam* eandem appellatam ferunt à muliere quadam Ligure, *Corsa* nomine, quæ Ligures eo duxit: quod satenus verum esse nihil prohibet: sed cum subjiciunt, eam taurum insequutam mare huc tranare solitum, qui maris hujus latitudinem animadvertit, jure exclamare potest

Tunc immensa cavi spirant mendacia folles.

Κορσίδα seu Κορσίκην hanc insulam aliam etiam ob causam vocari potuisse indicat Eustathius, scil. διὰ τὰς Κόρσους, ὅ ἐστι κορυφὰς τῶν ὀρέων· quod quidem non improbamus, cum montium in ea asperitas à Strabone lib. 5. notetur, & *aridum ac spinosum saxum* à Seneca in Consol. ad Helviam vocetur: sed cum à Dionysio hoc innui affirmet proximo versu, ἔστι γὰρ τῇ ὕλῃ, φησὶν, ἀμφιλαφὴς, longius certe hoc petitum, neque enim idem est *montosum*, & *sylvis densum* esse. Si quid ibi Etymi innuat Dionysius, innuitur potius Corsicam ab arborum *comis* dici; *comæ* enim κόμαι dicuntur, teste Polluce, καὶ κόμας τινὲς ἐκάλεσαν διὰ τὸ κεῖσθαι, arborum vero frondes *comas* passim vocari notum apud triusque linguæ auctores. Sic *nemorum coma*, Horat. Od. 21. b. 1. Neque absurdum cuiquam videri debet nominis hujus quod incolarum proprium esse affirmat hic Dionysius) Etymologiam è Græca lingua petere, cum Græcos quosdam eam coluisse Seneca loco citato testetur. Sed magis arridet doctissimi Bocharti utriusque nominis Etyma, qui Κύρνον, & Lycophronis Scholiastæ Κέρνον, dictam censet à קרן *keren*, *cornu*, quia *multis promontoriis angulosa est*, teste Isidoro lib. 14, quam ob causam Cyprus olim Κεράστις, quasi *cornuta*, vocata est. Eandem vero Pœnis חורשי *chorsi* dictam censet, quasi *sylvosam*.

V. 460. Ἴλῃ δ' ἀμφιλαφὴς] Ἀμφιλαφὴς, quasi ἀμφιλαβὴς, teste Suida (β in φ verso, ut è contrario Macedones φ in β mutant, pro Φίλιππος & Φερενίκη, Βίλιππος & Βερενίκη dicens) *densum* & *copiosum* significat, ab ἀμφὶ *utrinque* & λαμβάνω *capio*, quasi dicas, *quod adeo abundat ut utraque manu*, vel *utrale ex parte*, quocunque te vertas, *capi seu prehendi possit*. Quam insæ in ea insula sylvæ olim fuerint testantur Diodorus lib. 5, Theophrastus hist. lib. 5. cap. 9.

V. 461. Τῷ δὲ μετ', Αἰόλιαι δὲ] Insulæ hæ Siculo freto vinæ, teste Plinio lib. 3. cap. 8, *Æoliæ, Liparæorum, & Hephæstes à Græcis appellatæ, Vulcaniæ Romanis.* Æoliæ dictæ ab Æo-

lo

lo rege, ut Dionysius hic indicat, qui, ut Plinii verbis utar; Iliacis temporibus ibi regnasse fertur. Hephæstiades seu Vulcaniæ vocatæ, *quod quædam earum instar Ætnæ flagrent, ideo hic dictæ sedes deo ignium*, Solin. cap. 12. Liparenses nominatæ, teste Strabone, à Lipara insula præcipua, cui reliquæ aliquando paruerunt; uti una fuit Æoli, alia Vulcani peculiariter appellata, à quibus nomina ista ad universas dimanarunt. Πλωτὰς etiam vocatas, non quasi *fluitantes*, qualem Delon & Planctas fuisse fabulantur, (quamvis & illud voce ea significari possit, ut natatilia πλωτὰ ζῶα vocantur) sed quasi *navigabiles* Dionysius hic testatur; quod nulla ibi brevia aut scopuli essent, quæ impedirent ne circumnavigarentur. Πλωτὴ quidem una ab Homero nominatur Odyss. κ', quo nomine eum Æoli insulam appellasse Eustathius hic testatur: videtur tamen is unus esse ex locis ab Homero nominatis, quorum certum situm non citius invenias quam sutorem qui utres consuit, quibus venti, in Ulyssis gratiam, ab Æolo inclusi; ut facete Eratosthenes apud Strabonem jocatur. Plinius quidem Strophadas duas olim Plotas vocatas refert.

V. 463. Αἰόλε, ὃς θαμιὰ] Vocem θαμιὰ recte explicat Eustathius, dum θαυμαστὰ ejus loco substituit; deducitur enim à θαέομαι voce Ionica pro θεάομαι, ut valeat *spectanda*, cum admiratione scil. sicut *miraculum* θαῦμα dicitur, quasi θέαμα, *spectaculum*.

V. 464. Κοιρανίῃ ἀνέμων κλονεόντων Ἠϊσεμόρων τε] Sic Virg. Æneid. 1.

Æole, namque tibi divum pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.

Cur autem Æolum ventorum imperium habuisse poetæ fabulentur, ratio hæc à Plinio redditur, lib. 3. cap. 9. *E fumo Strongyles, quinam flaturi sint venti in triduum prædicere incolæ traduntur, unde ventos Æolo paruisse existimatum*, quod scil. is, inde sumpta conjectura, futuros ventos nautis prædiceret. An præsagium tale ex fumo & flammis istis captari possit, & qua ratione, quærant meteorologiæ studiosi: eandem vero rationem Solinus cap. 12, & Servius in Virg. amplectuntur, uti & Diodorus Siculus, qui refert Æolum ventorum ταμίαν creditum, quod is, cum peregrinis humanus esset (quod & v. 462 testatur Dionysius) soleret προλέγειν τοῖς ἐγχωρίοις ἀνέμους, παραπηρήσας ἀπὸ τῆς τοῦ πυρὸς προσημασίας, *ventos in ea regione spirantes prædicere, observatis ab igne indiciis*, quodque is primus vela navium invenisset.

V. 465.

V. 465. Ἑπτὰ δέ] *Septem*, cum auctore nostro, numerant trabo, Diodorus, Plinius, Mela, Solinus; atque apud hos mnes, præter unum Melam, de nominibus singularum conenit; nominant enim 1° Liparam, 2° Hieram, seu Vulca-o sacram, 3° Strongylen, Æoli domum, deinde Didymen, hœnicusam, Ericusam, Euonymon. Ptolemæus quidem nuerum auget, dum Vulcani insulam ab Hiera diversam facit, aliam *Strongylen*, aliam *Æoli insulam* nominat, contra tot uctorum consensum; è quibus Strabo & Diodorus Hieram ἱερὰν Ἡφαίστου vocant, cæteri etiam *Hieram* appellatam prount, quia *Vulcano sacra* est, quippe quæ plurimum noctu arit. Non infrequens vero Ptolemæo est insulas aut urbes bimines tanquam diversas describere, ut in vers. 441 notatum. e nomine Πλατῆ in vers. 461 sat dictum.

V. 467. Τρινακίη δ' ἔστι τρίσιν] Siciliam hic describit, cæteis hujus maris insulis magnitudine & claritate præcellenm, Ætna monte ardente, (vide Iustin. lib. 4.) & urbibus ræcis, Messana, Catana, Panormo, aliisque, præcipue vero racusis, urbe inter maximas totius orbis numerata, insiem. Ea *Sicania Thucydidi dicta*, *Trinacria pluribus*, *aut Trietra, à trianguli specie*, Plin. lib. 3. cap. 8. Latinis *Sicilia* dia, ab antiquo verbo *sicilire*, quod veteribus *secare* significavit, ide Turneb. Adv. l. 20. cap. 3.) quod terræ-motu ab Italia im avulsa & quasi abscissa esse credebatur; vide Strab. lib. 1. 6, & vers. 476. *Sicaniam* dictam esse tradunt à *Sicano* duce, lin. cap. 11, vel à *Sicanus*, inter Latii populos à Plinio nueratis, quos inde profectos Siciliam occupasse refert Servius illud Virgilii,

--- *Rutuli veteresque Sicani.*

d mihi valde arridet Doctissimi Bocharti sententia, de Phœc. colon. lib. 1. cap. 30, qui *Sicanos* Siciliæ indigenas esse nset, eosque à Pœnis, qui Siciliæ partem occuparunt, סכנים *Sekanim*, quasi *vicinos*, vocatos, atque hinc Latinum *canorum* nomen factum. Nec displicet prorsus alia ejusdem njectura de nomine Σικελίας, quod ab eo deducitur à nomi: אשכול *eshol*, vel סגול *segol* (quorum illud Hebræis, c Syris, *botrum* significat) ob vinearum in ea insula fertilitem; quam notat Diodorus lib. 13, uti & Homerus Odyss. . 9. Cyclopum regionem (quæ Sicilia fuit) fertilitatis noine celebrans: vina præcipue Mamertina è Sicilia summo im in pretio fuere. vide Strab. lib. 6. Τριναχρία dicta est ἀπὸ τριῶν ἀκρῶν, *à tribus promontoriis*, teste Strabone, lib. 6,

quod

quod & hic à Dionysio vers. 469 innuitur, unde etiam vox Τειναὶς, seu Τειναξία, facta, μετωνομασθεῖσα διφωνότερον, ejusdem Strabonis judicio. Stephanus tamen & Eustathius etiam Τειναλίαν, seu Θειναλίαν, dici posse statuunt, διὰ τὸ τείναι (quod & θείναι vocant) ἑοικέναι: quod quidem probare non possum, si τείναι & nomine *tridentem* intelligant, cui Siciliæ figura minime respondet; quamvis à communi etymo, quod habeat τρεῖς ἀκὰς, *tres* scil. *cuspides*, tam Τειναξία quam Τείναξ non absurde deduci possit, ut in hoc Τειναξίας etymo tres trigoni anguli cuspides appellentur, unde etiam Pindarus eandem Siciliam (teste Eustathio) τειγλώχινα vocat.

ὕπερ πέδον] ὕπερ pro *ultra* manifesto hic ponitur, (quod plerunque fieri, quando accusativo jungitur, apud Grammaticos in confesso est) scil. respectu patriæ Dionysii, de qua vide in vers. 138, quæ cum Borealior esset quam Italia, Sicilia (quæ Italia Australior,) *super* (hoc est, *ultra*) Italiam sita esse jure dicitur.

V. 468. ἐσηκυῖα] Non male in hanc vocem observat Eustathius, Metaphorice dici Siciliam *super tria latera stare*, tanquam *super tres bases*, quia quodlibet trianguli latus basis haberi possit, quod in vers. 331 perperam notavit.

V. 470. Ἀλλ' ἤτοι Λιλύβη] Posidonius apud Strabonem l. 6. promontoriorum horum inclinationem respectu cardinum cœli describens, πρὸς ἄρκτον μὲν τὸν Πελωριάδα, πρὸς νότον δὲ Λιλύβαιον, πρὸς ἕω δὲ τὸν Παχῖνον τίθησι, *Ad Septentrionem Pelorum, ad Austrum Lilybæum, ad Ortum Pachynum statuit.* Vbi in cæteris illi cum Dionysio convenit, Lilybæum autem non ad Occasum, sed ad Austrum vergere statuit. Sed Strabonis ipsius sententia has, quæ oppositæ videntur, commode conciliat, qui mediam promontorio huic inclinationem inter Austrum & Occasum tribuit, ut de Occasu brumali Dionysius hic intelligendus sit: vide in vers. 102. In Bocharti vero sententiam pedibus eo, qui *Lilybæum* à Phœnicibus sic dictum censet quasi לילוב *Lelub*, versus Libyam, quod Africam spectet, ut Mela lib. 2. cap. 7. aliique testantur; sic Diodorus lib. 13. τὸν ἄκρον ἀπέναντι τῆς Λιβύης χερρονήσου Λιλύβαιον, *promontorium Libyæ obversum quod Lilybæum vocatur.* Idem etiam Pachyni nomen à voce Hebraica בחון *bachun*, quæ *turrim speculatoriam* notat, à Pœnis inditum putat; speculam enim ibi esse in mare prominentem refert Fazellus, Dec. 1. lib. 1; uti & hodie Pelorus (olim sic dicta à πέλωρ *monstrum*, ob decantata in freto monstra) *Capo di Faro*, à specula seu pharo vocatur.

V. 473.

V. 473. Τῆς μὲν πρὸς Βορέην Fretum Siculum hic describit, ulis de Scylla & Charybdi infame (quæ, ut & ipsa freti gustia, difficilem ibi transitum navigantibus reddunt:) de ibus consulantur Mela lib. 2. cap. 7, Justinus lib. 4, & E- mus in Adagio

Τὴν χάρυβδιν ἐκφυγὼν τῇ Σκύλλῃ περιέπεσεν.
Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdin.

: autem Scylla, seu Scyllæum, scopulus ab Italiæ parte ominens; quam sic dictam videri volunt fabulosi scripto- à σκύλλος, quod idem valet quod σκύλαξ *catulus*, quod flu- um ei allisorum sonitus canum latratus referre videa- , de quo hic Dionysius, æstus ibi violentiam simul in- ens,

— ἦχι θάλασσα
Συρομένη μαχρῇσι περιβρέμεται σπιλάδεσσι.

arybdis vero profunda vorago est à Siciliæ latere, sic di- , ut plerique volunt, διὰ τὸ εἰς χάος ὑποδύνειν τὰ σκάφη, *d in voraginem eam æstus freti navigia abripiat*, quæ in pro- ndum absorpta postea ad litus Tauromenitanum devolvi untur, teste Strabone lib. 6. Longe commodiores vero iusque nominis rationes è lingua Punica deducit Bochar- , de Phœn. col. lib. 1. cap. 26, ut Scylla sic dicta sit à סקול ,quod Phœnicum lingua *exitium* significat; Charybdis ve- sit הור־אובדן *chor-obdan*, quasi *foramen perditionis*.

V. 475. σπιλάδεσσι] Scopuli Homero & aliis poetis Me- horica dictione σπιλάδες dicuntur, voce à σπῖλος, quod *culam* aut *nævum* significat, deducta, quod in mari tan- am tot maculæ appareant, &, tanquam nævi in corpore; nnihil protuberent.

V. 476. Ἀονίῳ τμηθεῖσα] Supra, in vers. 467, ostensum, tiquis plerisque creditum fuisse Siciliam olim Italiæ ad- sisse, & vel vi fluctuum, ut Mela opinatur, vel (ex Stra- nis sententia, quæ longe probabilior) terræ motu avul- n fuisse, atque ita mare irruisse: hinc urbs in proximo liæ promontorio sita *Rhegium* dictum putatur, quasi *ab- ptum*, à ῥήγνυμι *frango*, Justin. lib. 4. & Plin. lib. 3. cap. 8. De c etiam Virg. Æneid. lib. 3.

— *cum protinus utraque tellus*
Vna foret, venit medio vi pontus, & undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque & urbes
Litore diductas angusto interluit æstu.

nc terrarum divisionem quasi Neptuni tridente factam

quem πολυγλωχῖνα, hoc est, τετραγλώχινα, σίδηρον vocat) poe ce hic describere videtur Dionysius, quippe cui non tanti maris imperium, quod ibi irrupit, verum & terræ motus t buuntur; unde ἐννοσίχθων & ἐννοσίγαιος poetis denominati Cur autem Neptuni tridentem Ἀόνιον σίδηρον vocet, qu *Bœoticum ferrum* (*Bœotia* enim *Aonia* olim dicta) vix sa constat. Eustathius quidem epitheton hoc adjectum aug ratur, quod Neptunus eximie à Bœotis coleretur, vel qu præstantissimum sit Aonium ferrum. Sed de posteriore h ratione me dubitare fateor, neque enim video qua auctо tate ejus rei veritas stabiliatur: priori potius acquiesco, *Aonius* pro *Neptunio* ponatur; cum *Aon*, à quo *Aones* den minati, *Neptuni* filius fuisse feratur, ideo Neptunum, gentis auctorem, solenniter ab iis cultum fuisse verisimi fiat: sic primo *Neptunum* ipsum, deinde per Metalepsin ejus *tridentem*, *Aonium* dici nihil prohibet; sicut non tantu Musæ, verum & earum citharæ, à Nonno in Dionys. Aó dicuntur.

V. 478. Τῆς ἑτέρης] Majoris scil. De Syrtibus hisce vide vers. 104.

V. 480. Μιλίγξ] Insula hæc Lotophagites etiam à Pt lemæo vocatur; & eam Lotophagorum terram fuisse, quos Ulysses appulisse dicitur, Straboni verisimillimum detur: Dionysius tamen & alii plerique eos in continen locant. vide in vers. 205.

V. 481. σκαιὸν πόρον] Latus scil. illud quod Iapygian hoc est, Apuliam, Italiæ partem, spectat, quod à læva est Adriaticum mare navigantibus, ut Illyris à dextra. vi vers. 98.

V. 483. νῆσον] Auctor noster, cum Stephano de urb. M Ia lib. 2. cap. 7, Solino cap. 8, unicam Diomedis insulam n minat, cum Strabo lib. 6. duas, quarum alteram cultam, a teram desertam esse refert, Ptolemæus quinque numere quem numerum in tabulis recentiorum extare, si quæ sc puli potius quam insulæ formam repræsentant annumere testatur Ortelius. Desertis igitur insulis (seu scopulis p tius) omissis, præcipuæ tantum insulæ, quæ sola culta fui Dionysius & cæteri primo citati meminerunt. Eam tumul & delubro Diomedis inclytam esse refert Solinus cap. 8, & Plinius lib. 10. cap. 44, apud quos legere licet fabul quæ de Diomedeis avibus feruntur, in quas Diomedis s cios conversos fuisse poetæ prodiderunt; fortasse quod e

v

alibi quam in Diomedeis insulis circa Italiam aut alias vi-
is regiones inveniantur; neque enim credibile, quod au-
:es isti affirmant, eas nusquam alibi toto orbe com-
ere. Si nullibi alias sint, neque ibi esse credam, sed mera
ecorum figmenta esse, ut Scaliger in Aristot. hist. anim.
natur. In cujus sententiam eo propensior sum, quod in
im descriptione adeo variant auctores; alii enim catar-
as nominant, alii ἐρωδιοὺς (sed candidos) quos plerique
eas interpretantur, nonnulli tamen fulicas; Ovidius cyg-
similes esse affirmat: peculiares vero Plinii & Solini de-
ptiones videre licet locis citatis.

'. 484. χαλεψαμένης Ἀφροδίτης] Non tantum quod bellum
ersus Trojanos Veneri charos gesserit, verum & ipsam
neraverit, ut fabulatur Homerus, Iliad. ε'. Ita Diomedes
d Ovidium, Metam. lib. 14.

— patriis sed rursus ab agris
Pellor, & antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus.

irritatam deam, Ægialeæ ejus uxori tantum furorem
nisisse ferunt, ut cum juvenibus variis, præcipue vero
Sthenelo Cometæ filio, vel, ut alii volunt, cum Cylla-
Stheneli filio consuesceret; à quibus alii domo pulsum
medem tradunt, alii pudore affectum sponte demigrasse,
no in insulas ab ipso denominatas, deinde in Apuliam, &
Ἄργος ἵππιον condidisse, quod nomen postea in *Arpos*
atum fertur. Fortasse ipsum nomen Ἄργος sine epithe-
n *Arpos* versum, (quod Salmasio placet) γ in π mutato,
Bœoti, teste Caninio, γ in β mutent (cui affinis est li-
ω) pro γυναῖκες βανῆκες proferentes, (ut Æoles contra pro
αρον γλέφαρον) β vero per p sæpe à Latinis reddatur, ut
ὴ *papæ*, Κάνωβος *canopus*.

'. 485. Ὁππότε τριλίστων] Τριλλίστων, à τρὶς *ter*, & λίσσομαι
lico, idem valet quod πολυλίστων apud Homerum, ut vere
tathius; sicut τρίσμακαρ, & Latinis *ter felix*, pro *felicissimo*
itur: significat igitur *valde exoptatos*, seu ad quos ut tu-
perveniret multis votis, navigantium more, contenderat.
um & aliam lectionem Eustathius hic agnoscit, τηλίστων
. quod epitheton Iberum genti optime convenit, quippe
xtremo Occidente sitæ, si Hispani eo nomine intelligen-
int.

ἐτεκίαθεν ἔθνος Ἰβήρων] Diomedem in Italiam profectum
igeratum est, nec tantum in Apuliam, verum & in Ve-

netiam eum pervenisse argumentis quibusdam probare niti tur Strabo lib. 5; inter cætera, delubrum ei conditum, & a bum equum ei à Venetis immolari affirmans: non tame certo comperimus à quoquam traditum fuisse, in Hispaniar usque eum pervenisse. Strabo quidem, lib. 3, ubi Hispaniar describit, cum itinerum Æneæ, Antenoris, Diomedis, Men lai, & Ulyssis mentionem fecisset, hæc verba mox subden: ὁ τοίνυν ποιητὴς τὰς τοσαύτας στρατιὰς ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας ἱστρηκὼς, *poeta igitur cum tot tantasque expeditiones in extremas Ib riæ partes memoriæ proditas accepisset*, innuere videtur, Hom rum ex historiis accepisse, non Ulyssem modo (quem Oly sipponem in Lusitania condidisse passim memoratur, propt nominis similitudinem) verum & reliquos ex heroibus ist in extremam Hispaniam pervenisse. An igitur nomine Ib riæ ipsa Hispania intelligenda sit, (cum quidlibet de hero bus suis *Græcia mendax* fingere potuerit) an potius Gallia (cujus pars Venetia olim fuit, vide vers. 288 & 289): quam tam Diomedem quam Antenorem pervenisse sat constans fama fuit, doctis judicandum relinquo. Græci ce te antiqui sub Iberiæ nomine, non tantum Hispaniam, v rum & magnam Galliæ partem comprehenderunt, usque a Rhodanum fluvium, teste Strabone lib. 3, imo & totam Ga liam, Clarissimi Vossii judicio, de Orig. Idol. lib. 1. cap. 3 unde Rhenus fluvius Nonno Dionys. 23°, Ῥῆνος Ἴβηρ dicitu quasi *Rhenus Ibericus*.

V. 487. Ἐξείης δὲ, πόροιο] Insulas jam enumerare aggr ditur quæ ab Orientali Adriatici seu Ionii sinus (ea eni pro Synonymis habet, vide vers. 94) latere sitæ sunt, scil. ju ta Illyridis oram: & ab ultimo sinus recessu earum περιήγη orditur, primo Absyrtidas nominans, Istriæ & Iapidiæ pr pinquas, deinde Liburnidas Liburniæ objacentes; post qu ad Corcyram & alias pergit, extra sinum hunc juxta Epiru sitas.

V. 488. Ἀψύρτου νήσων] Nomine *Absyrtidum*, seu *Absyrtii sularum*, Dionysius (cum Strabone lib. 7, & Plinio lib. cap. 26) intelligit Ἄψορρον Ptolemæo vocatam, & complur insulas exiguas ei vicinas, juxta Istrorum & Iapidum orar Eandem nominis rationem, quam hic auctor noster, afferu Plinius & Strabo, nempe sic dictas *ab Absyrto* à Medea h occiso, ut Colchos ipsam persequentes colligendis ej membris ab ipsa dispersis moraretur. *Iuxta Istrorum oram Cis Pullariæ, & Absyrtides Graiis dictæ, à fratre Medeæ ibi interfe*

A

yrto, Plin. loco citato. Finxerunt scil. Argonautici scriores, à Colchide redeuntes Argonautas è Ponto Euxino erso Istro navigasse, quem ostio uno in sinum Adriati- juxta *Istriam*, (quam ab illo *Istri* ostio sic dictam voluet) reliquis in mare Euxinum se exonerare fabulati sunt, ne ita per mare Adriaticum eos in Græciam reversos. At um ejusmodi ostium Istrum habere supra in vers. 501 ndimus, neque operæ pretium est pluribus fabulæ istius ιαν ostendere; præsertim cum à poetis quibusdam longe c Absyrti cædes facta fuisse tradatur. Orpheus enim in ito Euxino Ἀψυρτίδας locare videtur (juxta quem etiam ianus Ἄψυρτον constituit) & Ovidius Tomos, urbem in cini etiam ora positam, ab Absyrto dissecto nominatam rt Trist. lib. 3. Eleg. 9.

Inde Tomos dictus locus est, quia fertur in illo
Membra soror fratris dissecuisse sui.

isimile quidem est Ἄψορος nomen (quod præcipuæ ex istis lis à Græcis antiquis indi potuit, quod mare ibi refleur, vide vers. 304, ut & urbi in infimo Euxini recessu siob eandem rationem, Ἄψορρος enim Homero, Iliad. γ', *revertentem* significat, & *refluo maris æstui* ea vox tribui) huic fabulæ ansam dedisse, quia à nomine Ἄψορος non ltum abludit. Mela tamen, lib. 2. cap. 7, aliam in Adria ılam *Absorron*, aliam *Absyrtidem* nominat, quod scil apud ersos auctores diversa hæc nomina legerit, nesciens ipsisam Absorron esse cujus nomen poetæ, & alii eos imites, in Absyrtidem corruperant, ut suas de Absyrto fabuei affigerent; neque enim alius quisquam & *Absorri* & *yrtidis* hic meminit.

V. 490. Αἰητίνης] *Medeæ*, *Æetæ* Colchorum regis *filiæ*, e cum Jasone, aureo vellere ipsius opera potito, hac via isse fingitur, & fratris (quem Græci Ἄψυρτον, Latini Abum vocant) membra hic sparsisse.

V. 491. Αἰσσυρίδες] Curictæ, Arbæ, Scardonæ, Issæ, & s ignobilioribus insulis (40 enim numerat Strabo) quæ *urniæ* oræ objacent, proprie hoc nomen convenit: videtur nen Dionysius eas quæ Dalmatiæ propiores, ut Tragum, Phariam, Corcyram nigram, Meliten (à qua catulos elitæos dictos tradit Stephanus, ut & Plinius ex Callimai sententia, quos tamen à Melita insula Siciliæ vicina apllatos refert Strabo) sub nomine hoc comprehendere, uti harum aliquas Strabo Liburnicis annumerat.

V. 492. μετὰ δρυμὰς Κεραυνίας] *Post Ceraunios montes*, de quibus vide in vers. 389, quos sylvis amictos esse hic innuit, ut Pyrenæos montes Æthicus Pyrenæos saltus vocat.

V. 493. φαίνοντο περαιόθεν] Indicat à Ceraunii montibus ulterius ad Austrum progresso apparere Ambracienſiurquas vocat, insulas Acarnaniæ vicinas, & *Corcyram*, alteri Adriatico sinu sitæ ὑμάνυμον, quam distinctionis gratia μέλαιναν *nigram* cognominarunt. Recto autem ordine hic nprogreditur; prius enim occurrit Corcyra quam Ambracienſium insulæ, & ad has præcipue vox περαιόθεν referencest, longe enim ultra Ceraunios montes sitæ Ambracienſiuinsulæ, in proximo vero Corcyra.

Ἀμβρακικὰν] Cephalleniam & alias vicinas insulas cognomine hoc indigitat, quod è regione Ambraciæ Acarnaniurbis, Pyrrhi quondam regiæ, sitæ sint, à qua & sinus Arbracius denominatur.

V 494. καὶ λιπαρὴ Κέρκυρα] Κέρκυρα insula (quæ Latinis, Græcis nonnullis, Corcyra, ε in ο mutato, ut Μεδέων quibudam Morhona, Βερενίκη Beronice) Homero Σχερία dici viditur, Callimacho Drepane, Plin. lib. 4. cap. 12. Ea Phæacum sedes olim fuisse dicitur, Alcinoi hortis (quem, cum iregnaret, Ulyssem naufragum hospitio excepisse refert Homerus) & omni deliciarum affluentia, quam hic notat Dionysius, apud poetas celebris; unde *Alcinoi mensæ* in proverbium abierunt.

V 495. Νηρικίης Ἰθάκης] Inter Νήρικον & Νήριτον Strabo accurate distinguit, (eos reprehendens qui nomina ista confundunt) ut Νήρικον sit Acarnaniæ urbs, quæ postea Leucas appellata, de qua Laertes apud Homerum Odyss. ω'.

Οἵ θ' Νήρικον εἶλον εὐκτίμενον πτολίεθρον.

Νήριτον vero sit Ithacæ insulæ, Ulyssis patriæ, mons, de quo apud eundem Homerum,

Ναυσὶν δ' Ἰθάκην ἐδεήλατο, καὶ δ' ὄρος αὐτῆς
Νήριτον εἰνοσίφυλλον. ——

Distinctio tamen ista apud auctores non perpetuo observatur: Plinius enim istam Acarnaniæ urbem *Neritum* vocat. *Oppidum Leucas, quondam Neritum dictum*, lib. 4. cap. 1. & Ithacam Νηρικίην, si vera sit vulgata lectio, Dionysius vocat; quam quidem à monte in ipsa sito, potius quam ab urbe in continente proxima, denominandam jure censeas. At si Dionysium accurate loqui velimus, nec nomina ista confundendo Stabonis reprehensionem incurrere, necesse est ut

vel

Νηρίτης pro Νηρικίης cum Salmasio hic substituamus; vel Stathio assentiamur, qui denominationem non à Nerito monte sumptam putat, sed à Nerico Acarnaniæ urbe huic insulæ adversa, sicut ab Ambracia urbe ipsis adversa νῆσοι Ἀμβρακικαὶ denominat auctor vers. 493.

V. 496. Νήσων τ' ἀλλάων] Echinadas intelligit ad Acheloïa sitas, de quibus vide in vers. 435. Superiore autem tempore fluit Achelous juxta Chalcidem, Ætoliæ urbem in monte cognomine sitam; non tamen ex eo monte oritur, sed superius ex Pindo, teste Strabone, lib. 10.

V. 498. Πολλὰ δ' Ἀμνισὸν] Recte Ἀμνισὸν Cretam hic reddit Stathius, fuit enim Amnisus Cnossi, Creticæ urbis insignis, vicinale, teste Strabone lib. 10, unde per Synecdochen pro Creta ipsa poni videtur. His quidem tribus versibus, ut lectores volent, non exigua inest difficultas, quæ interpretes plurimum torsit: ita enim sonare videntur ac si *Ægyla, Cythera, Calauria, ad Foream vergant respectu Cretæ, Carpathus vero ad Austrum*; atque eo quidem sensu à Stephano redduntur. At longe aliter se res habet. Ægyla quidem & Cythera (à qua insula Venus Cytherea dicta) ad Occasum respectu Cretæ positæ sunt, nonnihil tamen ad Boream vergentes, saltem Amnisi respectu, quæ à Cnosso ad Austrum sita; Calauria (insula exigua Argiæ propinqua, Neptuni templo & asylo celebris, Strab. lib. 8.) ab Occidua Cretæ parte recta ad Boream posita est: Ita ista non procul à vero absunt. Sin vero Carpathus (à qua Carpathium mare denominatum) ad Occasum respectu Cretæ statuatur, toto cœlo erratur; recta enim ad Ortum sita est. Nec nodum hunc solvit altera lectio, quam aliqui hic admittunt, ποτὶ νότον pro ποτὶ ζόφον substituentes, cum respectu Calauriæ solius hoc intelligi constructio non sinat, neque Carpathus respectu Amnisi quicquam ad Meridiem vergat, minimum etiam respectu Ægylæ & Cytherorum. Melius Eustathius intricata hæc expedit, ut verba illa ποτὶ ζόφον ad tres insulas primo nominatas referantur, innuendo eas illa Cretæ parte in qua Amnisus sita Boliores esse, & *ad Occasum* simul vergere, cum Carpathus alia parte, ad Ortum scil. sita sit. Ita igitur verba auctoris construere cogitur, Πολλὰ δ' Ἀμνισὸν βορειότερα ἐρέωνται ποτὶ ζόφον, Αἴγυλα τ', ἠδὲ Κύθηρα, Καλαύρειά τε πρηχεῖα· Κάρπαθος δ' ἑτέρωθι, ποτὶ ἀνατολὰς δηλαδή. *Multæ vero Amniso* [Cremagis *Boreales conspiciuntur ad Occasum* vergentes, *Ægyla Cythera, & Calauria aspera; Carpathus vero ex altera parte,*

ad Ortum scilicet. Verissime hæc (quicquid contradicit Pa-
pius) si sensum respicias: sed dutius est hyperbaton, i
verba πρὸς ζόφον, tot interpositis, ad locum istum reducantu
Papii igitur constructio, quippe quæ minus coacta est, po
tius mihi arridet, ut, puncto post ἑτέρωθι posito, πρὸς ζόφον a
sequentia, ad Cretam scil. referatur. Itaque versum 500 si
legimus,

Κάρπαθος αὖθ' ἑτέρωθι. πρὸς ζόφον ἔγγυθι δ' αὐτῆς Κρήτη τιμήεσσα
atque hoc modo reddimus, *Carpathus vero ex altero latere po-
sita est,* (de Orientali latere hoc, secundum Eustathii senten
tiam, intelligendo) *ad Occidentem vero prope ipsam Creta,* &
In cæteris Eustathii interpretationem supra recitatam am
plectimur; ut scil. intelligatur tres insulas vers. 499 me
moratas non tantum Borealiores esse (quod à Dionysio ex
primitur) verum, quod manifestius, ad Occidentem etiam s
tas, (quod ex ordine ipso innuitur quo procedit Dionysiu
dum à Cephallenia & Ithaca ad has progreditur;) cujus situ
respectu Carpathus dicitur ἑτέρωθι, hoc est, *ad Orientale Cre
tæ latus,* posita.

V. 501. Κρήτη τιμήεσσα] Insula hæc, quæ centum urbibu
(quarum celeberrimæ Cnossus, Gortyna, Cydona) oli
stipata fuisse perhibetur, unde poetis ἑκατόμπολις dicitu
(quanquam eos *lingua prodigos fuisse, oppida pro urbibus nu
merantes,* Solino facile assentior) Minois legibus clara fuit,
quibus Lycurgus Lacedæmonius suas accepisse dicitur
Strab. lib. 10. *Iovem* etiam *ibi natum* (quod hic prodit auctor
imo *& sepultum, & ibi sepulchrum ejus conspici,* memorat
Mela lib. 2. cap. 7, & Solinus cap. 17; & Callimachus, in hy
mno Jovis, in Ida monte natum prodit,

Ζεῦ, σέ μεν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι.

Cum vero pluribus regibus Jovis cognomen veteres in
diderint, nec uni tribui possint omnia quæ de Jove memo
rantur, hunc quidem eum fuisse confirmant historiæ qui Eu
ropam rapuit, in navi quæ taurum pro insigni habuit (ut fa
bulam explicat Lactantius lib. 1. de fals. relig. cap. 11.) ear
Gortyni vectitatam refert Solinus cap. 17. ac Jupiter ill
Cretensis, de quo multa refert Diodorus Sic. vero nomin
Asterius dictus est, si Eusebio fides. Cretæ nomen insula
impositum à Crete rege antiquo, Anaximander, teste Solino
uti & Ephorus à Marciano citatus, aliique prodiderunt
alii à Curetibus sic dictam volunt per syncopen, quasi Κουρ

τῶν

λω, teste Eustathio; sicut Curetin olim dictam Plinius etiam & Solinus testantur.

V. 502. Πολλή τε λιπυφή τε] *Magnitudinem* quod attinet, inter insulas totius orbis tunc cognitas, peninsulis etiam quibusdam accensitis, nona numeratur à Ptolemæo lib. 7. cap. 5, 320 *M Pass. longitudine porrecta*, Plin. lib 4. cap. 12. *Fertilitatem* quod spectat, *largavitis, mira soli indulgentia, arborarii proventus abundantes*, Solin. cap. 17. Inter cætera naturæ dona, *lupos, vulpes, aliaque quadrupedum noxia nunquam educat, serpens ibi nulla*, ut Solinus, loco citato, aliique testantur; *neque ullum animal maleficum, præter phalangium aranei genus*, Plin. lib. 8. cap. 58. ne donum illud sola jactet Hibernia, aut Patricio suo acceptum referat; nam etiam ætate sua nullum ibi anguem fuisse memorat Solinus cap. 24: atque idem de Ebuso produnt Plinius lib. 3. cap. 5, & Mela lib. 2. cap. 7.

Ἴδης ὄρος Ἴδη] *Idam* montem (quam *super Cretam* esse dicit, quippe *supra* reliquam insulam eminentem) ab Ida Trojæ vicina nomen accepisse refert Geographus, à Teucro scil. impositum hinc in Troadem profecto; unde & Anchises apud Virgilium Æneid. 3.

Creta Iovis magni medio jacet insula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ.

Mons hic eo præcipue nomine celebratur, quod Jovem à Rhea matre in eo educatum prodant, Idæorum Dactylorum seu Curetum ministerio. *Inter colles, quod ibi nutritum Iovem accepimus, fama Idæi montis excellit*, Mela lib. 2. cap. 7. Et à Curetibus illis *Corybantia æra*, hoc est, sacra Rheæ seu Cybeles in Phrygia à Corybantibus peracta, Virgilius loco citato deducit: uti & Græci quidam veteres sacra ea è Creta in Phrygiam traducta fuisse opinantur; licet alii contra sentiant è Phrygia in Cretam delata, ut videre licet apud Strabonem lib. 10. de Curetibus & Corybantibus prolixe differentem: vide & ea quæ à nobis in vers. 524 notantur. Fabulæ autem mysticæ cum historia à veteribus, ut fieri solet, hic miscentur: cum enim Jovem in Creta natum & sepultum prodant, id de Cretensi rege intelligendum; quod vero eundem Saturno & Rhea natum tradunt, & ei Curetum ministerium tribuunt, quale à Corybantibus Phrygiis Rheæ peragitur, hæc à Iove φυσικῶς (quo nomine æther cultus, qui qua ratione Rheæ filius diceretur, vide Vossium de orig. Idol. lib. 2. cap. 59.) ad hunc traducta videntur; nisi forte dum Cretensem hunc Jovem Κρόνῳ, seu *Saturno*, & Rhea ortum

ortum ferunt (quorum altero χρόνος *tempus* significatur, altera *tellus*, vide in vers. 524) tantum innuatur eum hominem fuisse, & in tempore è terra ortum. Sed sacra ista proprie conveniunt Iovi deorum summo (quem etiam χρόνῳ, hoc est *tempore*, ortum putarunt, ab æterno non fuisse innuentes) is æther est; quo nomine non tantum cœlum (qui Persis est Iupiter, teste Strabone, lib. 15, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία) verum & aerem intellexerunt, tenuem præsertim & purum (quem ejusdem cum cœlo naturæ putarunt,) nebulosus enim est Iuno, quod innuit Seneca, Quæst. nat. lib. 3. cap. 14, *Aera marem judicant, qua ventus est; fœminam, qua nebulosus & iners.* Iovi hoc sensu sumpto fulmen tribuitur, isque βρονταῖος, ἀστραπαῖος, & νεφεληγερέτης dicitur: neque insolens est cœlum aut aerem Iovem appellari, ut Horat. lib. 1. Od. 1.

— *manet sub Iove frigido*
Venator —

Hunc Græci Ζῆνα appellasse videntur ἀπὸ τοῦ ζῆν, quasi vitæ auctorem, quod calore cœlesti animalium vitâ conservetur, ut & aere inspirato; quod innuitur illo Virgilii,

— *superatne & vescitur aura*
Ætheria? —

V. 504. μέγεθος περιώσιον] De voce περιώσιον vide in vers. 568.

ἄντα δὲ πέζης Αἰγυπτίης] Non quidem è regione Ægyptiaci Delta, ut censet Eustathius, sed occiduæ Ægypti partis circa Parætonium & Catabathmum.

V. 505. Ῥόδος ἐστὶν] Insula hæc Cariæ vicina, Telchinum olim sedes, nautica arte & literarum studiis celebris fuit, (vide Strab. lib. 14.) & Soli sacra habebatur, quippe in qua nullum diem adeo nubilum esse ferunt, quin Sol aliqua hora eam lustret, Plin. lib. 2. cap. 62. eamque Solis beneficio ex aquis prodiisse ferunt, quibus antea tegebatur: quod sic explicat Diodorus, quod, cum paludibus conserta esset, iis Solis calore exsiccatis, fœcunda evaserit. Summum huic insulæ decus addidit Solis Colossus æreus, 70 cubitos altus, cujus digiti majores quam pleræque statuæ, Plin. l. 34. cap. 7: de quo extat Simonidis Epigramma, hoc modo legendum, ut ex Strabone constat,

Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ἑπτάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Frustra vero sunt qui Rhodios ab hoc Κολοσσαεῖς dictos putant, (inter quos est Eustathius) & ad hos missam volunt

Pauli

Pauli ad Coloſſenſes epiſtolam; cum ea ad Coloſſas miſſa fuerit, Phrygiæ urbem (cujus Plinius & Strabo meminerunt) Hierapoli & Laodiceæ vicinam, quarum in eadem epiſtola mentio fit; quam quidem ſub Nerone terræ motu corruiſſe refert Euſebius in Chronicis.

Ἰηλυσίαν πόδον ἀνδρῶν] *Ialyſus*, quæ Ionice Ἰήλυσος, inter Rhodias urbes ab Homero recenſetur, Iliad. *β*, qui tres quidem numerat (quas à tribus fratribus conditas & denominatas traditur, ut videre eſt apud Strabonem lib. 14.)

Λίνδον, Ἰήλυσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

Celebris fuit Ialyſi, hujus urbis conditoris, pictura, Protogenis opera, teſte Strabone; à quo Heroe, aut ab urbe ipſa, per Synecdochen Rhodios Ialyſios hic vocat Dionyſius. Trium harum urbium incolas pleroſque in urbem Rhodum, inſulæ cognominem, ante ætatem ſuam commigraſſe prolit Strabo, quod & à Plinio innuitur: unde mirari ſubit, nullam à Ptolemæo urbis Rhodi mentionem fieri. Telchinas, qui Rhodum aliquando tenuiſſe dicuntur (unde ipſa *Telchis* olim vocata, teſte Strabone lib. 14, uti & *Ophiuſa*, à ſerentibus quibus ſcatebat) βασκάνους φασὶ καὶ γόητας, inquit Strabo, *faſcinatores & præſtigiatores fuiſſe ferunt*; unde non male auguratur Bocharus, iis à Phœnicibus nomen hoc impoſitum, nam לחש *ta'chis*, eſt *incantator*, à verbo לחש *lachas*, *incantare*.

V. 506. Χελιδόνιαι] *Chelidoniæ* inſulæ (vel ſcopuli potius, ut à Ptolemæo & aliis vocantur) à Strabone cum auctore nostro tres numerantur, à Ptolemæo quinque, ſitæ juxta Lyciæ promontorium, quod iiſdem Sacrum vocatur, Plinio vero, lib. 5. cap. 27. (qui pro parte Tauri illud habet) Chelidonium, ab inſulis hiſce vicinis; *Inde vaſtum ſinum Taurus premens, ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio diſtermiat*: niſi *Chelidonion*, hoc eſt Χελιδονιῶν, ibi legendum ſit, ut Chelidoniarum promontorium ſignificet, de quo ambigere videtur Salmaſius. *Chelidoniæ* autem dictæ ſunt quaſi *hirundinariæ*, quod in iis hirundines (ex Cl. Salmaſii ſententia) æſtate ſe conderent, ut in aliis ſcopulis ſolent, quod tam veteres quam recentiores teſtantur; ſic Ovidius,

Cùm glaciatur hyems ſcopulis ſe condit hirundo.

V. 507. Παταρηΐδ' ἔνδοθεν ἄκρης] Intra ſinum illum vastum à Plinio memoratum, inter Pataræum promontorium & Siden Pamphyliæ urbem comprehenſum, de quo vide Serv. 127; cujus ſinus cum extimus ad Occidentem termi-

nus

nus, sit Pataræum promontorium, insulæ in illo sitæ intra promontorium illud positæ dicuntur, ut Ægyptus inferior ἔσω Σερβωνίδος & ἅλμης, vers. 253.

V. 508. Κύπρος δ' εἰς ἀγχὰς] *Cyprus* insula, *è quinque maximis interni maris, quondam novem regnorum sedes*, Plin. lib. 5. cap. 31. (quæ & olim *Cerastis* appellata à promontoriis multis, tanquam *cornibus*, in ea extantibus) omnimoda fertilitate, teste Strabone, lib. 15, præcipue vero æris fodinis, nobilis fuit; de quibus vide Galen. de simp. facult. Hinc *Cyprum*, vel *Cuprum*, non tantum pro ære Cyprio, verum & pro omni ære, (ut *chalybs* non tantum pro *ferro Chalybico*, verum & pro quovis ferro præstante) usurpatur: vide Salmas. not. in Solin. p. 1094.

Παμφυλίης ἔνδοθι κόλπου] Videtur Dionysius *Pamphylium mare* cum *Issico sinu* confundere, ea pro synonymis habens, cum, vers. 129, ab Isso Ciliciæ urbe ad Pataræum usque promontorium Issicum sinum produxerit, hic vero Cyprum (quæ intra eosdem terminos sita est) intra Pamphylium sinum constituat. Proprie vero sumptus Issicus sinus ab Oriental latere Cyprum alluit, Pamphylium vero mare ab Occidentali: ita de Cypro Strabo, lib. 14, τὰ ἑῷα τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου τὰ δ' ἑσπέρια τοῦ Παμφυλίου κλυζόμενα πελάγη: *Pars Orientali Issico sinu, Occidentalis Pamphylio mari alluitur.*

V. 509. ἄζυ Διωναίης Ἀφροδίτης] Veneri sacram esse Cyprum vulgo notum, unde ipsa Κυπρὶς dicitur, & à Papho præcipua urbe, Paphia dea. Per Tapinosin quidem insula tota ἄζυ dicitur, ut Samothracia Κορυβάντιον ἄζυ, vers. 524 voce autem ea innuitur, Venerem per insulam totam adeo solenniter cultam, ut ea ibi versari, quasi in urbe propria aut sede ipsi dicata, dici possit; qualem Paphon vocat Virgilius, Æneid. 1,

Ipsa Paphon sublimis adit, sedesque revisit
Læta suas. —

Quod ad vocem Διωναίης spectat, ea ἀπὸ τῆς Διώνης *à Dione* deducta est. Dione autem aliis Veneris mater est, ut Servio in Virgilium, ipsique Homero, apud quem Venerem vulnera tam solatur mater Dione. Hoc sensu si sumatur Διώνη, vox Διωναίης *Dionææ* congruum Veneris epitheton est, denominativi forma. Aliis vero Dione ipsius Veneris cognomen habetur; sic Suidas, Διωναία ἡ Ἀφροδίτη, καὶ Διώνη ἡ αὐτή. Vossio placet hæc sententia, & favet ipsa nominis ratio; videtur enim Διώνη patronymicum esse Ionicum, *Iovis filiam* notans (ut d

(ut de Venere perhibent) quippe à voce Διὸς *Iovis* deductum, ut Ἰκαριώνη, *Icarii filia*. Si eo sensu sumatur Διάνη, denominativum Διανεῖον inde deductum proprie significat quod ad Venerem pertinet; ut Cæsar à Virgilio, Georg. lib. 1, *Dionæus* dicitur, quod à Venere originem duxerit,

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Sic ipsi Veneri minus convenire videtur, ut Διωναίη adjective dicatur. Potest tamen hic Διωναίη substantive pro Διώνη usurpari, per Epenthesin poet. ut Σελωναίη pro Σελώνη, & Ἀθωναίη pro Ἀθώνη, præsertim cum Homerus Παλλὰς Ἀθηναίη dicat, ut auctor Διωναίῃ Ἀφροδίτῃ, per Appositionem quam vocant. Si cui scire libeat quid per Venerem istam à Cypriis cultam φυσικῶς intelligendum sit; respondeo, Luciferum stellam, quam & Venerem vocant, pleroſque censere hoc nomine cultam fuisse: cui opinioni favet Porphyrius apud Euseb. Præp. Evang. lib. 3, qui rationem hanc addit, cur pulcherrima dea habeatur, quia idem Phosphorus & Hesperus, quæ pulcherrima stella, Hom. Il. χ'.

Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

Sed quicquid ea de re sentiendum sit, ab Orientalibus certe gentibus illius deæ cultum Cyprii acceperunt, deinde à Cypriis Cytherii & alii Græci, quod testatur Pausanias in Atticis; πλησίον δὲ ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας, πρώτους δὲ ἁπάντων Ἀσσυρίους κατέχει σέβεσθαι τὴν οὐρανίαν, μετὰ δὲ Ἀσσυρίους Κυπρίαν Παφίους καὶ Φοινίκων τοὺς Ἀσκάλωνα ἔχοντας ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, παρὰ δὲ Φοινίκων Κυθήριοι μαθόντες σέβονται. Hic Οὐρανία seu Cœlestis dea, Lunam, reginam Cœli Jerem. cap. 7. dictam, potius quam Luciferum notare videtur, quæ longe stellis omnibus pulchrior, ut pulchritudinis dea haberi possit. Hæc dea Ἀστάρτης nomine (ut à Græcis scribitur, Hebræis enim est *Astaroth*) à Phœnicibus colebatur, teste Philone Byblienti apud Eusebium, τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες Ἀφροδίτην εἶναί φασι: quod & Suidas testatur, Ἀστάρτη ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη, quam etiam Luciferum stellam ipse interpretatur. Lucianus tamen, ipse Syrus, Lunam eo nomine culam opinatur, Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω Σελωναίην ἔμμεναι. Hoc etiam inde confirmatur, quod Astartes capiti caput bubulum imponeretur, cujus cornibus Luna corniculata repræsentatur; & Horatius in Carmine Seculari de Apolline & Diana, hoc est *Sole* & *Luna*, conscripto, Dianam inter cætera Epitheta *Genitalem* vocat, ut à Vossio notatur,

Rite

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres,
Sive tu Lucina probas vocari,
Seu Genitalis:
Diva, producas sobolem, patrumque
Prosperes decreta super jugandis
Fœminis, prolisque novæ feraci
Lege marita.

Videtur igitur *Luna*, ut *Genitalis*, quatenus scil. in conceptu & partu summam efficaciam habet, (quod Galeno & aliis medicis perspectum) *Venus* vocari. Eandem quidem Venerem & Lunam esse affirmat Philochorus apud Macrobium, Sat. lib. 3. cap. 8. Sed quod ad nomen spectat, Ἀφροδίτη Græcis dicta videtur quod semen sit ἀφρῶδες, *spumosum*.

V. 510. Ἄραδος] Insula hæc exigua, seu potius πέτρα κατάκλυστος, Strab. lib. 16. (cui alia insula cognominis in sinu Persico) à Phœnices parte Septentrionali 20 stadiis distans, licet ambitus ejus 7 tantum stadiorum sit, memoratu tamen digna fuit, quod tota habitationibus occuparetur, & parti vicinæ Phœnices imperaret, Strab. ibid. *In quantum patet, tota oppidum*, Mela lib. 2. cap. 7. Hujus insulæ incolæ sunt qui Arvadæi dicuntur, Gen. 10. 18, Canaanitarum pars.

V. 511. Πρόσθε δὲ Συνιάδος κορυφῆς] Enumeratis jam insulis in Mediterraneo mari sitis, à Creta usque ad Issicum sinum & Syriacum mare, revertitur jam ad eas quæ à Creta ad Septentrionem positæ: ubi primæ occurrunt in Saronico sinu ante Sunium Atticæ promontorium, Ægina & Salamis; deinde vers. 513 ad eas progreditur quæ, extra sinum hunc, in Ægæo mari sitæ.

ἐφύπερθεν Ἀβάντων] *Supra* Eubœam (cujus incolæ olim *Abantes* dicti, vide in vers. 520) hoc est, *ultra* eam ad Meridiem respectu patriæ Dionysii, vide in vers. 138.

V. 512. Σαλαμίς τε καὶ Αἰγίνης πτολίεθρον] *Salamis* insula Telamone heroe, qui eam olim tenuisse fertur, & ejus filio Ajace, clara est, præcipue vero navali prælio ibi commisso, quo Xerxes à Græcis, duce Themistocle, victus est: Iust. lib. 2, & Plut. in Themistocle. *Æginæ* vero insulæ, olim Oenonæ dictæ, quæ urbem habuit cognominem, uti hic innuitur, præcipuum decus est ab Æaco, qui ibi regnasse dicitur; cujus incolas Myrmidonas dictos (quorum soboles fuerunt Thessalici Myrmidones hinc cum Peleo eo profecti) à μύρμος *formica*, quod formicarum in morem terram foderent;

ent, quæ ibi petrosa est, & in speluncis defossis habitarent, & ibi fruges reconderent, Scholiastes Lycophronis & Strabo lib. 8. testantur: unde fabula orta eos è formicis in homines mutatos, de qua vid. Ovid. Metam. lib. 7.

V. 515. στεινωπὸν ὕδωρ Ἀθαμαντίδος Ἕλλης] Periphrasis *Hellesponti*, (qui extremus est Ægæi maris versus Septentrionem terminus) freti, ubi angustiæ maximæ, 7 tantum stadia ...ti, cui nomen hoc inditum innuit ab Helle Athamantis fi...a, quam arietis dorso, una cum Phryxo fratre, insidentem ...ic in mare decidisse fabulantur; quod de navi intelligen...um esse, quæ arietem pro insigni habuit, monet V. Cl. Vos...us, de Orig. Idol. lib. 1. cap. 24. Nonnulli *Hellespontum* sic ...ictum censent, quasi *Elisæ pontum*, ab *Elisa* filio Iavan, de ...uo Gen. cap. 10. 4, cujus posteros Peloponnesum (in qua ...*lis* regio, quæ ab Elisa nominata videtur) & Ægæi maris ...sulas occupasse censet Bochartus, Geog. Sac. lib. 3. cap. 4. ...ed probabilius erit *Hellespontum* sic dictum quasi *Elisæ pon...m*, si *Elisa*, seu *Elisæ regio*, sit *Æolis* (quod sentit Iosephus) ... enim Hellesponto proxima est.

V. 516. Σηστὸς ὅπη καὶ Ἄβυδος] Urbes hæ ad Hellespontum, ...versæ sibi invicem, sitæ, Sestus in Thracia, Abydus in pro...ma Asia; ubi hoc memorabile accidit (ut Leandri & He...s amores mittam à poetis sat superque celebratos) quod ...nte navibus facto Xerxes fretum ibi junxerit ad exercitum ...jiciendum.

V. 517. Εὐρώπης δ' αἱ μὲν] Cycladas omnes & Sporadas ...siæ accensens, vide vers. 525, ne eas in duas partes distra...t (quamvis pleræque earum Europæ viciniores sint) eas ...tum hujus maris insulas pro Europæis habet, quæ inter ...nium promontorium & Thraciam sitæ sunt; quæ quidem ...Sunio promontorio (à quo primo occurrit Eubœa) ver...s Hellespontum navigantibus à sinistra jacent, Asiaticæ ...ro ipsi habitæ à dextra.

V. 520. Ἀβαντιὰς ἔπλετο Μάκρις] Ἔπλετο, per Syncopen fa...m pro ἐπέλετο, per Enallagen temporis ponitur pro πέλετο. ... Insula autem Eubœa hic describitur, quæ quondam ...ulsa Bœotiæ creditur, interfluente Euripo (fluxu & reflu... celebri, septies de die, uti ferunt, aquas reciprocante) ...eo tenui ut ponte jungatur, teste Plinio lib. 4. cap. 12. Ea, ...ularum quæ in Ægæo mari sitæ longe maxima, urbibus ...alcide, Eretria, Carysto marmore nobili, celebris, Macris ...m dicta est, quod in longitudinem multum exporrecta sit,

150 Mill.

150 mill. pass. longa; & Abantias, ab Abantibus incolis, quos genere Thraces fuisse, & Abantes dictos quod Abas Phocidis oppidum tenuissent, antequam in insulam hanc migrarent, ex Aristotele refert Strabo; licet alios nomen hoc ab Abante heroe deducere idem agnoscat. De his Homerus Iliad. β'.

Οἱ δ' Εὔβοιαν ἔχον μένεα πνείοντες Ἄβαντες.

Eubœa vero sic dicta videtur à boum præstantia: neque enim placet, cum Strabone, à fabula de Io hic Epaphum enixa nomen deducere.

V. 521. Σκῦρός τ' ἠνεμόεσσα] Insula hæc, è regione Magnesiæ sita, non longe à Peparetho, Achille & ejus filio Neoptolemo ibi educatis celebris fuit. De ea Plinii locus, lib. 4. cap. 12, ad examen revocandus, ubi hæc verba habet, *Scyrum supra dictam, sed Cycladum & Sporadum extimam.* At Scyri hujus neque mentio antea facta fuerat, neque ea è Cycladum aut Sporadum numero est: à Cycladibus enim, qua Delo vicinæ, satis longe abest, longius vero à Sporadibu (licet earum numero eam accensendam statuat Cl. Salmasius;) eas enim Strabo ante Cycladas jacere asserit, Ægæun scil. mare ingredienti, & proinde ad Meridiem à Cycladibu vergere; de quo etiam constabit, si quis Sporadas ab eo nominatas sigillatim percenseat, neque ulla in Plinii ipsiu aut Melæ Sporadum catalogo Icaria Borealior reperitur. Videtur igitur Plinius Scyron hanc cum *Scyro* altera, seu potius *Syro*, eandem existimasse, quam inter Cycladas numeratam legerat, & cujus ipse in earum Catalogo antea meminerat; cum tamen duæ istæ insulæ à Geographis, si nonomine, at certe situ manifesto distinguantur. Ptolemæu quidem, licet utramque Σκῦρον ὁμωνύμως appellet, illam inte Cyclades ponit, lib. 3. cap. 15; hanc, cap. 13, situ ab illi satis dissito, prope Scyathon & Peparethon: & diversun situm ipse Plinius (quamvis nescius se duas insulas describere) iis assignat. Melius tamen illa quæ Cycladibus accensetur à Strabone, Eustathio, aliisque Σῦρος appellari videtur cum eam ab Homero Συρίην vocatam Strabo, lib. 10, testetur, & notum sit Pherecyden (cui ea insula, eodem teste, patria fuit) non Σκύριον, sed Σύριον, *Syrium*, cognominari.

V. 522. Ἔνθεν καὶ Λῆμνος] Insula hæc, Atho monti adversa, *terra Lemnia* nobilitata est, in medicos usus inde exportata, de qua vide Galen. de simp. fac. lib. 9, & fabuloso Vulcani casu, de quo Homerus,

Κάπ-

Καὶ πεσεῖν ἐν Λήμνῳ.

nc autem fabula ea orta videtur, & insula Vulcano sacrata, od mons sit in ea insulæ parte ubi & urbs Hephæstias sita, orsus aridus, adeo ut planta nulla ibi crescat, & colore fulvo, quasi exustus videatur, teste Galeno ibidem.

V. 523. ἀγυιὰ τε Θάσου Δημήτερος αἰπὺ] *Thasus*, Ptole-eo Thalassia dicta, nisi corruptus sit locus, uberi frugum pro-ntu, ut & vino optimo nobilitata est; unde adagium ortum *sus bonorum*, de quo vide Suid. & Erasm. in Adag. Frugum dem ubertas à Dionysio hic notatur, dum Cereri sacram fa- quæ Græcis Δημήτηρ dicitur, quasi Τὴ μήτηρ (eo enim nomi- erra, ut *frugifera*, culta est, vide Voss. de Orig. Idol. lib. 2. .59.) γ in δ mutato, ut γνοφερὸς δνοφερός: quam etiam deam hasiis cultam ex Hippocrate constat, qui templum ejus in so urbe nominat, Epidem. lib. 3. De voce ἀγυιὰ jam di-m in v. 249. αἰπὺ vero per Synecdochen vocat insulam vam, quippe cujus maxima pars litoralis.

I. 524. Θρηϊκίη τε Σάμος] Hæc Hom. Il. α', simpliciter Sa- s dicitur, qui ei Imbron & Lemnon, ut vicinas, conjungit,

Ἐς Σάμον, ἣς τ' Ἴμβρον, καὶ Λῆμνον. ——

vero ab Ionica Samo distingueretur, de qua vide vers. 534, ecia dicta est, tam quod Thraciæ vicina esset, quam quod aces eam incolerent, teste Heraclida in Polit. postea vero ipposita dictione Samothrace seu Samothracia appellata est; d nomen simplici illo recentius esse non modo Strabo, ve- & Virgilius testatur,

Threïciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur.

ορυξάντων αὖρυ] De usu vocis αὖρυ hoc in loco vide in vers. . Hic tamen ad urbem insulæ cognominem ea vox referri st. *Corybantas* vero quod attinet, quorum sedem Samothra- hic facit Dionysius, eos aliqui cum Curetibus Creticis em statuunt; qui tamen caute distinguendi ab Ætolicis, uibus dictum in vers. 432. Ætolicam gentem Κορύτας, Cre- es vero sacrorum ministros Κόρυτας dicendos censet Hesy- s; sed hoc non observatur: illorum nomen ἀπὸ τῆς κορυφῆς, *surâ*, deducit Strabo; hos sic dictos mavult quod κοῦροι, *scentes* scil. essent, vel quod κούρη, hoc est *pueri* Iovis, nu- . Imo nonnulli non tantum *Curetas* Creticos cum *Corybas*- confundunt, verum etiam, teste Strabone lib. 10, τοὺς αὐλοὺς Κρῆτας, τοὺς Κορύβαντας, καὶ Καβείρους, καὶ Ἰδαίους Δακτύλους, Τελχῖνας ἀποφαίνουσι, *eosdem cum Curetibus Corybantes, & Cabi- & Idæos Dactylos, & Telchines esse indicant*: alii vero con-

stituunt μικράς τινας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, *exiguas quasda inter illos differentias.* Vix alia quidem inter plerosque horu quam localis differentia fuisse videtur. Curetes enim, seu Id Dactyli, proprie Rheæ ministri in Creta fuerunt, quibus ea Iovem filium suum nutriendum tradidisse fabulantur: ita r fert Pausanias, Eliac. α', Διὸς τεχθέντος, ἐπιτρέψαι Ῥέαν τοῦ παι τὴν φρουρὰν τοῖς Ἰδαίοις Δακτύλοις, καλουμένοις δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτ καὶ Κουρῆσιν, *Iove edito, Rheam pueri custodiam commisisse Id Dactylis, qui & Curetes vocati.* Corybantas (qui & Galli) ejusd Rheæ ministros, sed in Phrygia, non Creta, plerique statu qui exacte loquuntur: ita Lucianus de Salt. τοὺς ἐν Φρυγίᾳ ρύβαντας, τοὺς δ' ἐν Κρήτῃ Κουρῆτας, *Phrygios sacrorum minis Corybantes, Creticos Curetes* vocat. Et Corybantas sic dic refert Strabo διὰ τὸ κορύπτοντας βαίνειν, *quod saltantes & ca ta commoventes incederent*: alii deducunt à κόρυς *galea*, & βα *gradior*, quod in armis saltantes incederent. Telchinas quid Rhodios omnes constituunt, de quibus vid. Strab. lib. 14, C biros vero Samothracios; neque nomina hæc Curetibus C ticis, aut Corybantibus Phrygiis tribuuntur: contra vero, Cu tum & Corybantum nomina apud Græcos, poetas præsert pro Creticis, Phrygiis, Samothraciis, Lemniis, aliisque sa rum ministris, promiscue sæpe usurpantur, teste Strab lib. 10, quod quodammodo communia essent horum on sacra, similiter peracta ἐνοπλίῳ κινήσει, μετὰ θορύβου, καὶ ψόφου κυμβάλων, καὶ τυμπάνων &c. *saltatione armata, cum tumultu, pitu, cymbalis, tympanis* &c. Huc accedit, quod sacra ista ex harum regionum in aliam traducta crederentur, ut ex eo Strabone liquet. Hinc constat cur Dionysius Samothrac Κορυβάντιον ἄστυ vocet, quod scil. sacra ejusmodi ibi perage tur, quorum ministri à Græcis communiter Corybantes v ti, (quod quidem nomen cæteris omnibus communius;) qu quam hi proprie Cabiri dicti fuisse videntur, si utrique sa rum ministri fuerint, cum Phrygia Corybantum stricte s ptorum, Samothracia vero Cabirorum propria sedes fuerit si rem altius expendamus, Cabiros non famulos, sed ipsos fuisse, quorum Corybantes hi ministri, invenie Καβείρους enim δαίμονας σημαίνειν Suidas testatur: sic Eustath ὄνομα δαιμόνων Κάβειροι, *Cabiri deorum nomen*; uti etiam, i varias quas recitat opiniones, quibusdam δαίμονας dictos dit Strabo, qui & Stesimbroti Thasii sententiam refert, ὡς Σαμοθράκῃ ἱερὰ τοῖς Καβείροις ἐπετελεῖτο, *quod Samothracum Cabiris peragerentur*, quodque, Herodoto auctore, Cabiro

te

npla olim in Memphi fuerint, sed à Cambyse diruta. Fue-
igitur Cabiri i i celebres illi Samothracum dii (neque enim
ίμονες semper deos minorum gentium significant, cum Plato
mmum deum μέγιστον δαίμονα vocet, & apud Homerum vox
ίμων τῷ Διΐ æquipolleat) de quibus Iuvenalis Sat. 3:

— *Iures licet & Samothracum*
Et nostrorum aras. —

:ridet igitur mihi ista Cabirorum Etymologia quam affert
. Cl. Vossius de Orig. Idol. lib. 2. cap. 31. (qui tamen,
p. 53, quædam admittere videtur isti vocis origini parum
nsona, eos scil. eosdem cum Corybantibus fuisse;) non sic
:tos fuisse à Cabiro Phrygiæ monte, unde sacra ista dedu-
i quidam apud Strabonem prodit, cum tamen fictum esse
men videatur ad Etymon hoc cudendum, sed ab Hebræo
ב Cabbir, quod *magnum*, *validum*, & *potens* significat; sic-
:osdem *deos potentes* & *deos magnos* appellari Varro lib. 4. te-
ur. *Terra & cœlum*, inquit, *ut Samothracum initia docent, sunt*
magni: & paulo post, *& hi quos Augurum libri scriptos habent*
Divi potes, & sunt pro illis qui in Samothrace Θεοὶ Δυνατοί.
i quidem tres, alii quatuor Samothracios deos numerant,
riores quosdam his accensentes; semper tamen una ex
cipuis *Terra* habetur, quæ cum etiam nomine *Rheæ*, *Cybe-*
& *Matris magnæ* à Phrygiis coleretur (unde & ea cymbalum
nu gestavit, ad orbem terræ significandum, turres in ca-
, ad indicandum superpositas esse terræ civitates, ut Augu-
us è Varrone, & alii ista explicant,) nihil mirum sacra
m hæc Corybantum quorundam opera, & similiter Phry-
, peragi. Samothracia sacra Cereri peracta (quæ eadem
i Rhea, Tellus scil. ut modo in vers. 523 ostendimus) te-
ur etiam Ovidius, de Art. am. lib. 2.

Quis Cereris ritus audet vulgare profanis,
Magnaque Threïcia sacra reperta Samo?

od si cui absurdum videatur, nomen deorum prope Thra-
n cultorum ab origine Hebraica deducere; at meminerit
dem ab Ægyptiis cultos, atque in has etiam oras Phœni-
perveniisse, teste Herodoto, qui Thason insulam huic
nam eos occupasse, & ab illorum duce Thaso nomen in-
e impositum, eosque templum Herculi condidisse refert,
is meminit Hippocrates Epidem. lib. 3.

v. 525. Αἱ δ' Ἀσίης] Cyclades, sic dictæ quia in orbem ja-
, quem Græci κύκλον vocant, Delon ambientes, teste Solino
17, quod & hic innuitur, primæ insulæ Asiaticæ à Dio-

nysio habentur: eaſdem tamen Europæ, cujus continenti p
ræque viciniores ſunt, rectius meo judicio Strabo & Pto
mæus accenſent. Eæ à Mela, lib. 2. cap. 7, ſic enumerantu
Sicynus, (quam Sporadibus Strabo annumerat) Hypanc
(quo nomine Amorgus intelligi videtur, quondam Hyp
dicta, teſte Plinio) Cythnos, Siphnos, Seriphos, Rhene, I
ros, Scyros (ſeu potius Syros, vide in verſ. 521.) Tenos, M
conos, Naxos, Delos, Andros. Ex his Naxos fabuloſo Bac
hoſpitio, (quod ob vitium ibi fertilitatem fictum eſſe dicit
Paros vero marmore nobilitata eſt. Omnium vero clariſſim
Delon Apollinis templum & oraculum reddiderunt, q
olim Ortygia vocata à coturnicum frequentia; poſtea non
in Delon mutatum, ſive ἀπὸ τῆ δηλεῖν, (quod Etymon aſſ
Euſtathius) quia oracula ibi reddita obſcura manifeſtabant
ve quod in inſula hac Apollinem & Dianam natos fabular
tur, (fortaſſe quod ibi primum eorum cultus apud Græ
cœperit) ideoque cum Sol (qui Apollinis nomine cultus f
ut Luna Dianæ nomine) *Delius* dictus fuerit, ut Tullio pla
quia παντα ποιεῖ δηλα, *omnia luce ſua manifeſta & conſpicua re*
(vide Voſſ. de Orig. Idol. lib. 2. cap. 12.) Ortygiæ incola
ſulam ſuam Delon dici voluerunt, ut hoc Epitheton tanqu
topicum ab inſula illa deductum videretur, ſicut à Cyntho
li monte Apollinem Cynthium, Dianam Cynthiam poetæ
carunt. Bœoti quidem, teſte Plutarcho in Pelopida, quenc
Bœotiæ locum Δῆλον vocarunt, Apollinem ibi natum fi
lantes; ut inde conſtet controverſia non carere, an ab in
hac Apollo *Delius* dictus fuerit. A Solis etiam cultu eac
inſula Aſteria dicta fuit, teſte Solino cap. 17, cujus radii
comarum inſtar pingerentur, hinc Apollo ἀκερσεκόμης inte
dicitur, ut & ἑκατηβόλος, quod radios uſque ad terram ej
letur. Inſulam hanc olim fluctuaſſe fabulis proditum eſt,
Latonæ vero partum ſtabilem factam: (qua de re vide St
lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 12.) quo aliqui ſignificari pu
terræ motibus olim obnoxiam fuiſſe, poſtea vero raro
nunquam iis concuſſam. vide Plin. loco citato.

V. 527. Ῥόσια δ' Ἀπόλλωνι] Ῥόσια, à ῥύω *cuſtodio*, aut *li*
hic ſignificare videntur dona Apollini oblata pro valetu
conſervata aut reſtituta, aut liberatione à quibuſvis immi
tibus periculis: quæ beneficia cum ipſi accepta ferrent, p
gyricis ludis, choreis, aliiſque ritibus in Delo peractis, il
celebrabant Cycladum omnium incolæ, ut hic indicat
nyſius; quod & teſtatur Thucydides, & Strabo lib. 10, q
I

) loquens hæc habet, Ἔνδοξον δὲ ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες καλούμεναι Κυκλάδες, κατὰ τιμὴν πέμπουσαι δημοσίᾳ θεωρούς τε, θυσίας, καὶ χόρους παρθένων, πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συναγόντων: *Celebrem eam fecerunt circumjacentes insulæ Cyclades dictæ, is causa publice mittentes qui sacra spectarent, & victimas, ac num choros, & solennes ibi conventus agitantes.*

. 530. Νῆσοι δ' ἐξείης Σποράδες] *Sporades* sic dictæ sunt disperſæ sunt, nec sicut Cyclades in orbem jacent. Plerie earum à Cycladibus ad Meridiem vergunt, ſitu Cretæ iore, aliæ ad Occaſum, in Cretico mari, ut Thera, Ana-Theraſia, Ios, Sicynus, Laguſa, Pholegandros, Cimolus, nus, Melus; aliæ ad Ortum, in Carpathio mari, ut Aſtya, Telus, Chalcia, Carpathus, Caſus, Leros &c. (ut à bone enumerantur:) quarum poſteriores hæ proprie Aſiaſunt, illæ vero potius Europææ, vide in verſ. 517. His us Gyaron, Patmon, & ignobiles plurimas; Mela Icaron, cariam, addit, à qua Icario mari nomen inditum: ipſam em ab Icari caſu ſic nominatam volunt; quod ſi per caſum nihil aliud quam naufragium intelligatur, (ut vela per à Dædalo factas) non repugno. Has aſtris comparat nyſius quæ in ſereno aere conſpiciuntur, non tam ob alargilloſæ terræ colorem, quod ſentit Euſtathius, quam equentiam, quod numeroſæ, ut ſtellæ in æthere, appa-; quamvis Metaphorica voce παμφανόωσαι utatur ſimilitu-accommodata, quæ tamen hic nihil aliud ſignificare videquam *apparent*, ut Latini vocem *emicat* uſurpant pro eo ſubito apparet, ut

— *juvenum manus emicat.* Virg.

. 533. ἐνδιδὲ Καῦνον] Inſulas Ionicas (quæ ſcil. Ioniæ cent, & Ionicos cultores habent) tres numerat; quarum uæ duæ celebres, quid autem Cauni nomine hic intellix divinando aſſequi licet. Eſt quidem Caunus Cariæ urbs tima Rhodo vicina, de qua Strabo lib. 14, & Ptol. lib. 5. 7; ſed ea ab Ionia & reliquis Ionicis inſulis nimis remoneque eam inſulam fuiſſe, & poſtea continenti annexam od de Tyro & aliis quibuſdam fertur) à quoquam prodi-; neque aliqua inſula ei cognominis prope Ioniam à grapho ullo nominatur. Quanquam igitur Euſtathius, & nyſii interpretes, Priſcianus & Avienus, lectionem hanc ſcant; neceſſe eſt tamen ut voci Καῦνον alia huic loco idoſubſtituatur, (niſi auctorem in errore non levi verſari cenum ſit, Cariæ urbem inter Ionicas inſulas numerantem;)

nec video quæ melius substitui possit quam Κώα, quo nomi Κῶς *Cos*, insula celebris, (cujus tamen nusquam alibi memi Dionysius) à Strabone lib. 14. appellatur. Imo ut propius vocem vulgo editam accedamus, ut à Κόος Attice fit Κοῶς Κῶς, quidni ex eadem voce per Ectasin fiat Κῶος? Ea quide Mileto, Ionicæ urbi clarissimæ, satis vicina est, & ejus inco Ionica lingua usi sunt, ut ex Hippocratis Coi scriptis const Quod si cui hoc non placeat, quod Coi Dorici potius qua Ionici generis à Strabone habeantur, aliter locum errore lib rare possumus, scribendo ἔνθα Κάλυμνα: *Calymna* enim insu est Mileto plane adversa, & proinde verisimillimum est inc las Ionici generis fuisse. Si medelæ hæ non sufficiant, prò d plorato à me relinquendus est hic auctoris locus.

V. 534. Πελασγίδος ἔδρανον Ἥρης] Inclytum fuisse in San insula Iunonis cultum innuit Virgilius, Æn. lib. 1, de Carth gine loquens,

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo. —

Imo Iunonis ortum Samii sibi vendicasse videntur; refert en Apollonii Scholiastes Imbrasum Sami fluvium cognomin tum Παρθένιον, διὰ τὸ ἐκεῖ παρθένον οὖσαν τετράφθαι τὴν Ἥραν, q *Iuno cum virgo esset, ibi educata fuerit.* Sed frustra hoc jactaru Ἥρας enim seu *Iunonis* nomine satis notum est aerem cult fuisse, præcipue crassiorem & nebulosum, qualis in media infima ejus regione est, (unde *Iris, varios induta colores*, e pedissequa dicitur, quippe quæ in nubibus apparet, cujus c lores etiam refert pavonis cauda, qui inde *Iunonius ales* hal tur) ipso nomine Ἥρα facto ex ἀὴρ, literis trajectis, vel Ionico ἠήρ. Hoc ex Stoicis confirmat Cicero lib. 2. de n deor. *Aer, ut Stoici disputant, interjectus inter mare & cœlum I nonis nomine consecratur, quæ est soror & conjux Iovis, quod ei militudo est ætheris, & cum eo summa conjunctio.* Sed inde fort se Samii eam apud se ortam prædicabant, quod antiquissim esset apud eos hujus deæ cultus, ut apud ipsos cœpisse vide tur. Templum ejus *antiquum* à Strabone Samum describente, l 14, nominatur, τὸ Ἡραῖον ἀρχαῖον ἱερὸν καὶ νέως μέγας: cujus a tiquitatis indicia ex eodem loco colligas. Videtur autem I no ibi culta *Pelasgica* hic vocari, quod antiquum illud te plum à Pelasgis conditum fuisse crederetur, (sicut eandem causam Dodonæus Iupiter Pelasgicus dictus est, teste Strabo lib. 7.) quos ante bellum Trojanum, τὴν παραλίαν τὴν νῦν Ἰωνι πᾶσαν, καὶ τὰς πλησίον νήσους, *Ioniam postea dictam, cum insu*

vicin

inis, tenuisse, ex Menecrate Elaita refert Geographus
. 13.

V. 535. Καὶ Χίος] Hoc de urbe *Chio*, insulæ cognomini, elligendum videri possit, (quæ sub Pelinnæo monte sita t) neque enim proprie dici potest insulam totam sub monitam qui ipsius insulæ pars est: eadem tamen ratione dici test insulam hanc sub Pelinnæo sitam, qua Ida super Cre- n sita dicitur vers. 502, quod montes hi supra reliquas inarum partes emineant.

Πελλιναίου ὑπὸ πέζαν] In insula hac, marmore, & vino opti- celebri (quod & ab insula *Chium*, & ab agro ipsius Ariusio *usium* dicitur, vel per Metathesin *Arvisium*, in Eclogis enim gilii *Arvisia vina* scribi solet,) Πελιναῖον ὄρος ὑψηλώτατον à bone, libro 13, nominatur. Montem eundem Παλινναῖον tathius in hunc locum appellat: & à Pelinna Thessaliæ op- o ei nomen inditum prodit Pindari Scholiastes, (quod qui- n verisimile, cum à Pelasgis olim è Thessalia profectis se ditos referant Chii, teste Strabone) montemque hunc ipsum nnam vocat Avienus,

Tumque Chius patulæ prospectans arva Pelinnæ:

arva Pelinnæ campi esse videntur Pelinnæ subjacentes. n sine causa igitur hic scribendum censet Salmasius ἠλιβά- Πελινναίου ὑπὸ πέζαν, vel ἠλιβάτου Πελλινναίου, per Diplasiasmum æ λ poetis frequentem. Vulgatæ tamen lectioni favere tur Plinii locus, lib. 5. cap. 31, ubi *Pellenæum* legitur; *tem habet Pellenæum, marmor Chium*: nisi & ibi *Pelinnæum* po- scribendum sit.

V. 536. Κεῖθεν δ' Αἰολίδων] Insulas hasce duas, aliasque guas, cum vicinæ Troadis parte, Æoles, è Locride & ei pinquis Græciæ partibus profectos, brevi post bellum Tro- im occupasse testatur Strabo lib. 12 & 13, qui quidem πόλιν ίδα *Æoliçam urbem*, in Tenedo nominat, lib. 13, ac Lesbum umam Æolicarum urbium metropoles vocat, καταχρηστικῶς esbo insula tanquam de urbe loquutus, in Homeri imita- em, qui Lesbon (teste ipso Strabone lib. 8.) Μάκαρος πόλιν it, ut Mysia à Sophocle πόλις dicitur, & Eubœa ab Eu- de,

Εὔβοι' Ἀθήναις ἔστι τὶς γείτων πόλις.
Eubœa urbs est quædam Athenis vicina.

Lesbus Æolicarum urbium μητρόπολις non dicitur tanquam ρ πόλις, sed tanquam μήτηρ τῶν πόλεων, insula *Æolicarum m mater*. Hæc Eustathio & Stephano imposuerunt, qui

Lesbon urbem nominant, unde insulam totam Lesbon dicta censent; (ut eadem Mitylene postea dicta est à Mitylene ul primaria) cum tamen neget Geographus lib. 8. ullam in urbem Lesbon esse insulæ cognominem, neque aut ipse Strabo, ubi ex instituto de Lesbo agit, aut Ptolemæus, aut Plinius cum singulas Lesbi insulæ urbes recenseant, ullius urbis Les meminerint. Insulas has montosas esse hic ab auctore innuitur: quod quidem veteri Tenedi nomine confirmatur, cui Λεύκοφρυς olim dictam, quasi *albos clivos habentem*, à Strabo & aliis prodatur.

V. 537. Λέσβος τ' εὐρυχόροιο] *Lesbon* insulam, non tantu vino Lesbio, & urbibus Mitylene & Methymna celebren verum & Pittaco, uno è septem sapientibus habito, citharœd Arione fabulis noto, & poetis Lyricis Alcæo & Sappho (q quod musica post Orphea clari essent, hinc fabulam ortan refert Eustathius, Orphei discerpti caput in Lesbum delata fuisse) non immerito εὐρυχόρου vocat, septimo enim loco int maximas interni maris insulas ponitur à Timæo apud Strab nem lib. 14, nulli Ægæi maris insulæ, nisi Eubœæ, magnit tudine cedens. Εὐρυχόροιο autem ponitur pro εὐρυχώροιο p Systolen, ut φυσίζοος pro φυσίζωος apud Hom. ut signific *spatiosum*, ab εὐρὺς *latus*, & χώρα vel χῶρος *locus* aut *ager*; na à χόρος *chorus* deducere, ut significet *locum ob latitudinem chor ducendis aptum*, nimis coactum videtur.

καὶ ἰμερτῆς Τενέδοιο] Insulæ huic, cum urbe cognomin juxta fauces Hellesponti sitæ, nomen inditum à Tene qu dam qui ibi regnavit prodit Strabo; ut & Cicero in Verrer qui eum Tenedo abstulisse refert *Tenem ipsum*, (Tenis scil. st tuam) *qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem ill dicitur condidisse, cujus ex nomine Tenedos nominatur.*

V. 538. Κεῖθι Μέλας καὶ πόντος] Melanem sinum, sup quem Ænos Thraciæ urbs sita, circa Tenedum in Hellespo tum influere affirmat; licentius tamen, nam inter sinum illu & Hellespontum non exiguum Ægæi maris spatium interp situm est. Sinui autem illi (quem Ptolemæus Μέλας πόντος quasi *Melanis* [fluvii] *sinum* appellat) nomen dedit Mel Thraciæ fluvius in eum influens, teste Herodoto; Μέλας ποταμὸς, ἐξ οὗ ὁ πόντος τῷ Αἴνῳ, *Melas fluvius, à quo sin ad Ænum*; quem fabulatur idem Persico exercitui ad potu non sufficisse. Inter sinum hunc & Propontidem (in qua dilatari Hellespontum longe in Boream delatum refert h Dionysius) Chersonesus Thracia comprehenditur.

V. 54

V. 541. Ἔστι δέ τις] Leucen, Borysthenis ostio objectam, in-
lam fabulis claram, merito πολυώνυμον vocat; nam & Leu-
dicitur, & Heroum insula, & præter hæc Achillea, teste Me-
, lib. 2. cap. 7. Posteriorum nominum, quæ à Græculorum
bulis profecta sunt, rationem reddit hic Dionysius, v. 545,
uod scil. Achillis & aliorum heroum animas hic, tanquam in
lysiis campis, aut μακάρων νήσοις, post mortem vagari, fabu-
s proditum esset. Idem vero *Leucen* dictam refert quod *albis*
undet avibus, Eustathio interprete, qui eas κινώπετα dictas cen-
t, à κινέω *moveo*, & πέτομαι *volo*, quod volatus sit proprius
rum motus; quamvis latius eam vocem sumat Hesychius,
νώπετα κνώδαλα seu θηρία, *animalia* aut *feras* reddens, ut κινώπε-
dicantur quasi κινώπεδα, quia *super solum gradiuntur*. Ab au-
ore dissentit Arrianus, *ab albo terræ colore* Leucen appellatam
adens.

V. 550. Ἄλλη ἀπειρεσίη νῆσος] Non hoc de Taurica Cher-
neso intelligendum, (ut perperam sentit Eustathius) ea
im ad sinistrum Mæotidis latus sita, neque in ea sitæ sunt
bes hic memoratæ; sed peninsula, Corocondama Melæ
icta, lib. 1. cap. 21, ad dextrum Bosphori & Mæotidis latus
osita, quam describit Plinius lib. 6, cap. 6, Hermonassam &
hanagoriam in ea statuens. Auctori nostro consentit Strabo
b. 11, eam enim insulam vocatam indicat (καταχρηστικῶς scil.
cut Πελοπόννησος dicitur, quæ non proprie insula, sed Cherso-
esus est, vide in vers. 403, & Aurea Chersonesus inter insu-
s à Dionysio numeratur vers. 589.) ἡ Φαναγορία καὶ οἱ Κῆποι
τὴν λεχθεῖσαν νῆσον ἱδρυνθ' ἐπ' ἀριστερᾷ, *Phanagoria & Cepi in insu-
i prædicta ad lævam sitæ sunt.* Partim quidem mari, partim pa-
de & fluvio quodammodo ambitam fuisse indicat Strabo.
Iermonassam & Phanagoriam, cum oppidis vicinis, Ionum &
Eolum colonias fuisse, à Mileto & urbibus aliis deductas, par-
m à Plinio, partim ab Arriano traditur; & Phanagoriam à
hanagora coloniæ istius duce, Hermonassam ab Hermonassa
egina nomen sortitam, testatur Arrianus.

V. 554. ἀγακλέες εἰν ἁλὶ νῆσοι] Ἅλς per Synecdochen generis
ic ponitur pro mari interno, (cui Oceanus versu proximo op-
onitur) in quo quidem sitas insulas præcipuas se enumerasse
ffirmat, non autem minimas quasque (neque enim minuta
uæque sigillatim persequi Geographi est, sed potius Choro-
graphi, ut hic notat Eustathius: vide & vers. 613.) dehinc ve-
o eas aggreditur quæ in Oceano sitæ.

V. 555. ἐστεφάνωνται] *Mari ambiuntur*: vide in vers. 4.

V. 557.

V. 557. Ὁπποτέρου τ' ἀνέμοιο παρὰ σφυρὸν] Σφυρὸν proprie *malleolus pedis* est; qui cum in infima corporis parte sit, à poetis Metaphorice *ima montis pars* vocabulo eo notatur. Audacior vero Metaphora est, ut hic ab Eustathio observatur, qua ad ventos vox ea transfertur; sive quod alia mundi pars dextra à Geographis habetur, alia sinistra, sicut malleolus pedis alius dexter est, alius sinister; & Septentrio quidem, unde spirat Boreas, plerunque pars dextra, Meridies, unde spirat Notus, pars sinistra habetur; quod respectu cursus solaris commode statuitur, licet pro alio atque alio respectu quævis mundi pars dextra aut sinistra haberi possit, & à poetis quandoque Australia dextra, Borealia sinistra habeantur, quod ex Homero Il. μ' indicat Strab. lib. 10: sive vox ea ab imis montium partibus (quæ & σφυρὰ dici solent) translata sit, quod hemisphærium undequaque devexum sit versus horizontem, ut sit quodammodo monti simile, cujus cacumen sit ubi ipsi degimus, radices vero seu imæ partes circa ipsum horizontem sint, unde singuli venti ad nos primo spirare videntur, & ubi præcipua plagarum cœli distinctio fit. Ita *ad cujus venti pedem* idem valet ac si dixisset *ad quam plagam*, (plagæ enim cœli per ventos vulgo notantur) respectu Græciæ, aut patriæ auctoris, quæcunque ea fuerit. Ὁπποτέρου vero dicere videtur, quod proprie significat *utrius*, quod antiquissimi ad duo ventorum genera, Boreales & Australes, reliquos omnes reducerent: quod etiam commode fieri posse testatur Aristoteles Polit. lib. 4, Τῶν πνευμάτων λέγεται τὰ μὲν βόρεια, τὰ δὲ νότια, τὰ δ' ἄλλα τούτων παρεκβάσεις, *Ventorum alii Boreales dicuntur, alii Australes, reliqui vero quædam ab his digressiones sunt.*

V. 558. βοοβόφον ἀμφ' Ἐρύθειαν] De situ Erythiæ hujus, ut aliorum locorum fabulis solis celebrium, variæ sunt veterum sententiæ. Nonnulli enim, è quibus est Ptolemæus, prope Atlantem montem eam statuunt; cui sententiæ nescio an hic faveat Dionysius, dum Æthiopas ejus incolas facit, & intra fretum Gades, extra vero in Oceano Atlantico Erythiam describit. Alii eam in Lusitania statuunt, ut Mela lib. 3. cap. 6, *In Lusitania Erythia, quam à Geryone habitatam accepimus:* quam etiam sententiam recitant Plinius & Solinus. Communior vero sententia est vel Gades ipsas, vel insulam aliam exiguo freto ab ea diremptam, quam Gadim minorem vocat Plinius, Erythiam veterum fuisse. Eandem cum Gadibus Erythiam (quam Erythræam vocat) statuit Solinus cap. 26, *in qua Geryonem habitasse pluribus monumentis probari* affirmat; quam etiam

am Pherecydis sententiam fuisse sentit Strabo lib. 3, Ἐρύθειαν τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Γηρυόνην πλάττει, *videtur Gadibus nomen Erythiæ tribuisse Pherecydes, cui fabulas de Geryone affingunt.* Aliorum vero sententiam mox subngit, qui insulam aliam huic vicinam Erythiam faciunt; ἄλλοι δὲ τὴν παρεγκειμένην ταύτῃ νῆσον, πορθμὸν σταδιαίῳ διαιρούσῃ, *Alii eo nomine intelligunt insulam Gadibus adjacentem, freto trium stadii sejunctam.* Eorum quidem sententia cæteris probalior est, qui Erythiam circa Gades statuunt. In Erythia enim eryonis sedem omnes cum auctore nostro constituunt; quem uidem circa Hispaniam egisse Iustinus, lib. 44, & auctores ii magno consensu affirmant; & quidem circa Tartessidem gionem, quæ Bætica Hispania est, Stesichorus apud Strabom, lib. 3, Seneca in Hercule furente, qui Geryonem Pastom litoris Tartessii vocat, liique, armenta ejus pasta fuisse afrmant, in qua regione Gades etiam sitæ. His etiam Eratosthem addere licet, qui, teste Strabone, συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησσὸν καλεῖσθαί φησι, καὶ Ἐρύθειαν νῆσον δὲ διαμονα, *Calpæ adjacentem gionem Tartessidem vocari tradit, & Erythiam insulam fortunam*, circa eandem Calpen Gades etiam statuens, vide in vers. 50. Huc accedit quod Herculis Tyrii expeditio ad Gades fa:a est; vide vers. 454. non videtur vero longius in Atlanticum nare progressus, cum circa hæc loca columnas suas, tanquam ineris sui metas, & orbis terminos, statuisse dicatur, & ul:a Gades ἀξένων ἄλα veteres sensisse (donec Phœnicum coloi à Gadibus profecti Atlanticum mare tandem aperuerint) x Pindaro in Nemeis constet. Certe Phœnices (quos Erynam occupasse, & nomen illud indidisse, quod ipsi ab Erynæo mari orti essent, Plinius & Solinus affirmant) in Gadius & Bætica consederunt, ab Hercule illo Tyrio qui Geryoem interemit eo deducti; neque eos ullam Lusitaniæ partem, edum insulam aliquam longe inde ad Meridiem prope Atantem montem sitam, coloniis occupasse, ab historicis menoratur. Tandem disertis verbis circa Gades non tantum Strao Erythiam statuit, verum & plerique alii Græci, ut Stephaus, Marcianus Heracleota, & ex antiquissimis Ephorus & hilistides à Plinio citati. E Latinis etiam Solinus ipsas Gales, Plinius vero Gadim alteram, quam minorem vocat, Erythiam etiam dictam affirmant; quamvis hic duplicem Erythiam statuens (alteram quidem hic, in Lusitania vero alteam) ambigat utra earum Geryonis sedes fuerit. Sed in eo erravit Plinius, quod cum duplicem de Erythiæ situ opinionem

acce-

acceperit (alteram à Græcis, à Mela alteram) inde duas Erythias constituerit: quod si tot Erythias constituamus, quot situs diversos ei varii auctores assignant, ut habitatorem Geryonem, ita ipsam Erythiam, triplicem aut etiam quadruplicem facere oporteret. Confectum vero est ex argumentis supra allatis, & veterum plurimorum sententia (quibus vix alii quam Ptolemæus & Mela manifesto adversantur, ipsi sibi invicem contrarii) circa Gades Erythiam sitam: restat vero alterum dubium, an ea ipsa Gadium insula fuerit, an alia ei vicina. Priorem quidem sententiam amplectitur Pherecydes, ut Straboni visum, & Solinus, Plinii ducis sui signa deserens; quæ enim ille de duabus Gadibus profert, hic confuse in unam insulam congerit: posterior vero sententia plurimorum suffragiis comprobatur. Eam enim (ut taceam Plinium & Strabonem, qui inter hanc & aliam opinionem ambigunt) amplectitur Marcianus Heracleota, qui de Erythia antea loquutus, mox subdit,

> Ταύτης σύνεγγύς ἐστι νῆσος ἐχάτη
> Γάδειρα,
> *Prope hanc est insula ultima Gades;*

& Stephanus, cui Ἀφροδισιὰς, ἡ πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων, *Aphrodisias, quæ prius Erythia, inter Hispaniam & Gades* statuitur: quæ & Ephori & Philistidis sententia fuit, teste Plinio; imo & Timæi & Sileni, si eadem Erythia & Aphrodisias fuerit, quod non modo Stephanus, verum & Plinius affirmat, qui de Gadi minore, quam vocat, hæc habet, *Vocatur ab Ephoro & Philistide Erythia, à Timæo & Sileno Aphrodisias, ab indigenis Iunonis.* Huic etiam sententiæ favet τὸ εὔβοτον, pascuorum ibi præstantia, quam memorat Strabo, (50 dierum spatio pinguedine suffocari ibi pecora affirmans, nisi sanguis detrahatur) qualem in Erythia, ubi Geryon (qui & Geryones dicitur) armenta pavisse fertur, tum ab aliis proditum, tum à Dionysio hic innuitur, dum βοοξέφον vocat. Sed huic sententiæ hoc obstat, quod Ptolemæus & Mela (cujus patria Mellaria fuit, Bæticæ oppidum, ipso teste, lib. 2. cap. 6.) nullam ibi loci insulam præter Gades nominent; neque aliam hodie extare Ortelius affirmet, præter scopulum exiguum quem Sancti Petri vocant, qui videtur scopulus is esse cui impositum esse Geryonis monumentum testatur Mela lib. 3. cap. 1, sed non potest esse βοοξέφος Ἐρύθεια, ubi armenta sua pavisse fertur. Videntur igitur veteres isti peninsulam, quæ inter Gades & reliquam Hispaniæ continentem hodie interjecta est (eo plane situ quem illi

li Erythiæ tribuunt) insulam vocasse, sicut aliæ Chersonesi ab uctore nostro & aliis insulæ vocantur, ut à nobis in vers. 403, & modo in vers. 550, uti etiam à Casaubono in Strabonem le Scombraria & aliis promontoriis aut peninsulis, notatum. Verisimile vero est Ptolemæum & Melam, quod à veteribus ccepissent Erythiam insulam fuisse à Gadibus diversam, neque illam aliam insulam proprie dictam circa ea loca reperirent, deo alibi Erythiam quæsivisse.

V. 559. θεοδέες Αἰθιοπῆες Μακροβίων υἱῆες ἀμύμονες] *Macro-nios* Æthiopes Erythiam occupasse post Geryonis mortem af-firmat, quos ἀμύμονας (quo epitheto Æthiopas etiam ornat Homerus Odyss. α') & θεοδέας vocat, alludens ad ea quæ de Macrobiorum Æthiopum justitia feruntur, fortasse etiam ad pulchritudinem fabulis proditam in voce θεοδέες, à θεοειδέες contracta. *Macrobii justitiam colunt, amant æquitatem, plurimum valent robore, præcipua decent pulchritudine*, Solin. cap. 33. Sed Macrobios hosce Æthiopas in Orientali Æthiopiæ parte circa Meroen locat Solinus; quæ etiam Melæ sententia est, lib. 3. cap. 10, & Plinii, lib. 6. cap. 30. Et sic dictos censet Mela, *quod vitæ spatium dimidio fere quam nos longius agant*: quod de annis 140 Plinius interpretatur. Dionysius vero non Orientalium, sed Hesperiorum potius Æthiopum partem Macrobios facere videtur, quos quidem Erythiam tenuisse refert Marcianus, eam affirmans Προσεσπερίους Αἰθίοπας οἰκιστὰς ἔχειν, *Occiduos Æthiopes incolas habere*. Proclivius quidem fuit credere in insulam in extremo Occidente positam Hesperios Æthiopes non longe inde degentes, quam Orientales tanto terrarum spatio dissitos, nec mari vicinos, aut navigandi peritos, pervenisse. Sed verisimillimum est Phœnices hos fuisse, quos hi falso Æthiopes vocant. Eos tam Gades quam vicina loca tenuisse (ubi Erythiam statuendam modo probatum) ex Strabone & aliis constat; & Erythræam dictam refert Plinius, *quoniam Tyrii aborigenes eorum orti ab Erythræo mari ferebantur*: Solinus etiam, cap. 26, *Tyrios à rubro profectos mari Erythræam nominasse* affirmat. Quod de iis intelligendum (aut eorum posteris) qui cum Hercule Tyrio, coloniæ duce, ad Gades profecti, de quo vide in vers. 454; qui quidem, Geryone interfecto, non modo armentis ejus, verum & regione ei subdita, quæ insula habita, potiebantur. Quod si Tyrii à Rubro mari olim profecti sunt, ut non modo ab his, verum & ab Herodoto & Strabone proditur, Æthiopes eos vocare poterant respectu primæ originis; nam accolas omnes Meridiani maris, cujus pars mare Rubrum,

lato

lato sensu Æthiopes à Græcis antiquis vocatos pluribus probat Strabo lib. 3, ubi hæc verba habet; τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι τὰ πρὸς ὠκεανῷ, *totum Meridianum tractum ad Oceanum Æthiopiam vocari*, idque ab ultimo Oriente ad Occidentem. Imo non modo Arabiam & alia loca mari Rubro vicina, verum & Phœnicen ipsam, unde Tyrii hi Gadium & Erythiæ incolæ, sub Æthiopiæ nomine antiqui quidam comprehenderunt, ad meridionalia omnia Æthiopiæ nomen, ut ad Borealia Scythiæ nomen extendentes; quod innuit Strabo lib. 1, Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν Αἰθιοπίαν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς Φοινίκην μετάγουσι καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἐν Ἰόππῃ συμβῆναί φασιν, *Sunt etiam qui Æthiopiam in Phœnicen nobis vicinam transferunt, & quæ de Andromeda feruntur in Ioppe contigisse tradunt.* Dubitat quidem Strabo, ut ex verbis ipsius constat, an recte senserint ii, qui ea quæ Andromedæ Æthiopum regis filiæ accidisse feruntur in Ioppe contigisse affirmant: eam tamen sententiam non modo Græci quidam veteres, ut à Strabone innuitur, verum & Plinius lib. 5. cap. 13, & 31, Solinus cap. 34, Mela lib. 1 cap. 11, admittunt. Et hic quidem Cephea in Ioppe regnasse ab incolis prodi affirmat, signis quibusdam ejus rei allatis quod & à Stephano de urb. traditur; eundem tamen notum est Æthiopiæ regem ab Euripide & multis aliis vocari.

V. 561. αὐτὰρ ὑπ' ἄκρην Ἱρὴν] Recte hunc locum παραφράζει Eustathius, ὅτι κατὰ τὴν ἱερὰν ἄκραν, τὴν κατὰ τοὺς ἀφνειοὺς Ἴβηρας, (ἣν καὶ κάραν Εὐρώπης ἄλλοι φασὶν) αἱ Κασσιτερίδες εἰσὶ δέκα νῆσοι, *quod juxta Sacrum promontorium, quod caput Europæ aliqui vocant, apud divites Hispanos situm, insulæ Cassiterides positæ sunt.* Strabo tamen (cui etiam Ptolemæus consentit) Cassiteridas juxta Nerium seu Artabrum promontorium (quod Plinio est Celticum) locat; quod quidem Occidentale Hispaniæ latus à Septentrionali disterminat, cum Sacrum promont. Occidentale latus à Meridionali dirimat. Hoc promontorium Metaphorice caput Europæ, teste Dionysio, à quibusdam vocatur, tanquam ejus principium, & extremus ad Occasum hybernum angulus, unde longe lateque ad Ortum & Septentrionem extenditur. Nihil mirum vero Dionysium ita ab aliis dissentire de promontorii nomine, cui adversas Cassiteridas statuit, cum de nominibus promontoriorum quæ ab Occidentali Hispaniæ latere sunt summa sit apud veteres confusio, adeo ut Plinius & ejus simius Solinus promontorio Olisipponensi ea tribuant, quæ non nisi Nerio, seu Celtico, longe dissito, vere conveniunt. Huc accedit quod Celtici (quibus Cassiterides adversæ fuisse à Mela perhi-

rhibentur) alii prope Sacrum promont. ad Anam fluvium, i ad Nerium prom. (quos inde Nerienſes vocat Plinius) à ographis ſtatuantur. Ita Strabo lib. 3. de Nerio prom. ἐκτε- ὑπὲρ δ' αὐτῶν Κελτικοὶ συγγενεῖς τῶν ὅπι Ἄνα, *Iuxta ipſum habi- nt Celtici cognati eorum quorum ſedes ad Anam:* imo Mela de Oc- dua Hiſpaniæ ora fere ab his ad illos extenſa, *totam*, inquit, *ltici colunt*, lib. 3. cap. 1.

V. 53. Νήσους θ' Ἑσπερίδας, τόθι κραιπνότερον γλυέθλη] Incer- m eſt an Dionyſius, dum inſulas ubi ſtanni origo ἑσπερίδας c vocat, Caſſiteridas eaſdem fuiſſe inſulas cum Heſperidi- is vulgo dictis non ſenſerit, quippe qui in Oceano Atlantico extremo Occidente tam has quam illas ſitas eſſe acceperat. leſperidas (puellas ſcil. à quibus Hercules aurea mala rapuiſ- fingitur) inſulas illas ſibi cognomines tenuiſſe refert Mela b. 3. cap. 11. Sed fabulam illam de Hercule φυσικῷ (Sole ſcil. ui nomine Herculis colebatur, teſte Macrobio) aureorum derum ἑσπερίων, hoc eſt *veſperi apparentium*, exortu ſuo lucem piente, doctiſſimus Voſſius interpretatur; ideoque Heſperi- um illarum hortos anxie quærere nihil opus, quos alii in in- ilis illis, alii in Mauritania, alii in Cyrenaica fabuloſe locant. leſperidas quidem inſulas non inde dictas fuiſſe conſtat, quod leſperidum ſedes habitæ fuerint, ſed quod in ultimo Occiden- : adverſus promontorium ἑσπέρα κέρας & Heſperios Æthiopes tæ ſint, nam & Heſperidas inſulas ibi locant qui Heſperidum ortos alibi ſtatuunt; ſed cum inſulæ illæ in ſitu adeo Auſtra- ultra Fortunatas & Gorgadas à Geographis ſtatuantur, craſ- as eſſet Dionyſii error ſi cum Caſſiteridibus Hiſpaniæ adverſis illas confunderet. Quod ſi eum ab errore liberare velimus, enſendum eum Caſſiteridas, quas hic deſcribit, ἑσπερίδας on tanquam proprio nomine, ſed communi, appellare, quaſi Occiduas, quippe quæ in ultimo Occidente ſitæ. Quod ad Caſſiteridas vero attinet, eæ videntur veteribus Græcis fama ola notæ: nôrant ſcil. Phœnices Gadibus agentes ad ipſos tannum afferre ex inſulis quibuſdam in Oceano poſitis (quas deo *Caſſiteridas*, quaſi *Stannarias*, appellarunt) verum autem arum ſitum ab iis celarunt Gaditani, ne ibi negotiarentur, te- ſte Strabone, lib. 3; ut Solus Herodotus de iis verum pro- feſſus fuerit, qui ubi ſint ſe ignorare fatetur. Has illas eſſe quæ *Sillyes* vulgo vocantur, Cornubiæ vicinæ, ſtatuit doctiſſi- mus Camdenus. At non Britanniæ vicinas, ſed Hiſpaniæ ad- verſas eas ſtatuunt veteres, neque ad Boreale, ſed Occidenta- le Hiſpaniæ latus eas locat Dionyſius, quippe qui ad Oceani

Septen-

Septentrionalis insulas describendas non ante vers. 565 accedit, & has Sacro promontorio, quod ad Occasum est, adversus statuit, unde & ἑσπερίδας, *Occiduas*, vocat. Iuxta Occidentale etiam Hispaniæ latus (licet situ Borealiore, & Nerio promontorio propiore) à Ptolemæo statuuntur, qui eas ἐν τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ, *in Occiduo Oceano*, locat, is vero Nerio prom. Cantabrico (qui Borealis Oceani pars est) ex ejusdem sententia disterminatur; atque idem ex longitudine & latitudine quam iis tribuit clare elicitur. Eadem etiam esse videtur Plinii, Solini, & Melæ sententia, quoad Occiduum earum situm dum hic in Celticis eas statuit, illi ex adverso Celtiberiæ, (sive eo nomine Celticorum regio intelligatur, sive Celtiberia proprie dicta, quæ in mediterraneis ei adversa est;) pari enim cum aliqua earum regionum parte latitudine fuisse innuitur & Celticos quidem Occiduum Hispaniæ latus tenuisse, & ultimum eorum ad Septentrionem terminum fuisse Celticum seu Nerium promontorium, supra in vers. 561 ostensum. Errarunt quidem hi omnes, nimis propinquas Hispaniæ Cassiteridas statuendo, Gaditanos stannum è vicinia attulisse opinati, cum tamen nullæ tales insulæ prope Hispaniam reperiantur. Sanior hac in re Strabo lib. 3, qui eas longe ab Hispania distare indicat, non modo πελαγίας, *in alto sitas*, stituens, verum & latius mare interjectum affirmans inter eas Hispaniam, τῆς διατάσεως εἰς τὴν Βρεττανικὴν, *quam quod inde Britanniam pertinet*. Quod si debita ab Hispania distantia concedatur, quam à Græcis Phœnices celarunt, nullæ sunt insulæ quibus situs iste quem Cassiteridibus assignant, tum Dionysius Sacro promontorio adversas statuens, tum Ptolemæus in Occiduo Oceano locans, aliique supra citati, Strabone excepto (quibus & Diodorum addere licet, qui παρακειμένας τῇ Ἰβηρίας ἐν τῷ ὠκεανῷ, *situ Hispaniæ adverso in Oceano* constitui melius quam insulis illis conveniat quæ hodie Azores, & specialiter *Occiduæ*, sicut hæ à Dionysio ἑσπερίδες, nominantur. Numerus etiam in argumentum arripi potest: cum enim Cassiterides decem ab antiquis omnibus statuantur, sunt etiam Azores circiter decem, insulæ memorabiles; Sillinæ autem numerosissimæ sunt, sed exiguæ, & scopuli potius quam insulæ ut Cassiteridum famæ nequaquam respondeant. Quod si in Azoribus stanni venas esse, aut olim fuisse, comperiatur, res confecta est; neque enim veri dissimile est, eo Phœnices Gadibus, æque ac in Cernen & alias longinquas insulas, navigasse. Quod si nullæ in iis stanni venæ, dubitari potest a

auctore

ctores illi non errarint, & solus Strabo veram earum in-
nationem agnoverit, qui in alio quasi cœlo, ad Boream
. ab Artabrorum portu, Cassiteridas locat; Αἱ δὲ Κατ̃ιτε-
ες δέκα μὲν εἰσι, κεῖνται δ' ἐγγὺς ἀλλήλων πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τοῦ τῶν
ίβρων λιμένος πελαγίαι: *Cassiterides sunt decem; eæ propinquo
e invicem situ ad Septentrionem ab Artabrorum portu positæ*
. Hæc quidem verba ab Hispania versus Britanniam eas
stituere videntur, sicut verbis supra citatis situ Britanniæ
m Hispaniæ propiore locantur; in quo tractu vix aliæ
ulæ quam Sillinæ reperiuntur, quæ stanni venas habent,
e Camdeno: sed Britanniæ adeo vicinas esse veteres
eci, Phœnicibus id celantibus, ignorare poterant. Anti-
s quidem Græcis notum fuit in Britannia stanni fodinas
se, & stannum inde per Galliam terrestri itinere Narbo-
n, exinde vero in alias regiones exportari solitum, ut ex
doro lib. 5 constat: nescierunt vero Phœnices (qui so-
er Oceanum Atlanticum, stanni petendi causa, naviga-
nes instituerunt) ex eadem, aut vicinis insulis stannum
ulisse, quamvis id fieri potuerit. De navigatione ad Cas-
rides Strabo lib. 3. Πρότερον μὲν οὖν Φοίνικες μόνοι τὴν ἐμπο-
ἔστελλον ταύτην ἐκ τῶν Γαδείρων, κρύπτοντες ἅπασι τὴν πλοῦν,
*no quidem soli Phœnices eo negotiatum mittebant è Gadibus,
igationem istam alios celantes.* Et refert idem Strabo nau-
um quendam Phœnicem maluisse navim in vada illide-
quam negotiationem istam Romanis aperire. Nihil mi-
igitur, ignorasse Græcos quam vicinæ Britanniæ Cassi-
des fuerint. Poterat quidem ipsa Cornubia, stanni fera-
ma Britanniæ regio, cum peninsula sit, pro insula habe-
quod sæpe fit, vide in vers. 550) & Cassiteridibus an-
nerari, cum ei proximæ sint insulæ Sillinæ. Non minus
dem probabile est, quod sentit Ortelius, Britannias ipsas
siteridas fuisse, ut revera ex illis Phœnices stannum ex-
tarint, licet ex insulis quibusdam Occiduis, ut Græcis
onerent, se illud efferre fingerent, quam Sillinos sco-
os Cassiteridas solas fuisse. Hanc Ortelii & aliorum
rundam conjecturam plurimum confirmat quod apud
issimum Bochartum (qui huic opinioni impense favet)
tquam hæc commentatus sum, reperi: is enim ad Phœni-
n linguam nominis Britanniæ, seu Βρεταννικῆς, (sic enim à
abone, & in libro de mundo, appellatur) originem re-
. Illis dictam censet ברת־אנך, *barat-anac*, quasi *agrum,
terram, stanni, seu plumbi, feracem:* Syris enim ברא *ba-*

ra, & in regimine ברזל, *barat*, est *ager*, אנך, *anac*, vero H
bræis *stannum* seu *plumbum*. Eodem igitur sensu Britann
cæ dictæ (appellatione à Phœnicum lingua) quo & Gr
ca voce Κασσιτερίδες: *Cassiterides dictæ à Græcis à fertilitate plu
bi*, Plin. lib. 4. cap. 22; *stanni* scil. quod plumbi species hab
batur. Posteriores vero Græci & Romani, cum insulas e
ipsi lustrarent, tum Britannicas, nomine à Phœnicibus oli
impositio, vocatas, ignorarunt easdem fuisse quas Κασσιτε
δες Græci antiqui vocarunt, sola stanni fama cognitas, si
vero ignoto.

V. 566. Δισσαὶ νῆσοι ἔασι Βρεττανίδες] Cur insulæ hæ nosti
(quas Rheni ostiis adversas esse cum auctore nostro affirm
Strabo lib. 4.) Βρεττανίδες, & Latinis *Britannicæ* dictæ fuerir
anxie à multis quæsitum est. Maxime quidem invaluit e
rum sententia qui à Bruto nescio quo, (ab Ænea, ut volu
oriundo, sed cujus nusquam apud Romanos Scriptores me
tio fit) quem coloniam huc duxisse ferunt, nominis orig
nem accersunt. Sed ea omnia quæ de illo feruntur, modest
sed solide, convellit doctissimus, & de patria sua optime m
ritus, Camdenus, eaque alii hunc sequuti funditus ever
runt, ut hominum otio suo abutentium figmenta. Nos i
tur, missa tam illa fabulosa nominis origine, quam aliis al
rum conjecturis (quæ ab eodem Camdeno refelluntur, r
que emunctis naribus placere possunt) ipsius Camdeni se
tentiam verisimilem censemus, qui à *Brith* (quod antiq
Britannorum lingua, eodem teste, *pictos* notat) *Britonum* r
men; inde vero, addita terminatione *tania*, regionibus u
tata, ut in *Mauritania*, *Lusitania*, *Aquitania*, Βρεττανίας, seu *B
tanniæ*, nomen deducit. Britannos enim veteres corpora p
xisse è Cæsare in Comment. Mela lib. 3. cap. 6, & aliis r
tum: unde Ausonius,

— *Caledoniis talis pictura Britannis.*

Atque hinc veterum Britannorum in Boreali insulæ parte
liquiæ (quæ à Romano jugo liberæ remanserant, neque a
tum morem exuerant) postquam major insulæ pars Roma
armis cesserat, *Pictorum* nomine communiter appellatæ sui
de quibus Claudianus,

— *nec falso nomine Pictos*
Edomuit. —

Maxime vero arridet quod vir profundæ eruditionis Boch
tus nuper eruit, qui Βρεττανικὸν dictam censet quasi בראנך
barat-anac, *agrum stanni seu plumbi*, ut modo notatum:

pri

fuisse oportet Βρεττανικῆς quam *Britannorum* aut *Britonum*, ius est *Phœnices* quam *Pœnorum*, nomen. Duas insulas nnicas hic nominat Dionysius, majores scil. solas me- ans, omissis minoribus, ut Vecti, Mona, Orcadibus, E- bus, quæ etiam communi hoc nomine, Plinio teste, ab quissimis comprehensæ sunt. Ex duabus hisce major à o, Solino, & aliis specialiter *Eritannia*, à Ptolemæo vero iis quibusdam, præsertim vero ab antiquissimis Græcis, liari nomine *Albion* dicta est: *Albion ipsi nomen fuit, cum mniæ vocarentur omnes*, Plin. lib. 4. cap. 16. Nomen hoc, i fabulis suis Græci procuderint, ab ἀλφὸν, quod Græcis, Festo, *album* sonat, (unde & ipsa Latina vox *album*, & *um* nomen deductum) ortum Camdeno videtur, quod antibus rupibus coronetur (præ.ipue à latere illo quod iam spectat, Græcis præ cæteris partibus cognito;) unde itannis, teste eodem Camdeno, *Inis Wen*, id est, *insula* & ab Orpheo in Argonaut. λευκῆ & χέρσῳ, *terra albi-* vocatur. Cum tamen vix aliquod exemplum è proba- quo auctore Græco afferri possit, quo vox ἀλφὸς isto adjective usurpatur, quamvis plures Grammatici id as- it, nec à Latino *albus* deduci possit, cum *Albionis* nomen ci usurparint priusquam Romanis insula innotuerit; pro- ius mihi videtur, Græcos Albionis, uti & *Britanniæ* ex deni sententia, & *Iernes*, nomen ab indigenis accepisse. na scil. Scotiæ montanæ pars (ubi olim sylva Caledonia anis scriptoribus celebrata) etiamnum *Albain* vel *Alli-* dicitur, (unde Scotiam aliqui *Albaniam* vocant) quod en toti olim insulæ, aut majori ejus parti, commune e probabile est, sed in ulteriore tantum parte retentum, quam citerior pars Romanis paruit, quibus à primo ap- familiarius Britanniæ nomen, (sicut Northumbriæ en olim late extensum, nunc in exiguum spatium con- um;) ex voce vero illa proclive fuit nomen Ἀλβίων face- nsula minor, ab hac ad Occasum sita, (ubi notandus bonis error, qui ad Septentrionem eam statuit) Orphei rgonaut. auctori libri de mundo, (qui Aristotelis vulgo tur) Straboni, aliisque nonnullis, Ἰέρνη dicitur, quod à ine *Erin*, quo indigenæ eam appellant, (quod quidem identalem regionem ipsis notare Camdenus existimat, *Hiere* illis Occasum significet) manifesto deducitur. Ab vero nomina alia quæ eidem insulæ ab aliis tribuuntur, lia sunt *Iuverna*, *Ivernia*, & *Hibernia*, nullus dubito. De

Hibernia memorabile hoc, quod *nullus ibi anguis*, quod ol. à Solino notatum cap. 25, imo nec ranæ, nec talpæ. Qu vero insula hæc (uti & Creta & Ebusus) serpentibus & al venenatis animalibus careat, (vide in vers. 502.) naturæ li, hoc est, occultæ qualitati ipsi solo Creatoris providen insitæ, debere videtur: proprias quidem causas physicas a qui non licet, sed ad necessarium hoc communis ignoran asylum hic, ut in multis, confugiendum est. Quod lupis reat, pristinorum incolarum industriæ in iis mactandis beri ab historicis perhibetur.

V. 568. μέγεθος ἀξιώσιον] ἀξιώσιος, à præp. ἀξὶ & ἴος proprie significare videtur *eximie sanctum*, & inde per C chresin traductum ad significandum quovis modo *eximiu* & *alia exuperans*, non qualitate modo, verum & magnitu ne: nisi forte deductum sit à ἀξιωσία *exuperantia*, ut sit qu ἀξιώσιον, ω in ω mutato, secundum Doricam formam, si Μῶσα pro Μοῦσα dicitur.

κἀδέπης ἄλλη] Sententia Dionysii, qui nullam totius o insulam Britannicis magnitudine parem esse (ἰσοφαρίζειν en est ἴσην φέρειν, teste Eustathio) aliis etiam veteribus p cuit; unde Britanniam *quasi alterum orbem* esse affirmant linus cap. 25, & L. Florus lib. 3. Ptolemæus quidem, lib cap. 5, inter insulas primo loco Taprobanen statuit, 2° bionem Britannicam, 3° Auream Chersonesum, 4° Iv niam Britannicam: ex Strabonis etiam sententia Taprob Britanniam magnitudine æquat. Sed si nomine *Taprob Zeilan* intelligenda sit, qua de re in vers. 593 disquiret ea nequaquam Britanniæ majori par; neque aut Menuth dem, aut Sumatram, (quam aliqui nomine Taprobanes telligendam censent) aut aliquam aliam insulam veterib ignotam, satis constat Britanniam nostram æquare, ned magnitudine superare; quicquid de longe dissitis perhib possint -- *qui de magnis majora loquuntur*. Novimus & nos qu prodigiosas fabulas de Britanniæ magnitudine olim pro derit Pytheas Massilienses (ut videre est apud Strabone lib. 1.) qui insulam hanc stadiis 20000 longiorem facit.

V. 570. Ἀλλὰ δὲ νησάδων] De situ insularum harum, qu quia exiguæ sunt, diminutivo vocabulo νησάδες, per ep thesin Ionicam, pro νησίδες, hic vocat Dionysius, ut Πλη δες pro Πηλείδης dicitur, (neque enim *Nesiades* pro prop nomine habendum, ut sensisse videtur Priscianus, & e sequutus Camdenus) facile constabit, si quis hæc verba c

lo

Strabonis lib. 4, quem mox afferemus, contulerit. Lo-
quidem illum legisse Eustathium, ex iis quæ ipse hic
fert satis constat: quo magis miror cur locus hic in au-
e nostro Ceporinum unice torserit, sic enim ipse loqui-
quasi vero noverit bonus ille vir qui Cempsi fuerint,
. 338, qui Gerrhæ vers. 321, ut alia plurima missa fa-
. Sed tenebras illi hic offudit opinio semel concepta,
d insulæ hæ Orcades fuerint, quibus adversos Amnitas
nire non potuit. Sed ex Strabone constat eas juxta Gal-
ram παρωκεανῖτιν (quæ à Britannia non longe dissita) si-
sse, è regione *Samnitarum*, quos *Amnitas* hic vocat Dio-
us. Sunt igitur insulæ eæ quas *Veneticas* vocat Plinius,
d *Venetis*, genti *Samnitis* proximæ, adversæ sint, quarum
cipua *Belle Isle* hodie dicitur. In harum una, Ligeris flu-
stio objecta, Samnitarum uxores Bacchi sacra celebrare
ibusdam proditum esse refert Strabo, cujus verba sic se
ent; Ἐν δὲ τῷ ὠκεανῷ φασιν εἶναι νῆσον μικρὰν, οὐ πάνυ πελα-
προκειμένην τῆς ἐκβολῆς τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ· οἰκεῖν δὲ ταύτην
τῶν Σαμνιτῶν γυναῖκας Διονύσῳ κατεχομένας, καὶ ἱλασκομένας τὸν
τοῦτον τελεταῖς τε καὶ ἄλλαις ἱεροποιΐαις: *In Oceano autem in-*
n esse aiunt parvam, non plane in alto sitam, ostio Ligeris flu-
bjectam; in ea habitare Samnitarum uxores Bacchico furore
ptas, & Bacchum ceremoniis ac sacrificiis placantes: ubi
m paulo post εὐασμοῦ meminit. Verum ipse Strabo dubi-
videtur an hæc fabulosa non sint, ut lectori ad sequentia
verba attento (ubi aliud ἔτι μυθωδέστερον, *adhuc fabulosius*,
emidorum narrare affirmat) facile apparebit. Nec sane
stat apud Gallos veteres Bacchi Sacra celebrata fuisse;
patrii eorum ritus Bacchicis similes Græcis imponere
erant, qui & Cybeles sacra, & alia similia, ob rituum si-
tudinem, cum Bacchicis confudere, ut videre licet apud
bonem lib. 10.

. 571. Ἀμνιτάων] *Samnitas* hos vocat Strabo, uti & Pto-
æus, lib. 2. cap. 8, ut dubitari possit annon hic Σαμνιτάων
endum sit. Eustathius tamen non tantum Ἀμνιτῶν hic
et, verum & eandem scripturam apud Strabonem repe-
: videtur, ut ipsius verba, dum ea quæ apud Strabonem
de re habentur recitat, præ se ferunt. Quod si quis meam
ac voce sententiam quærat, existimo equidem *Nanni-*
seu *Nannetes*, verum nomen esse. Quos enim *Samnitas* vo-
Ptolemæus (*Namnetas* alieno prorsus loco in mediterra-
s locans, dum, more suo, diversa nomina, quæ apud varios

scriptores reperit, pro diversis gentibus accipit, vid
vers. 441.) & Strabo hoc loco aliorum verba recitans, à
bus fabulam hanc de *Samnitarum* uxoribus habet, eos
Namnitas ipse Strabo antea vocarat, eodem plane situ
Samnitas statuit Ptolemæus, ad ostia Ligeris, ex adv
Pictonum, locans, ὁ δὲ Λείγηρ μεταξὺ Πικτόνων τε καὶ Να
νιτῶν, *Ligeris vero inter Pictonas & Namnitas in mare se*
onerat. Eodem etiam situ Cæsar in Comment. *Namnetes*
tuit, cui & Plinius consentire videtur : atque ibi urbs *Na*
hodie extat, manifesto à nomine illo, ut in proximo *Va*
à *Venetorum* nomine, deductum; quin & *Pictonum* & *Sa*
num nomina adhuc fere integra restant. Nomen igitur A
τ à Ναμνίτης, detracto *N*, à Græcis quibusdam corruptu
(ut pro κάρδα ἄρδα à nonnullis scribitur, vide Salmas. in
lin. p. 242.) idque ulterius depravatum in Σαμνίτης mutat
videtur. Siquis profecto alio dictante poema hoc scrip
rit, proclive ei fuit Ἀμνιλίων pro Ναμνιλίων hic scribere, qu
propter finale ν præcedentis vocis, initiale hujus vix ex
diri potuerit.

V. 572. Ὀργιάζουσι τελέσσι] Cum Bacchi sacra, quæ ab A
niticis mulieribus peragi solita à quibusdam traditum, p
ribus hic persequatur Dionysius, ea Thraciis Bacchi sa
(quem Sabazii nomine colunt) versu 575, & Indicis, v
577, conferens, idoneus mihi visus est hic locus de Bac
nominibus & sacris paulo fusius commentandi, & plerasq
voces ad ejus cultum pertinentes simul explicandi, q
sparsim hic occurrunt. Bacchum, tanquam vini inventore
cultum vulgo notum; sic Tibullus lib. 2. eleg. 3.

At tu, Bacche pater, jucundæ consitor uvæ.

Sacra ejus *Orgia* dicta, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, à *furore* quo Bacchant
correpti, & *Trieterica*, quod *tertio* quoque *anno* celebrare
tur, cum clamore, strepitu, tympanorum pulsatione (inst
Cybeles sacrorum, de quibus vide in vers. 524) peragi s
lita, quod hic innuitur vers. 574. — παταγῆς δὲ λιγὺ ὄρος ὀρθ
τυ ἠχεῖ, ut scil. ebriorum strepitus, vociferationes, & inco
ditos gestus exprimerent. Atque hinc Βάκχος dictus est, t
ste Eustathio, à βάζω *clamo*, uti & ipse *Bassareus*, & sacerd
tes ejus *Bassarides*; quæ & à furore *Mænades* & *Thyades* voc
tæ, voce altera à μαίνομαι *furo*, altera à θύω *furiose ruo*, ded
cta. *Iacchus* etiam dictus videtur ab ἰάχω *clamo*, voce Hom
ro usitata, ut necesse non sit à nomine divino Iah illud, cu
Vossio, deducere; atque eadem de causa *Bromius*, à βρέμ
frem

mo, ſicut hic ἐριβόημος & ἐριβρεμέτης tanquam epitheta ejus minibus adjiciuntur. A clamoribus etiam quibuſdam à cchantibus ſolenniter uſurpatis nomina quædam ei indita nt. Quod enim Bacchantes exclamare ſolerent εὐοῖ (unde rbum εὐάζειν verſ. 579) & σαβοῖ, hinc *Euius*, *Euan*, & *Sazius* dictus eſt, & ſacra ejus *Sabazia*: εὐοῖ, σαβοῖ, ὗης, ἄττης, ὅτα γάρ ἐστι Σαβάζια καὶ Μητρῷα, Strabo è Demoſthene; ubi nuitur εὐοῖ & σαβοῖ *in Sabaziis*, *Bacchi ſacris à Thracibus per-is*, ὗης ἄττης *vero in Matris deûm ſacris, ſolennes fuiſſe acclama-nes.*

V. 573. κισσοῦ μελαμφύλλοιο] *Hederam* μελάμφυλλον vocat, obſcuram foliorum ejus viriditatem, quæ ad nigredinem linare videtur, ſicut obſcurior quivis color à poetis ni-t vocatur,

Sunt nigræ violæ. — Virg. Eclog. 2.

dera autem Baccho ſacrata, & foliis ejus, uti & vitis pam-iis, Bacchæ coronari ſolitæ, & thyrſos iis ornatos geſtare, od hederæ folia pampinos, corymbi vero botros quodam-do referant.

V. 574. Ἐννύχιαι] Bacchicis ritibus, quod cum ebrietate, am vini auctori convenire putarunt, & comeſſationibus ragerentur, (unde Bacchantes hic dicuntur κῶμον ἄγειν ſ. 578) nocturnum tempus dicatum, quippe quod celan-s ebriis ritibus maxime idoneum viſum: hinc Bacchus ſe *Nyctileus* dictus, Ovid. de arte amandi lib. 1.

Nyctileumque patrem nocturnaque ſacra precare.

oc etiam teſtatur Virgilius, paucis multa complexus,

— *qualis commotis excita ſacris*
Thyas, ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cythæron.

V. 575. ἐπ' ἠόσιν Ἀψινθίου Βιστονίδες] *Biſtones* Thracia gens xta Abderam, apud quos Biſtonis palus, Plin. lib. 4. cap. 11, *dera libera civitas, Biſtonum ſtagnum & gens.* *Apſinthi* autem, a Apſynthi, fluvii rara alibi mentio: ſed cum affirmet Ste-anus *Ænon* Thraciæ urbem *Apſynthon* aliter appellatam, riſimile eſt cognominem fluvium eam alluiſſe, (ſicut Ta-is Tanain urbem;) ut vel *Hebrus*, ad cujus oſtia *Ænos* ſita, im *Apſinthus* appellatus fuerit, vel ignobilior aliquis flu-us ejus nominis ibi extiterit. Bacchum, à Thracibus ſo-mniter cultum, (quod hic notat Dionyſius) *Sabazium* ab appellatum, plurimi teſtantur. De horum ſacris Seneca Oedip.

Te Bassaridum comitata cohors,
Nunc Edonii pede pulsavit
Sola Pangæi, nunc Threïcio
Vertice Pindi.

Edoni Thracia gens, apud quos mons *Pangæus*: absurde autem *Pindus* hic *Thraciæ mons* habetur. Apud *Edonos* vero non *Bacchi*, sed *Cotyos* deæ, præcipuum fuisse cultum, & Thracum *Bendidiis & Cotyttiis* (à Phrygiæ deæ sacris traditis) Bacchi cultum tantum adjunctum fuisse, ubi *Iacchus* seu *Sabazius, matri deûm* (quæ *Bendis* Thracibus dicta) comes additus, testatur Strabo lib. 10; ex quo etiam constat ipsi *Matris deûm* sacra cum *Dionysiacis*, ob conjunctum cultum & similes ritus, à poetis sæpe confundi.

V. 576. Εἰραφιώτην] Cognomen hoc Baccho impositum quod diceretur ἐρράφθαι, hoc est, *insutus fuisse Iovis femori* vide in vers. 940, ubi & fabula ista explicabitur, & pleraque quæ ad Bacchum spectant φυσικῶς consideratum.

V. 580. Πολλὼ δὲ πρότερόν τε] Peracta scil. sex dierum navigatione à Britannia ad Septentrionem, ex Pytheæ Massilienſis sententia apud Strabonem, lib. 1. Θούλην φησὶ Πυθέας ἀπὸ μὲν τῆς Βρεττανικῆς ἓξ ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον, ἐγγὺς δὲ ἤδη τῆς πεπηγυίας θαλάττης, *Thulen affirmat Pytheas sex dierum navigatione à Britannia abesse ad Septentrionem, vicinam congelato mari.*

V. 581. Νῆσόν τιν Θούλην] De *Thule* insula, quæ terrarum extrema versus Septentrionem antiquis habita, unde Virgilio — *ultima Thule* dicitur, primus scripsisse videtur Pythea Massilienſis; ex cujus sententia, aliorumque qui ipsum secuti, Eratosthenis scil. Plinii, Melæ, Solini, ut & Dionysii nostri, circa Arcticum circulum constituitur, cum *æstivo solstitio nullam ibi noctem esse, brumali diem nullum, sed ortum occasui junctum*, plerique ex his affirmant. Quod si quis omnia quæ de Thules situ ab auctoribus istis tradita sunt penitus excutiat, videntur ea Islandiæ potius quam alii cuiquam insulæ convenire, ut non immerito statuisse videatur Casaubonus in Strab. lib. 1, Mercator, Dalechampius in Plinium, aliique eruditi, Islandiam ipsissimam veterum Thulen esse: Islandia enim sub Arctico Circulo sita, adeo ut Sol in tropico Caneri constitutus horizontem tantum perstringat, nunquam subeat, quod Dionysius & reliqui auctores supra citati de Thule affirmant. Sex dierum navigatione à Britannia Thulen distare, à Pythea & Plinio traditum: quinque dierum

um navigatione ab Orcadibus eandem abesse refert Soli-
ius cap. 25 : distantiam inter Borysthenis & Thules circu-
os (hoc est, parallelos, quorum alter per Borysthenis ostia,
lter per Thulen ducatur) 11500 stadiorum, hoc est, M. Pass.
437, statuit Pytheas apud Strabonem lib. 1 : quæ quidem
mnia Islandiæ latitudini & distantiæ à locis prædictis satis
onveniunt. Ea etiam insula magna est ; quod de Thule
rodit Solinus, qui de Orcadibus loquutus, mox subjicit,
ed Thule larga, & diutina Pomona copiosa ; uberem pomorum,
eu Autumnalium fructuum, *provenium* (quem in Thule, ut
lii in Hyperboreis, contingere fabulose tradit) nomine
omonæ notans, sicut *annona* unius anni fruges significat : ubi
biter notandus Camdeni error, qui de *Pomona* tanquam in-
ula Orcadum una eum loqui existimat ;

— *aliquando bonus dormitat Homerus.*

Nullæ quidem ex his notis Schetlandiæ, insulæ exiguæ pro-
e Orcades sitæ, conveniunt, quam Thulen statuit Camde-
us. Ptolemæum fateor eo fere situ Thulen statuere : at nul-
a ibi loci insula magnitudini Thules ab ipso descriptæ, ne-
um Thules ipsius famæ, respondet ; & videtur quidem
le paulo ultra Orcadas Thulen statuere, (contra aliorum
ntentiam) quod censeret ulteriora ad Septentrionem, ubi
Thulen alii locant, habitari non posse ; sicut eandem ob cau-
im Strabo an ulla omnino sit Thule dubitare videtur, quod
am tam longinquo à Britannia situ ad Septentrionem sta-
uat Pytheas, cum ipse Strabo vix habitari posse ultra Hi-
erniam existimaret. Sed cum hoc falsum esse experientia
eprehensum sit, non est cur unius Ptolemæi sententiam
ot aliis præferamus, cum nulla inveniatur insula tanto no-
ini par, ubi ipse Thulen statuit, Islandia vero eo ipso in
tu sit ubi à tot aliis Thule locatur. Nec Scandinaviæ seu
altiæ Plinii, Norvegiæ, Gothiæ, & Suediæ regna hodie, ut
idetur, complectenti (quam Thulen antiquorum esse statuit
Ortelius, Procopii auctoritate ductus) conveniunt Thules
otæ supra propositæ, & alibi apud auctores extantes. Eam
uidem pro insula, cum peninsula sit, accipi potuisse non
fragabor : sed eam à Thule Plinius ipse distinguit ; & ejus
roximæ partes (quas veteribus cognitas fuisse, potius quam
motissimas, verisimile) vix ipsa Britannia Borealiores
int ; nec tam ad Septentrionem, ubi Thulen statuunt ve-
res, quam ad Ortum à Britannia sita. Huc accedit, quod
budes insulas inter Britanniam & Thulen statuit Solinus

cap. 25.

cap. 25. *A Caledoniæ promontorio* (inquit) *Thulen petentibus, bidui navigatione perfecta, excipiunt Ebudes insulæ.* (Sic locum illum, qui in vulgatis corruptissime legitur, ex codice Regio restituit Salmasius.) Hoc quidem verum, si nomine Thules Islandia intelligatur; nequaquam vero inter Britanniam & Scandinaviam, sed è diverso, Ebudes sitæ sunt. Deinde Norvegia Scandinaviæ (seu Scandiæ late sumptæ) pars est; at Thule Norvegiæ adversa à Plinio statuitur, lib. 4. cap. 16. (si eam Nerigi nomine notet, ut Camdeno videtur, cui facile assentior;) is enim inter insulas Septentrionales nominat *Scandiam, Dumnam, Bergos, & Nerigon omnium maximam, ex qua in Thulen navigatur.* Harum scil. regionum cum tantum portiones quasdam maritimas cognitas haberent, eas insulas falso existimasse videntur, mare Balticum non pro sinu, sed Oceani Septentrionalis parte accipientes, eumque Oceanum Sarmaticum appellantes. *Scandiæ* quidem nomine (quæ strictius hic sumpta quam alibi Scandinavia) *Sconen* & Gothiæ regnum, *Nerigi* nomine *Norvegia* intelligenda videtur; cujus pars *Bergi*, ubi hodie urbs *Bergen*: quæ omnia conjuncta *Scandinaviam* peninsulam, sed insulam veteribus creditam (*quam aliqui*, Plinio teste, *alterum orbem terrarum appellant*) constituere videntur, quæ & eadem fuisse videtur cum immensa illa *Baltia*, seu *Bustlia*, ibi à Græcis, eodem teste, memorata. Pro nobis etiam contra Ortelium, qui *Scandiam Thulen* esse statuit, militabit Melæ sententia lib. 3. cap. 6, si cum Camdeno legamus, *Thule Bergarum litori opposita est*, de *Bergis* modo dictis intelligendo; ubi pleraque edita habent *Belgarum*, quod vix ullo sano sensu retineri potest.

V. 582. ἐς πόλον ἄρκτων] Πόλος, deductum à πολέω *verto*, recentioribus est extremitas axis, circa quem cœlum verti dicitur, ita πόλος ἄρκτων est *polus arcticus*, hoc est *Septentrionalis*; & ἄρκτων in plurali dicitur à duabus *ursis*, majore & minore, ipsi vicinis. Antiquis vero πόλος interdum ponitur pro *cœlo ipso*, quia circa axem *circumvertitur*: ita Athenæus lib. 2, Τὸ τῷ πόλῳ σύμπαντος ἡμισφαίριον, *poli*, hoc est *cœli*, *totius hemisphærium*; sic —— *terramque polumque* Virg. Æn. l. 2: interdum pro *altero hemisphærio*, unde & horologia sua veteres πόλους vocarunt, vide Salmas. in Solin. p. 636: interdum etiam pro *circulis cœlestibus*, si Hesychio fides, qui pleraque ex posterioribus his significationibus sic recitat, Πόλος, κόσμος, οὐρανός, κύκλος, *Polus, mundus, cœlum, circulus.* Quidnam

nam igitur hoc in loco πόλος ἄρκτων significabit? Sumi quidem posset, si verba sola respiceres, pro *hemisphærio Septentrionali*: at sensus hoc non feret; tunc enim sensus hujus loci esset, quod quamdiu Sol in hemisphærio Septentrionali, hoc est, inter Æquatorem & Tropicum Cancri, esset, nunquam supra horizontem emergeret, & proinde *sens mensibus continuis perpetuus ibi dies esset*; quod quidem quosdam de Thule arbitratos refert Plinius, lib. 4. cap. 16, male intellectis scil. Pytheæ verbis. Pytheas enim sub Arctico Circulo Thulen statuit, ut videre licet apud Strabonem, lib. 2: cum perpetuus sex mensium dies non nisi sub ipso demum polo contingat; quod cum punctum sit, non potest illic esse & Thule, & fabulosis Hyperboreis locus, (*quos aliqui in semestri luce constituentes, serere matutinis, meridie metere, occidente Sole fœtus arborum decerpere, noctibus in specus condi* ænigmatice prodiderunt, Plin. lib. 4. cap. 14.) Recte quidem censet Herodotus, μὴ ἐνδέχεσθαι ἀνθρώπους εἶναι οἳ ἑξάμηνον νύκτα κοιμῶνται, *fieri non posse ut homines sint qui semestrem noctem dormiant.* Ut igitur sano sensu hæc verba intelligantur, vel πόλον ἄρκτων pro *circulo* omnium quos Sol transit *Septentrionibus proximo, Tropico scil. Cancri*, sumi censendum; vel si Tropicum Polum dici durius videatur, (quanquam & Hesychius & Eustathius πόλον κύκλον *circulum* reddant) *de ipso polo arctico* proprie sumpto eodem plane sensu intelligi potest: tunc autem εἰς nihil aliud quam *versus* hic valebit, (quis enim nescit Solem ad Polum arcticum nunquam pervenire?) ut βεβηκότος εἰς πόλον ἄρκτων, sit, *Sole accedente ad Polum*, hoc est *propius Polum* (cum scil. juxta Tropicum est) & æquipolleat Plinianis istis, *Solstitii diebus accedente Sole propius verticem mundi.* Hoc quidem sensu circulo Arctico Thule subjicietur, ubi nox nulla Sole in Tropico æstivo constituto, & conformia hæc erunt iis quæ de Thule prodit Plinius lib. 4. c. 16. *In Thule solstitio nullas esse noctes, Cancri signum Sole transeunte, nullosque contra per brumam dies.* Idem etiam à Solino traditur cap. 25, nisi quod hic non simpliciter *solstitio*, sed *solstitio æstivo*, dixerit, nec *bruma*, sed *solstitio brumali*, recentiorum more; veteres enim nomine *solstitii* non nisi *æstivum* intelligunt (ut Virg. Georg. lib. 1.

Humida solstitia, atque hyemes orate serenas,
Agricolæ)

cui *brumam* opponunt, contracte pro *brevimam*, hoc est *brevissimam diem.*

V. 583.

V. 583. ἐπιλάμπει πῦρ] Πῦρ pro *lumine Solari* hic ponitur, & proinde Metaphorica dictio hic esse videtur: Sed *lucem* ab *igne* essentialiter non differre docti quidam recentiores statuunt, & Solem revera igneæ naturæ esse olim sensit Anaxagoras; quam etiam sententiam (explosa quinta illa essentia quam cœlestibus corporibus tribuunt Peripatetici) tuetur Vossius, de Orig. Idol. lib. 2, qui consuli potest, neque enim hic in Physicas controversias expatiandi locus est.

V. 584. Ἀξοτέρῃ γὸ τήμῳ] Quo enim loca ab Æquatore (ubi Sphæra recta est, & Zodiacus angulis fere rectis Horizontem secat) remotiora, eo obliquioribus angulis Sol occidens eorum Horizontem secat, donec sub Circulo Arctico, ubi Thule sita, Sol in Tropico Cancri constitutus, Horizontem tangit tantum, non secat; *obliquo flexu ad eum descendens, non subiens, deinde pari obliquitate ascendens*, ita ut è conspectu nunquam se subducat, dum *obliqua circumgyratione* totum circulum peragit, quod 24 horarum spatio fit.

V. 585. ἰθείαν ὅτε κλίσιν] Intelligit Solem in Tropico æstivo constitutum, qua hora, quove momento maxime deprimitur, & ad Septentrionale Horizontis punctum pervenit (ubi media nox est in locis eandem cum Thule longitudinem, sed minorem latitudinem, habentibus) *in linea recta secundum ipsum* Horizontem (quem tunc stringit, non subit) *ad Thulen radios emittere*, ita ut umbræ eo tempore in Thule ad Meridiem in infinitum extendantur.

V. 586. Μέσῳ ὅτε κυανέης] Non hæc mutatio tum demum accidit cum ad Australe hemisphærium Sol revertitur, ut perperam, & priori suæ sententiæ parum consentanee, locum hunc explicat Eustathius; tunc enim in semestri luce Thule constituenda esset, quasi in sphæra parallela, sub ipso scil. Polo, sita, cum ipse Eustathius hyperbolicum antea judicaverit, quod hic affirmat Dionysius, Sole in Cancro constituto perpetuum in Thule diem esse. Sed intelligendum, Solem incipere Thules Horizontem vesperi subire, ut nox aliqua sit, cum à Tropico Cancri aliquantulum recessit ad Meridiem revertens, & Æthiopiæ rursus perpendiculariter impendens, à qua paululum ad Boream abscesserat cum in Tropico constitutus esset, cui Libya interior & Syene Ægypti urbs subjecta. *Æthiopas* autem κυανέας vocat, tanquam *nigros* (quanquam ea vox proprie *cæruleos* significet) quod poetæ obscuros quosvis colores cum *nigro* confundant, vide in vers. 573; sic Suidas, κύανοι, μέλανες. Cæruleus quidem color

lor nigro proximus, ipsique Æthiopum colori, quod manifesto à Plinio innuitur, lib. 22. cap. 1, dum *Britannos glasto* (hoc est isatide herba, quæ cæruleum tingit) *se oblinere* affirmat, *Æthiopum colorem imitantes.*

ἐλάσσῃ] Videtur hæc vox, quæ de aurigatione sæpe usurpatur, fabuloso Solis currui accommodata, de quo vide Ovid. Metam. lib. 2.

V. 587. Ἀλλ' ὁπόταν Σκυθικοῖο] Navigatio hæc è Scythico in Eoum Oceanum tantum imaginaria est, & (ut cum philosophis loquar) mentalis potius quam realis: eam enim sæpe tentarunt Angli & Belgæ, nautæ peritissimi, nunquam tamen voti compotes fieri potuerunt; quo minus credamus eam à Græcis aut Romanis veteribus unquam peractam. Nimirum ii ne Scythicum quidem Oceanum norant, sed sinui Baltico, ut antea notatum, Scythici seu Sarmatici Oceani nomen indiderunt, ideoque Scythicum Oceanum Eoo continuari, non certa aliqua cognitione, sed opinione sola ducti, statuerunt.

V. 589. Χρυσείην τοι νῆσον] Insulam hanc, ut olim habita est, quod *auro* abundaret, χρυσῆν dictam plerique statuunt, unde fabula orta aureum ejus solum esse (quanquam à reflexione radiorum solarium *Aureæ* nomen ei imponi potuisse non male auguretur Eustathius, cum Solem ibi oriri hic prodat Dionysius) ut & aliam Ἀργυρῆν *ab argento* dictam volunt. Eas *extra Indi ostia* statuunt Plinius, lib. 6. cap. 21, & ejus simius, ut vulgo audit, Solinus, cap. 55. At de situ *longe ulteriore* ad Ortum hoc intelligi debet, si cum aliorum sententia, ipsaque veritate, hoc conciliare velimus. Alii enim eas, cum auctore nostro, in Eoo mari, & ultimo Oriente locant. Ita auctor Peripli Chrysen sub ipsum Solis ortum (ubi & Dionysius hic eam statuit) contra fluvium Gangem locat, & ultimam terrarum ad Orientem facit; cujus verba corrupte edita sic restituit Salmasius, κατ' αὐτὸν δὲ τὸν ποταμὸν (Gangem scil.) νῆσός ἐστιν ὠκεάνιος ἐσχάτη τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, ὑπ' αὐτὸν ἀνέχοντα τὸν ἥλιον, καλουμένη Χρυσῆ: *Contra ipsum fluvium* (Gangem) *insula est in Oceano sita, totius Orientalis terræ tractus ultima, sub ipso Sole oriente, Chryse* (seu *Aurea*) *vocata.* Mela etiam, lib. 3. cap. 7, huic satis consentire videtur; *Ad Tamum* (inquit) *insula est Chryse, ad Gangem Argyre*: licet enim certus situs promontorii quod hic Tamum vocat vix satis cognitus sit, ad Gangem tamen (hoc est, contra Gangem) Argyren statuit, cui Chrysen, tanquam vicinam, omnes conjungunt.

In

In mari etiam Sinas alluente *Chryse sinus* (seu potius *Chryses*, appellatione ab insula facta) à Plinio statuitur, lib. 6. cap. 17, qui Ptolemæo est *Magnus*, Gangetico Orientalior. Sed Chrysen, quam insulam veteres opinati sunt, peninsulam esse posteriores agnoverunt; ex situ enim constat eam ipsam esse quam Ptolemæus & Marcianus Heracleota Χρυσοῦ χερσόνησον, *Chrysen*, seu *Auream*, *Peninsulam* vocant, quam tamen ipse Ptolemæus inter insulas numerat, lib. 7. cap. 5. Eam in India extra Gangem uterque locat, & ei prætentam esse statuunt ultra sinum Magnum Sinarum regionem, cujus Metropolis Thina dicta, quam & *Chryse* insulæ adversam statuit auctor Peripli. Et sane, tam ex situ, quam Ptolemæi *Chryses*, seu *Aureæ Cherſoneſi*, descriptione, satis liquet *Chrysen* illam non aliam esse, quam quæ hodie *Malacca* dicitur, quæ Indiæ extra Gangem insignis peninsula est. Et quod ad *Argyren* insulam spectat, quam cum *Chryse* auctores conjungunt, probabile est eam esse *Samotram*, seu *Sumatram*, insulam, quæ & Malaccæ, seu veterum *Chryse*, vicina est, & adversus Gangis ostia sita, ut ad Gangem Argyren statuit Mela; eamque argento & auro abundare hodie traditur. Eandem etiam esse Iabadii insulam Ptolemæo vocatam, cujus metropolin ille Ἀργυρᾶν nominat, mihi aliquando visum. Ex situ tamen, latitudine præsertim (nam quod ad longitudinem spectat, Indiæ extra Gangem ora, cum insulis vicinis, nimium Ortum versus ab eo promovetur) probabilius redditur *Iavam* esse quæ illi *Iabadii insula* dicitur, nomine ipso non abludente; *Sumatram* vero (quæ aliis *Argyre* dici videtur) eam esse quæ Ἀγαθὲ δαίμων, seu *Bonæ Fortunæ*, à Ptolemæo vocatur, quam adversus Gangis ostia, ubi *Argyren* Mela, sub ipso Æquatore statuit. Neque obstat quod Ptolemæus *Bonæ Fortunæ* & *Iabadii* insulas majore intervallo à se invicem removet, & multo minores facit quam *Sumatræ* & *Iavæ* convenire hodie conspicitur; eas enim reliquis omnibus insulis majores facit quas in isto tractu describit; partes tamen eas qua maxime sibi invicem appropinquant eum ignorasse verisimile est, neque accurate aliquid de magnitudine aut situ tenuisse. *Iabadii* vero insulam magnam fuisse vel inde colligi potest, quod ejus Metropolin nominet Ptolemæus, unde plures urbes habuisse apparet; licet totam ejus dimensionē non tradat, quippe cui exigua tantum ejus pars comperta fuit. Addere libet quod apud doctissimum Bochartum postquam hæc commentatus sum reperi, scil. *din* Persis & Indis insulam sonare, ideo-

leoque Ἰαβαδίᾳ, *Iabadiu*, nihil aliud notare quam *Iavam insulam*.

V. 591. νοτίης περιπάρ̣ιθε κολώνης
Αἰψά κε Κωλιάδ̣ος μεγάλῳ ὅτι νῆσον ἵκοισι]

ic interpungendum esse hunc locum equidem Salmasio liens assentior, ut Κωλιάδ̣ος conjungatur cum κολώνης, & de Coliaco promontorio intelligatur, quamvis Αἰψά κε cum equentibus melius cohæreat, ut Hyperbaton esse videatur. enerem quidem Κωλιάδα cognominatam ex Strabone conat; hinc Taprobanen Κωλιάδ̣ος νῆσον, quasi *Veneris insulam*, ic dictam, Eustathius, & eum sequutus Hen. Stephanus, pinantur, puncto inter vers. 591 & sequentem interjecto. .t Venerem in insula hac cultam nemo veterum prodidit: *oliacum* vero seu *Colicum* (& corrupte quibusdam *Colchicum*) ndiæ intra Gangem promontorium Meridionale, ex adver- Taprobanes plurimi statuunt; cujus etiam meminit ipse ionysius Καλίδ̣ος nomine, vers. 1148. Plinius de Cydara aprobanes fluvio loquens, subjungit, *Proximum* esse *Inæ promontorium quod vocatur Coliacum*. Strabo etiam, lib. 15, aprobanen statuit aliquot dierum navigatione abesse ἀπὸ τῶν πολάτων τῆς Ἰνδικῆς πρὸς μεσημβρίαν τοῦ Κωλιακοὺς πρὸς μεσημβρίαν, *ab extremis ad meridiem Indiæ partibus iuxta Coliacos*; sic enim cum almasio lego, ubi male editum Κωνιακούς. Populi scil. qui tram huic promontorio vicinum incolebant, Coliaci & Coli-, & corrupte Colchici, dicti videntur; ut & sinus maris ixta promontorium istud Colicus, &, voce inde depravai, Colchicus à Ptolemæo nominatur; cui etiam Colchi nporium situ vicino, quæ Æthico in editis Colche, in Thuæo autem codice, teste Salmasio, Colice. Ex Ptolemæo iam videtur promontorium Coliacum aliter Κῶρυ dictum, am eo fere in loco ubi auctores Coliacum promontorium ocant, ipse Κῶρυ ἄκρον τὸ καὶ Καλλιγικὸν nominat, ut vulgo ditum; ubi tamen Κωλιακὸν substituendum censet Salmasius. romontorium hoc, Zeilæ insulæ proximum, *Cochin* hodie icitur, ut Salmasio placet, quod à *Colico* aut *Colchico* non rorsus abludit; sicut aliud promontorium Australe huic icinum, quæ Ptolemæo *Comaria* vocatur, etiamnum *Cape omori* appellatur. Subdubito tamen an Καλλιγικὸν Ptolemæi in ωλιακὸν mutari debeat. Multum profecto nos movet Comariæ nomen, ut promontorium illud esse censeamus quod odie Comorinum vocatur, magno Salmasio ea in re assenientes. Et quod ad Κῶρυ promontorium attinet, illud Taproba-

probanæ proximum inter omnia Indiæ promontoria à Ptolemæo statuitur, & insula quædam Κῶρυ etiam vocata inter promontorium illud & Taprobanen ab eodem interponitur; quæ quidem promontorio illi ultra Comorinum ad Orientem æstivum sito (non autem ipsi Comorino) exacte conveniunt. Interea vero videtur Comorinum promontorium Coliaci nomine à plerisque notari, quippe quod ultimum ad Meridiem Indiæ promontorium statuunt, ubi maximum litoris flexum fieri affirmant.

V. 592. μεγάλην ὀπὶ νῆσον ἵκοιο] Ptolemæus quidem omnium maximam facit, Dionysius vero Britannia minorem, ut in vers. 568 dictum: sed variam fuisse admodum de ejus magnitudine veterum sententiam ex Strabone lib. 15 constat; qui refert eam ab Eratosthene 8000 stadia, hoc est, 1000 M. Pass. longam describi; Onesicritum vero Alexandri classis præfectum, per quem primum Græcis innotuit, totam ejus magnitudinem nisi 5000 stadiorum facere. Immane quantum ab hoc Eratosthenis sententia discrepat! Hoc enim de toto circuitu intelligendum, cum nec insulæ longitudinem nec latitudinem, teste Strabone, Onesicritus definierit. Minus tamen (ut hodiernis navigationibus compertum) à vero aberravit Onesicritus, ejus circuitum imminuendo, quam Ptolemæus & Eratosthenes, & ad hujus sententiam proximo accedentes Plinius & Solinus, eam immodice ampliando, & nimis ad Meridiem extendendo. Nimirum ea est insula quam hodie *Zeilan* nominant, ut mox dicetur, quæ non modo Britannicis, verum & multis Eoi maris insulis minor est sed earum pleræque prorsus ignotæ, paucæ tantum nomine tenus notæ, nec de earum magnitudine quicquam comperti; insignior vero Taprobanes fama, utpote vicinioris, & quam Alexandri Magni classis viserat, atque unde legati sub Claudio Romam missi feruntur; & cum ea maxima esset ex insulis Indicis tunc satis detectis, de ea multa fingere ob longinquitatem secure poterant, τὸ γὰρ πόῤῥω ἀπατητικώτερον, *de longinquis fallere facilius*, ut vere alia de re Xenophon.

V. 593. Μητέρα] Metaphorica hac dictione innuere videtur primam stirpem Asiaticorum Elephantum (alii enim Æthiopici sunt) ex Taprobane fuisse. Nimirum ea insula non tantum elephantis abundavit (quod testatur Alexander Lychnus ab Eustathio citatus, qui de Taprobane hæc habet,

Θηρονόμος πέπληθεν ἐϋῤῥίνων ἐλεφάντων)

verum etiam *elephantes* ii *multo majores* erant *quam quos fert India*;

, ipsis Plinii & Solini verbis; ideoque eos inde in Asiam ductos paulatim degenerasse existimari potuit.

Ταπροβάνης] Quænam ea sit insula quam nomine *Taprobanes* tiqui designarint, plurimum ambigitur. Insula quidem ea m Σιμούνδε, (vel πάλαι Σιμούνδε) dicta est, teste Ptolemæo, ius vero ætate Σαλικὴ, & ejus incolæ Σάλαι. Ταπροβάνη, ὀνομαλεῖτο πάλαι Σιμούνδε, νυῦ δὲ Σαλικὴ, καὶ οἱ κατέχοντες αὐτὴν κοινῶς Σάλαι. Eadem etiam habet Stephanus de urb. uti & ircianus Heracleota, & Peripli auctor; nisi quod hi duo Παλαιμούνδε, *Palæsimundi*, habent, ubi Ptolemæus & Stephanus isis vocabulis πάλαι Σιμούνδε, & Plinius Palæsimundi fluvii n oppido cognomine in Taprobana meminit, à quo insu- denominatam verisimile fit: unde satis probabiliter con- dit Salmasius in cæteris etiam, voce Πάλαι cum Σιμούνδε junctam, Παλαισιμούνδε legendum. Hoc autem ipso Simundi, Palæsimundi, nomine vetustius esse nomen Taprobanes au- r Peripli testatur; sicut nomen Σαλικὴ, seu Σάλη, utroque ntius, cui non dissimile nomen *Seilan* seu *Zeilan* insulæ iam nos veterum esse Taprobanen censemus) ut hoc ex illo um videatur. Frustra quidem sunt qui, cum Samotram, Sumatram, insulam Taprobanen esse statuant, hoc in ar- nentum arripiunt, quod nominis Σιμούνδε aliquod vesti- m in nomine Sumatra appareat. Probabilius enim est, ut e judicat Salmasius, à Σάλη vel Σαλικὴ, recentiore appella- ie, quam ab antiqua & ante Ptolemæi tempora obsoleta, nen quod hodie ea insula retinet deductum; præterquam d apud plures scriptores *Palæsimundi*, quam simpliciter *undi*, pro nomine antiquo recitetur. Nec vero ex nomine , verum etiam ex elephantis quos gignit maximos, gem- & margaritis grandioribus, aliisque quæ de Taprobane ve- s tradunt, (quæ cum illis quæ de Zeilan hodie narrantur fert Bochartus, de Phœn. col. lib. 1. cap. 46, non ante à visus quam hæc exaraveram, qui & eandem Ophir esse et ad quam missa Salomonis classis) præcipue vero ex si- Zeilan esse veterum Taprobanen apparet. Taprobanen n sub India intra Gangem Ptolemæus & alii veteres consti- it, ubi & Zeilan sita (cum Sumatra juxta Auream Cherso- im sit, situ longe Orientaliore, nec vicinior insula Zeilan res latere potuerit, si longe remotior Sumatra cognita fuis-) ei etiam proximum Indiæ illius promontorium *Coliacum* um non modo Ptolemæus statuit, (qui etiam *Comariam* ex- iam, quæ hodie *Cape Comori*, ei vicinam facit) verum &

Strabo, Plinius, atque ipse Dionysius, ut modo ostensum Imo Ptolemæus Borealibus Taprobanes partibus debitam India distantiam assignat, (quam alii nimis ad Austrum in removent) continenti Indiæ intra Gangem, præcipue Pr montorio modo dicto, eas vicinas faciens, cui Promontor & Zeilan proxima, & in longitudinis gradu 126--20 m., la tudinis gr. 11--40 m. Talacori Boreale Taprobanes emp rium constituit; quæ & Borealibus Zeilæ partibus satis co gruit, nisi quod recentiores Meridianum primum per grad 10 ulterius ad Occasum statuendo, totidem gradus de Zei longitudine detrahant. Australes quidem partes Ptolemæ ipse (sicut alii insulam totam) nimis ad Meridiem ἐκτοπίζ nonnihil ultra Æquatorem producens, dum insulæ magnit dinem immodice auget, incerta nescio qua fama ductus, qu & aliis imposuit; cum longe alia, eaque veriora, prodide Onesicritus, qui eam circumnavigarat.

V. 594. ἧς ὑπὲρ] Sub Tropico Cancri (quem αἴθωνα *ard tem* vocat, tum respectu nostri, quibus solstitium æstivum Sole in eo constituto, tum ipsius Taprobanes respectu, quæ, ipsius suppositione, perpendicularibus radiis, Sole ibi posi torretur) Taprobanen hic locat Dionysius, Borealiorem situm tribuens quam revera congruit. Et is quidem solus è teribus, quos mihi videre contigit, in hanc partem peccat; teri enim vel totam, ut Strabo, Solinus, & Plinius, vel aliqu ejus partem, ut Ptolemæus, nimis ad Meridiem removent. P lemæus quidem exiguam tantum ejus partem ad Æquator protendit: ridicule vero Plinius, lib. 6. cap. 22, & ejus p giarius Solinus, cap. 56, fabulis de ea contextis, videri vol eam sub alio quasi cœlo sitam, dum non modo *Septentrion* verum & *Vergilias* ibi non comparere absurde affirmant; qu accidere non posset nisi ad Circulum Antarcticum, ablegan esset. Quanto levior in auctore nostro contrarius error, qui Tropico Cancri eam statuit, quamvis Æquatori quam Tro co huic vicinior sit? Risu interim quam refutatione dign Papius, qui ὑπὲρ per *ultra* hic reddendum censet; hoc enim rorem augebit, (tantum abest ut minuat) si enim ultra T probanen sit Cancer, Taprobane citra Tropicum, ideoque Borealior, erit. Melius nodum hunc solveret, si quis Cancri super Taprobanen hic statui diceret, quia Borealia Australib *superiora* haberi solent: sed cum is usus vocis ὑπὲρ raro ap hunc auctorem occurrat, nihil tale statuere audeo. Vide enim auctor revera sensisse Solem in Cancro constitutum probanitarum vertici impendere.

V. 5

V. 597. Κέρα ἅσσες ἔχεσιν] *Rubrum mare* (quod ab altero tere, Occidentali scil. Taprobanen alluit, Mela lib. 3. cap. 7, oo ab altero ejus latere incipiente, Plin. lib. 6. cap. 22.) *ma-orum animalium magis quam cætera capax esse* à Mela proditur. inius etiam, lib. 9. cap. 3, in Indico mari ipsi dicto (quod ionysii Erythræum est, Oceanus scil. Meridianus, quem ab oo distinguit ipse Plinius, lib. 6. cap. 13, *Ab Oriente* (in-uit) *Eous, à Meridie Indicus*) prodigiosæ magnitudinis belluas scribit; ne hyperbolæ censeantur poetis solis concessæ quæ ud auctorem nostrum habentur, vers. 603. *Plurima* (inquit inius) *& maxima in Indico mari animalia, è quibus balænæ quanûm jugerum priſtes ducentûm cubitorum.* Æquant hæc, aut etiam perant, omnia hic à Dionysio tradita.

V. 599. Τέτηχεν -- ἑλκὸς ἀκάνθης] Non hoc de spina dorsi elligendum, quæ & ἄκανθα dicitur, propter ossa spinarum re inde extantia, sed de aculeis extra è summo tergo, uti hic atur, exurgentibus; quod ab Eustathio observatum. Τέτηχε autem præteritum est à verbo poet. τήκω pro τεθηγμένος.

V. 600. Δυσμενέων τις φειδὴς] Periphrasis pro δυσμενὴς, vide s. 31. Est autem deprecationis modus ne ipsi aut amicis lum tantum contingat, sed inimicis potius (cui non diffi-em sensu vide vers. 741) proverbiali isti formulæ similis inis usitatæ, *Hostibus eveniat*, de qua vide Erasmum in iliad.

. 601. ἐ γὰ ἐφορμὴ] Ἐφορμὴ licet *impetum irruentis* sæpius signi-t, ab ἐφορμέω *ruo*, hic tamen pro *fuga* ponitur qua alienus impe-evitatur, uti ἐφορμέω inter alia significat ὑποχωρέω *recedo*.

. 604. τοῖς γὰ ἀλιξῆς] Ἀλιξὴς, ab ἁλιτέω *pecco*, per Syn-en pro ἁλιτηρὸς, cui contraria est Epenthesis in voce τερπνάλα τέρπλα. Gnome autem hac innuitur providentia divina res nanas ita regi, ut præcipue scelestis mala talia eveniant, iis-ea ubique & inevitabiliter occurrant. Bonos tamen calami-s non semper effugere, nec tamen Providentiam inde tol-thnici aliqui agnoverunt: qua de re consulatur Senecæ tra-us, *Cur bonis mala fiant, cum sit providentia.*

. 606. Καρμανίδος ἔκπροθεν ἀκτῆς] In Oceano, extra sinus ici fauces, quæ promontoriis duobus, altero Carmaniæ, d Ἄραβος vocat Strabo, altero Arabiæ felicis, in angustum untur.

. 607. Ὦγυγες] Insula hæc eodem nomine appellatur à io lib. 6. cap. 28, & Mela lib. 3. cap. 7, qui & eam, cum ore nostro, Erythræ regis monumento claram esse affir-

mant. Strabo tamen, lib. 16, in *Tyrrhina* insula Erythræ monumentum locat: sed quum eam eodem situ statuat quo alii *Ogygiam*, πρὸς νότον scil. à Carmaniæ promontorio, nec alibi *Tyrrhinæ* mentio inveniatur, probabile est quod statuit Salmasius locum illum mendosum esse, & Ὠγύγιον ibi scribendum. Arrianus vero cum cæteris conciliari non potest, qui in *Oaractha* Persici sinus insula, quæ Ptolemæo Οὐαρέχθα, monumentum hoc extare affirmat.

Ἐρυθραίης βασιλῆος] Regem hunc Erythran alii vocant, & ab eo Erythræum mare denominatum censent, vide in vers. 3 & 54; quod si cui arrideat, Ἐρυθραῖος βασιλεὺς hic vocari censendus, ut Διωναίη Ἀφροδίτη vers. 509. Mihi tamen verisimilius fit (nisi hæc prorsus ficta, cum de insula in qua monumentum hoc situm volunt adeo varient auctores) regem quendam qui insulis hujus maris imperavit, Ἐρυθράς, subintelligendo θαλάσσης, vel ἐθνικῶς Ἐρυθρῶν, βασιλέα ab antiquissimis Græcis dictum, quasi *Rubri maris Regem* (sicut *Ponti*, & *Pontici, reges* dicti qui loca circa Pontum Euxinum tenuerunt) hoc vero à posteris ita acceptum, ac si *Erythras* proprio nomine appellati fuissent. Eustathius quidem quorundam sententiam refert, quo Erythræus ille rex, in insula hac sepultus, proprio nomine Deriades dictus fuerit. Quod ad Vossii conjecturam, qui *Edomum* nomine *Erythræ* notatum arbitratur (per Græcam nominis Hebraici interpretationem, quod utrumque *à rubore* dedictum sit) ei nequaquam accommodari possunt quæ de Erythra hoc feruntur; Edomi enim sedes fuit Idumæa, ab ipso nominata, nec loca ulla huic Oceano vicina tenuit, ut eum hic sepultum fuisse ne fingi quidem potuerit.

V. 610. Ἴκαρον εἰναλίῳ ἵνα ταυροπόλου θεοῖο] In *Icaro*, sinu Persici insula, (quam Strabo lib. 16 Ἰκάριον, Ptolemæus Ἰχάρα vocat) ταυροπόλον θεὸν coli hic affirmatur, quo nomine Ἀπόλλωνα ἢ Ἄρτεμιν, *Apollo aut Diana*, teste Eustathio, intelligi debet; & si usum hujus vocis apud auctores consulas, Dianam potius quam Apollo. Ταυροπόλος enim communi genere, vel Ταυροπόλη, frequens est Dianæ Epitheton, Ταυροπόλαν τ' Ἄρτεμιν, Suid.; sive quod apud *Tauros*, Scythiæ gentem, colatur, ubi ibi versari dicantur dii ubi celeber eorum cultus est, vide ver. 445, sive quod *Lunæ* (quæ Græcorum Ἄρτεμις est, sic dicta ἀπὸ τοῦ ἀέρα τέμνειν) *tauri sacrati* sint, & ab iis ejus currum trahi fingatur, ideo quod cornua eorum corniculatam Lunæ figuram repræsentent. Neque obstat quod θεὸς, non θεὰ, hic dicatur. θεὸς enim fœminine pro dea non raro usurpatur, ut Homerus

Iliac

liad. α'. ἀπωλάτω θεός εἰμι. Sed ex Androsthenis Thasii relatione, apud Strabonem lib. 6. (unde hæc desumpta existimo) sacra hæc Apollini peracta fuisse videntur; is enim de insula sacrario loquens, de qua hic agitur, in ea esse affirmat ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἄγιον, καὶ μαντεῖον Ταυροπόλε, quod de eodem certe deo accipiendum. Et potest quidem tam Apollo quam Diana, Sol vel Luna, Ταυροπόλος dici communi quadam ratione; non modo quod *Taurus* unus sit è Zodiaci signis per quæ gradiuntur, verum etiam quod Zodiacus ipse, in quo circumaguntur, obliquus sit circulus (unde & Apollo Λοξίας dictus videtur) cujus segmentum quod supra horizontem est obliquo suo flexu bubula cornua referre videtur: circuli enim segmenta notum est *arcus* ob similitudinem à Geometris vocari, *bubula* vero *cornua arcus* curvaturæ non dissimilia sunt. Sed cum affirmant Græci Apollinem aut Dianam Ταυροπόλον in Persico sinu coli, hoc eo sensu accipiendum videtur quo asserit Tacitus, de moribus Germ. *quosdam Germanorum deos Romanos interpretatione Castorem & Pollucem memorare*; neque enim verisimile alia quam Persica, Babylonia, aut Arabica numina, saltem ante Macedonum adventum, ibi culta fuisse. Sol unicum, ut Herodotus & Iustinus affirmant, aut præcipuum, ut alii volunt, Persarum numen fuit. Eum nomine Mithræ coluerunt, Μίθρας ὁ ἥλιος ἐν Πέρσαις, Hesych. In Ecbatanis etiam Dianam, Ἀνείτην ibi dictam, cultam fuisse testatur Plutarchus in Artaxerxe. Solem etiam & Lunam solos fuisse Arabum deos, quos Οὐρανὸν & Ἀλιλάτ nominarunt, infra in vers. 940 ex Herodoto ostendemus. Cum igitur hi Solem aut Lunam coluerint, qui Græcis Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις, vide in vers. 525, idcirco eos Apollinem aut Dianam coluisse hi interpretati sunt; & quidem Ταυροπόλον, sive quod *taurina cornua*, aut aliquid simile, effigiei adderent, aliquam ejus imaginem finxerint; sive quod *tauros* ei immolarent, ut Græci & Romani Apollini:

Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

V. 612. Τόσσας μὲν νήσους] Coronidis loco hic affirmat (ut antea vers. 554, cum insularum interni maris περιήγησιν finierat) se præcipuas insulas enumerasse, non autem minutissimas quasque, quæ fere innumerabiles sunt, ut innuitur vers. 616 & 619.

V. 620. Σχῖμα δέ τοι Ἀσίης] Cum antea, vers. 277, indixisset Europam & Africam conjunctas unum Conum efficere, (qua de re consulantur quæ ibi annotata) hic affirmat Asiam ex altera οἰκουμένης parte similem Conum efficere, qui basin la-

latam habeat secundum Nilum, & inde ad Tanain ductam; lat ra vero inde paulatim contrahantur, donec in acutum vertice terminetur in extremo Oriente, circa Gangis ostia, ubi Libe columnas statuunt, in Nyssæa, quam vocat, Indiæ regione de qua vide in vers. 1152. Ignota autem Dionysio fuit Indi extra Gangem, præter Chrysen (quam quidem insulam fuiss opinatus est) solo nomine notam, ideo Gangis ostia Orienta em Asiæ terminum facit.

V. 623. στῆλαι Θηβαιγενέος Διονύσου] Græcos nomine Διονύσ Solem coluisse in vers. 940 ostendemus, cujus columnas i extremo Oriente constituunt, tanquam itineris metas, eumqu in Nysa Indiæ urbe educatum tradunt, quod Oriens sit munc cardo *Vnde venit Titan:* inde vero venientem orbem peragrass ferunt, Solis cursum mystice denotantes. Græculi vero, qui e mysteriis omnibus Theologicis fabulas, historiæ similes con texuerunt, & deos plerosque apud se natos videri voluerunt Διόνυσον, uti & Herculem, Thebis natum finxerunt; fortass quod Thebani Phœnicum ἄποικοι, ejus cultum, ab Orientalibu gentibus acceptum, (qui eum sub variis nominibus coluerunt ut, præter alios, testatur Ausonius Epigr. 29) primi inter Græ cos introduxerunt: vel quod Thebanus quispiam vites primu inter Græcos conseverit, unde ejus cultum mystico Bacchi φυσικῶς sumpti, qui Sol est, cultui conjunxerunt, quem etiam u vini auctorem coluerunt, quod Solis calore uvæ matu rentur.

V 627. Ἀλλ' οὐκ ἂν τόσον] Eustathius hæc ita accipit, ac s inter Conos hosce duos hoc interesset, quod Asiæ Conus ec qui Africam & Europam conjunctas comprehendit multc major esset. Ego vero Papio potius assentior, qui Dionysium neque id sensisse existimat, neque ex ejus verbis aliquid tale eli ci posse, imo potius contrarium; *non tantam* scil. *Asiæ magnitudinem esse* quantam aliarum duarum partium conjunctarum, ut lectori ad verba attento facile constabit: atque ea etiam verior est sententia. Crassus quidem est Plinii error, qui Europam solam Asia multo majorem statuit, lib. 6. cap. 33; Africa tamen & Europa conjunctæ Asiam tunc cognitam longe superant. Quamvis enim Asia ab Oriente in Occidentem productior sit quam Africa & Europa, iis tamen conjunctis latitudine plurimum cedit. Minimum enim de Asia ad Septentrionem ultra Caspium mare Dionysio compertum fuit, quo magna Europæ tunc cognitæ pars Borealior; Oceanus vero Meridianus ab Asiæ latere omnia fere occupat ultra Tropicum Cancri, ultra quem magna Africæ pars jacet.

V. 629.

V. 629. εἷς πόντος ἀπείριτος] Mare mediterraneum, seu
iternum, quod auctori *Hesperium* dicitur, Europam ab Afri-
a dividens.

V. 630. τρισσὺς γὰρ ἑλίσσων] Ex his Hyrcanium seu Caspium
iare revera sinum non esse supra in vers. 47 annotatum.

V. 633. τὸν δ' ἐς Βορέην ὁρόωντα] Hyrcanium mare scil. quod
Boreali Asiæ latere situm esse hic innuitur, *ipsum vero ea parte qua*
l Occasum hybernum (unde Libs spirat) *maxime vergit, Ponto Eu-*
ino appropinquare.

V. 636. χθονὸς ἄσσετος ἰσθμὸς] Terram inter Euxinum &
aspium mare interjectam, quæ Colchidem, Iberiam, & Al-
aniam comprehendit, *isthmum* καταχρηστικῶς vocat; quem ta-
en epitheto ἄσσετος adjecto ab isthmo proprie dicto distin-
uit.

V. 639. Ἀρξάμενον γαίης Παμφυλίδος] Initium Tauri mon-
Græci plerique, cum auctore nostro, in Occidente faciunt:
rrianus à Mycale monte, adversus Samon insulam, eum in-
pere statuit, Strabo à Lycia & Caria; sed cum ibi, ipso teste,
odice tantum exurgat, *multum* vero *attolli primum incipiat*
ntra Chelidonios scopulos, ἐξαίρεται δὲ πολὺ πρῶτον κατὰ τὰς Χελιδονίας,
uod inter Lyciam est & Pamphyliam, ibi ejus initium Diony-
is constituit, inde vero usq; ad Indos eum protendi affirmat.
ontra, Latini plerique Tauri initium, ubi hi ultimum termi-
um, constituunt. Plinius enim, lib. 5. cap. 27, & Solinus,
p. 41, *ab Indico mari primum surgere*, Mela, lib. 1. cap. 15, *ab*
is litoribus exurgere affirmat. Sed potior est auctoris nostri &
orum Græcorum sententia. Nam juxta Pamphyliam tantum
Ciliciam proprie Tauri nomen habet, neque alibi apud Pto-
næum Tauri mentio; atque hinc Taurus Cilix Ovidio di-
cur, Metam. lib. 2.

Ardet Athos, Taurusque Cilix. —

d quia continua montium series inde in Indiam usque excur-
, quamvis ii pluribus nominibus distinguantur, vide vers.
7, inde dicitur Taurum eo usque protendi, quia montes isti
petuis jugis Tauro proprie dicto continuantur, ut pro mon-
uno haberi possint.

V. 642. Οὕνεκα ταυροφανές τε] Taurum dictum vult, quod
inentia quædam juga in eo exurgant, ut *caput taurinum*, aut
a *cornua*, reliquum corpus supereminent; uti vox λόφος, quæ
prie *cristam*, aut erectam jumentorum *cervicem*, significat,
tumulis etiam seu *collibus* usurpatur.

V. 643. ἐκταδίοισι] *Exporrectis*: ab ἐκτάω vel ἐκτάζω verbo

inusitato, pro ἐκτείνω, fit ἐκτάδην extense, inde ἐκτάδιος.

V. 647. Οὐ μὲν ἐπωνυμίαν μίαν ἔλλαχεν] Aliquot insignia nomina ex variis illis quæ in variis regionibus consequitur (quarum incolis ea curæ esse debere indicat Dionysius vers. 648, innuens non opus esse ut ipse ea sigillatim persequatur) sic enumerat Solinus cap. 40. *Apud Indos Imaus, mox Paropamisus Choatras apud Parthos, post Niphates* (in Armenia scil.) *inde Taurus* (in Cilicia scil.) *atque ubi in excelsissimam consurgit sublimitatem Caucasus*; de quo quidem mox dicetur in vers. 663. Nomina plura videre licet apud Plinium, lib. 5. cap. 27.

V. 651. Μοῦσαι δ'] Vide in vers. 715.

V. 653. Αὐτοὶ Μαιῶταί τε] Asiæ περιήγησιν ab Occasu & Septentrione orditur, ubi Tanai flumine & Mæotide palude ab Europa dirimitur: ibi vero primo occurrunt Sarmatæ Asiatici (sunt enim alii Europæi, quos Tanais ab his dirimit, de quibus dictum in vers. 304) & Mæotæ Mæotidis accolæ, qui & ipsi in Sarmatia late sumpta comprehenduntur, à Dionysio vero Scythiæ minori potius accenseri videntur, vide vers. 665. De Mæotis his & Mæotide palude consulantur quæ in vers. 16 annotata sunt.

V. 654. Ἐνυαλίου γένος Ἄρεος] Non tantum quod bellicosi essent, verum etiam quod ex Amazonum cum majoribus ipsorum concubitu pars eorum prognata ferebatur, Amazones autem *se Marte genitas prædicabant*, teste Iustino lib. 2, & Valerio Flacco Argon. lib. 4.

Inclyta Amazonidum, magnoque exorta Gradivo,
Gens ibi.

V. 655. Ἰφθίμης φιλότητος Ἀμαζονίδων] *Amazones* (quas Ἀμαζονίδας hic vocat Dionysius, non diminutive, sed termina natione poetica in ις, ipsi usitata, ut sæpe notat Eustathius sic dictas volunt ab α priv. & μαζὸ *mamma*, quod dextram mammam inurere dicerentur, ut expeditius brachio uterentur: vide Strab. & Iustin. lib. 2. Quæ de iis passim prodita sed non nisi à stultis credita, non opus est hic enarrare: si quem fabulæ delectent, de iis consuli possunt Iustinus & Diodorus lib. 2. Eas autem à Græcis victas, & è Cappadocia pulsas (quæ quondam earum sedes fuisse perhibetur juxta Thermodontem fluvium) per Pontum & Mæotidem in Sarmatiam delatas atque ad Orientalem ejus partem profectas in ea consedisse, & ex indigenarum concubitu liberos suscepisse, ex Herodoto refert Eustathius; ubi & Amazones Ptolemæus, lib. 5. cap. 9, & alii locant. Strabo etiam, lib. 11, eas circa Ceraunios montes à

qui-

nibusdam statui affirmat; ipse tamen omnia quæ de Amazo-
ibus feruntur πεπλάσθαι καὶ πίστεως ἀπόρρω, *portentosa & prorsus*
credibilia, existimat. Fortasse inter Scythas & Sauromatas
œminas quasdam bellicosas & ἀνδρικωτέρας fuisse, atque ex iis
liquas regnum consequutas se fortiter gessisse, (ut de Tomy-
Scythiæ regina proditum) & finitimos sibi subjecisse obser-
atum fuit; hinc Græculis ansa data vulgatas de iis fabulas
omminiscendi. Quæ quidem à Plinio lib. 6. cap. 7, & Mela
b. 1. cap. 20, de Amazonibus his dicuntur, (à quorum altero
ἔθνος γυναικοκρατούμενοι, *regna Amazonum*, ab altero *Sauroma-*
e Gynæcocratumeni, *unde Amazonum regimæ*, hic statuuntur)
on incommode de fœminis non quæ solæ sine viris viverent,
:d quæ viris imperarent, intelligi possunt.

V. 656. Τὴν πολεμίζουσαν] Σολοικοφανὲς est, Accusativus enim
oco Dativi usurpatur, cum Homerus Odyss. ϑ'. dicat μιχλοπο-
ῥος φιλότητι: hæc tamen loquendi forma regula quadam ni-
tur à Grammaticis tradita, quod scil. Passiva & alia Verba in-
ansitiva interdum admittunt Accusativum actionis alicujus
gnificativum, ut ὅσα ὑβρίσθη, *quantis injuriis affectus fuit.*
oteſt quidem in his & similibus Ellipsis esse præpositionis
κατά.

V. 663. πηγαὶ μὲν ἐν ὄρεσι Καυκασίοισι] Tanain ex Riphæis
ontibus oriri affirmant Plinius lib. 4. cap. 12, & Mela lib. 1.
ap. 20; quæ etiam Ptolemæi est & veterum plurimorum sen-
ntia: quanquam nullos omnino montes circa ejus fontes re-
eriri supra in vers. 315 ostensum; ut non tantum Straboni,
uod ipse fatetur, verum & plerisque aliis veteribus ignoti
uisse videantur Tanaidis fontes: quamvis Herodotus verita-
em assequutus sit, qui ἐκ λίμνης μεγάλης ὁρμᾶσθαι ἐς lacu magno ferri,
ffirmat. Quid autem hic sibi vult Dionysius, dum è Cauca-
is montibus Tanain oriri affirmat, cum Caucasus proprie di-
tus, Colchidem, Iberiam, & Albaniam à Sarmatia Asiatica
irimens, de quo Dion. vers. 690, maximo terrarum interval-
o à Tanaidis fontibus distet? Idem quidem ab aliis quibus-
am affirmatum fuisse ex Strabone constat, quos merito erro-
is redarguit Strabo, si de Caucaso proprie dicto loquuti fue-
int. Sed potuere illi, quos hic sequitur Dionysius, Ceraunios
& reliquos omnes Sarmaticos montes, à Caucaso proprie di-
to ad Riphæos usque porrectos, sub communi Caucasiorum
nontium appellatione comprehendere, sicut *Taurum Riphæis*
ugus se annectere affirmant Plinius, & Solinus cap. 41: quod de
Caucaso quidem, quem Tauri partem habent, verius, *à quo*

orti

orti montes longo sejugo, & donec Ripheæ conjunguntur, exporrigunt, teste Mela lib. 1. cap. 20, & Plinio lib. 6. cap. 5. Nescio tamen an hæc per errorem traducta fuerint ad Tanain verum à Tanai pseudonymo, Iaxarta scil. (quem Tanain appellant qui Alexandri res gestas scriptis mandarunt, ut Plinius lib. 6. cap. 16. aliique testantur) qui quidem in Indico monte oritur, Caucaso vulgo vocato, de quo vide Dion. vers. 714. Sed prior sententia magis arridet.

V. 665. Σκυθικοῖσιν] Vide in vers. 16.

V. 667. Πηγαὶ ἀδρήκτοιο] Ipsum tamen Tanain frigore non concrescere, licet Mæotis & Bosphorus congelentur, tradit Mela lib. 1. cap. 21, *Adeo præceps* (inquit) *ruit, ut cum vicina flumina tum Mæotis & Bosphorus, tum Ponti aliqua, brumali rigore durentur, solus æstus hyememque juxta ferens, idem semper & sublimis incitatusque decurrat.* Quæ si vera sint, hæc quæ de congelatione hic prodit Dionysius non nisi de extimis fluvii partibus juxta ripas, vel de profundioribus quibusdam locis, ubi cursu minus incitato fertur, intelligenda. Quod siquis arbitretur Dionysium sensisse fluvium totum hyeme congelari, versu proxime præcedente non κυμαίνοντα, sed χειμαίνοντα, legat necesse est, (quam solam scripturam agnoscit Eustathius) nec *fluctuante* sed *hyemali frigore obrigescente*, reddere oportet; neque enim simul *congelari* & *fluctibus attolli* potest, sed fluvio huic idem continget quod mari glaciali, de quo Seneca,

Calcavitque freti terga rigentia,
Et mutum tacitis littoribus mare;
Illic dura carent æquora fluctibus.

V. 669. Αἰεί σφιν ψυχή τε χαών] Hyperbolicum hoc, si de toto anno intelligatur; nam in maxima Sarmatiæ & Scythiæ parte æstivi aliquot menses satis calidi (ut ex auctoribus quibusdam recte notat Eustathius) dierum scil. longitudine radiorum solarium obliquitatem ex parte compensante. Sed si ad hybernos menses restringatur, verissimum erit, hyeme enim perpetuæ ibi nives; eamque per 7 aut 8 menses durare, quod ab Herodoto de Scythia proditum, multi hodie de magna Sarmatiæ parte testantur.

V. 671. Ἵππους θνήσκουσας] Quod de equis & mulis frigore percuntibus hic dicitur, Hyperbolicum censet Eustathius; sed, quicquid de illis sentiendum sit, de ovibus nihil mirum quod moriantur, si ibi ἀγρανλοι, *sub dio* scil. nocte jaceant, quod hic habet Dionysius; quod & testatur Iustinus lib. 2, Scythas *armenta & pecora sine tecti munimento habere* affirmans. Sed quod

ad

l mulos attinet, ii videntur ἀτόπως in Scythia aut Sarmatia Dionysio statui, cum muli ex asino & equa, vel equo & asi- a generentur, (unde ἡμίονοι dicuntur, quasi *semiasini*) asini vero *in Ponto* quidem (nedum in Sarmatia, Borealissima regione) *nerentur, utpote animal frigoris maxime impatiens*, teste Plinio,). 8. cap. 43. Negat etiam Aristoteles asinos in Scythia aut allia gigni, propter immodicum frigus, ἐν δὲ τῇ Σκυθικῇ καὶ λτικῇ ὅλως οὐ γίγνονται, δυσχείμερα γὰρ ταῦτα, Hist. anim. lib. 8. p. 28.

V. 675. Ἀλλὰ γὰρ ἠλάσκουσι] Henr. Stephanus hæc cum præ- dentibus ita construenda censet, Οὐδ' αὐτοὶ ἀπήμαντοι εἶεν, εἰ ἠλάσκοιεν, *ne ipsi quidem illæsi esse possent, nisi fuga sibi consule- t.* Sed nemo veterum, quod sciam, alicubi tradidit, Scythas t Sarmatas frigoris vitandi, sed tantum pabuli permutandi, usa, de loco in locum migrare; ut, si is Dionysii sensus sit, verba quidem præ se ferunt) in errore versari videatur, nisi migratione è montanis quibusdam locis in vicinos quos- m humiliores, & flatibus frigidis minus obnoxiis, intelligen- s sit. Eustathius vero loci modo recitati sensum sic reddit, ' αὐτοὶ ἀπήμαντοι μένουσι, ut τελέθουσι non τελέθοιεν legisse vi- atur. Sed quod ad præsentem locum spectat, Nomadas seu maxobios hic describit Dionysius: quos licet in Sarmatia ropæa, non Asiatica, statuat Ptolemæus; Mela tamen lib. 2.). 1, *Sauromatas, qui, quia pro sedibus plaustra habent, Hama- itæ dicti, Mæotidem ambire* affirmat, ut in utraque Sarma- ab eo statuantur. Strabo etiam in prima Asiæ parte ad Sep- trionem ponit Σκυθῶν Νομάδας τινὰς καὶ ἁμαξοικοὺς, *Nomadas sdam Scythas, & in plaustris degentes.* Et verisimile est in ma- a Sarmatiæ & Scythiæ parte Nomadas tales fuisse. De his inus lib. 2, & Horatius Odar. lib. 3.

Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.

V. 680. ἐπέχουσιν ἐπασσύτεροι] Ἐπέχουσιν hic, sensu minus usi , significat *superveniunt*, aut *excipiunt*, prout ea vox suc- ionem unius post alterum notat: ἐπασσύτεροι vero poetica dictio, qua utitur Homerus Iliad. α', (à præp. ἐπὶ, & ἄσσον *ius*, deducta) *sibi invicem viciniores*, & proinde *crebriores*, & *is confertos* significans. Nam in regione inter Mæotidem & tum comprehensa, cujus descriptionem jam aggreditur, præ sunt gentes, nominibus variis distinctæ, cum qui supe- a versus Tanain incolunt universim Sarmatæ appellentur, iique

iique utplurimum incertis sedibus per incultas solitudine sparsi vagentur.

V. 681. Σινδοὶ, Κιμμέριοί τε] *Sindos* hos inter Mæotica gentes recenset Strabo lib. 11, quos quidem Syndones voca Mela lib. 1. cap. 21, & eorum urbem Syndon in Ponti & Mæo tidis confinio nominat, quæ est Σινδὰ Ptolemæi, in ipso per insulæ (de qua vide vers. 550) isthmo ab eo locata, & civita Sindica Plinii lib. 6. cap. 5. De Cimmeriis vero, quorum ve stigia quædam extant ab utroque latere Bosphori Cimmerii, a ipsis denominati, vide in vers. 168. Cimmerium quidem op pidum in ipso Bosphori ostio locant Plinius & Mela, locis mo do citatis; atque illud stadiis tantum 20 ab Achilleo distas Strabo testatur. Cimmerium etiam promontorium ad Mæo tidem, sed situ magis Orientali, à Ptolemæo nominatur.

V. 682. Κερκέτιοί τ' Ὀρέται τε] A Mæotidis accolis ad Po ticas gentes his adversas, ut ipse indicat, jam accedit; int quas primo loco *Cercetios* nominat, tanquam Occidentalem a gulum occupantes. Sed quanquam plerasque ex his gentib Geographi fere omnes recenseant, in ordine tamen plurimu variatur. Cum auctore quidem nostro satis consentiunt Me lib. 1. cap. 21, Plinius lib. 2. cap. 5, & Artemidorus apu Strabonem lib. 11, Cercetios (qui Ptolemæo Cercitæ appe lantur, Plinio & Straboni Cercetæ) peninsulæ, in cujus isthm Sindi, vicinos statuentes, (quibus & proximos Toretas st tuit Plinius;) post hos ad Ortum Achæos, deinde Heni chos Colchidi vicinos. Ptolemæus tamen & Strabo Achæ primo loco ad Occasum ante Cercetas statuunt: qua in re eorum sententiam sequi qui Mithridatis res gestas scrip mandarunt, ut quibus ea loca optime cognita, profitetur Str bo, cuius judicio & nos subscribendum censemus. *Oretaru* nomen non alibi invenio, sed *Toretas* hic locat Plinius Cercet propinquos, in promontorio quodam quod & Toreticum no minat Ptolemæus, & Τορέται ἔθνος Ποντικὸν à Stephano nom nantur. Eadem etiam gens esse videtur quos Toreatas no minat Mela, sed Mæoticæ, non Ponticæ, oræ incolas, quo etiam Mæoticis gentibus annumerat Strabo lib. 11; ut dubit ri possit an utrumque mare eorum fines attigerint, an à Mæo tide ad Pontum demigrarint. Extra dubium vero est, hic leger dum esse Κερκέτιοι Τορέται τε, quamvis Eustathius Ὀρέται le gerit.

V. 683. Ἐσὺ ποτ' ἀπὸ Ξανθοῖο] Achæorum horum origine (quam aliqui, teste Strabone, ab Iasonis expeditione rep tun

nt) Dionysius ab Achæis quibusdam, cum cæteris Græcis ad
ellum Trojanum profectis, & adversis ventis à reliqua classe
paratis, & in regionem hanc actis, deducit. Videtur quidem,
el nominis indicio, eos Græcæ originis fuisse, & antiquis-
mas quasdam colonias eo deductas, ut postea in peninsulam
cinam, vide vers. 553: sed de modo & tempore quo dedu-
æ fuerunt, deficiente ea in re historia, conjecturas alii alias
: fabulis afferunt.

V. 684. νότοιό τε καὶ βορέαο] Commodior est lectio, quam
margine notavit Hen. Stephanus, νότοιό τε καὶ ζεφύροιο, ut
dicetur Achæos illos in regionem hanc Septentrionalem, &
l Ortum respectu Trojæ nonnihil inclinantem, ventis illis
latos, cum contrariis plane ventis in Græciam deferendi fue-
nt. Quod si vulgata lectio retineatur, νότοιο ad Achæos hos,
έαο ad alios Græcos referendum; & intelligendum Achæos
s Noto flante in Septentrionem abreptos, ab aliis separatos,
i, commodum tempus captantes, Boreæ flatu in patriam de-
i sunt.

V. 685. Ἀρητιάδῃ βασιλῆι] Plures de rege hoc conjecturas
fert Eustathius: maxime vero probabile nobis videtur Aga-
emnonem intelligi, qui Ἀρητιάδης hic dicitur, sive tanquam
ártia fortitudine præditus, sive quod à Marte genus duxisse
atur; quod avus ejus Pelops Hippodamiam duxerit, cujus
ter Oenomaus Martis filius fuisse perhibetur.

V. 687. Ἡνίοχοι, Ζύγιοί τε] Inter Achæos & Heniochos
γους nominat Strabo lib. 11, & iis interiecti fuisse ex ipsius
rbis videntur; rara autem illorum apud scriptores mentio.
æc vero verba Πελασγίδος ἔκγονοι αἴης, vel potius Λακωνίδος,
am enim scripturam, quam quædam exemplaria habent,
lgatæ præfero, quod Lacones fuerint Castor & Pollux, & re-
at Strabo, lib. 11, ab Iasonis expeditione οἰκῆσαι Λάκωνας ἢ
ιοχίαν) tam ad Heniochos quam Zygios referenda sunt.
os enim Græcæ originis fuisse volunt, atque inde dictos,
od à Castoris & Pollucis aurigis, qui in Argonautica expe-
tione eo delati, orti essent; quos Amphistratum & Rhecam
cat Strabo, lib. 11, Amphitum & Telchium Plinius, lib. 6.
p. 5, qui etiam Dioscuriadem ab iis conditam à quibusdam
odi affirmat. Hæc etiam confirmat Eustathius, Characis
ujusdam sententiam referens, quod Argonautæ non unica
ve, sed classe ad Colchos navigarint. Probabile vero est
omina hæc *feris* hisce *gentibus* (sic enim eas vocat Plinius) pro
ia non fuisse, neque ab ipsis agnita, sed à Græcis imposita,
(qui

(qui & Sarmatas quosdam *Melanchlænos* & *Hamaxobios* voca runt, pro ipsis gentium nominibus ea usurpantes) quod in na vigiis quibusdam, teste Strabone, plerumque degerent i modum tecti clausis, quas καμάρας vocant Græci (vide i vers. 700) nomine illis cum tectis quibusdam curribus, simi lis plane formæ, communi, currus enim ejusmodi καμάρας vo cant Herodotus & Dion. Simili etiam modo navis à guberna tore, & currus ab auriga regitur; unde Seneca,

Tiphyn novam frænare docuisti ratem:

& Catullus Argo navem vocat

— *levi volitantem flamine currum.*

Et quod hi à Camerarum harum usu Ἡνίοχοι Græcis dicti fue rint, (ut Homerus nauclerum Ἡνίοχον νηὸς vocat) argumen tum hinc arripi potest, quod alios, præter hos, Heniochc juxta Trapezuntem describat Plinius, lib. 6. cap. 4, ubi & I milem Camerarum usum fuisse testatur Tacitus Hist. lib. 2 unde Plinius, *Multis nominibus Heniochorum gentes.* Cum ver καταχρηστικῶς, ratione apparentis cujusdam similitudinis, hc Heniochos, quasi *aurigas*, vocarint antiquiores Græci, hir posteris occasio data videtur fabulandi eos à Castorum aurig ortos.

V. 688. μετὰ χθόνα Τυνδαρεΐδαν] Post Heniochorum regi nem, aut post Dioscuriadem, sic à Græcis dictam ἀπὸ τοῦ Διὸς κέρειν, sic enim ipsi Castorem & Pollucem vocarunt, tanquai Iovis filios; eosdem vero Τυνδαρεΐδας appellarunt à Tynd reo matris Ledæ marito, sicut Hercules Amphitryoniad vulgo dictus. Probabile vero est Græcos Dioscuriadis nome huic urbi imposuisse in memoriam Argonauticæ expeditioni in qua cum reliquis heroibus οἱ Διόσκουροι ad Colchos profec feruntur, cum alio nomine olim appellata esset. Æam quidei aliquando vocatam Stephanus testatur, quam tamen alii alil statuunt. Notare vero hic libet, quod à Strabone refertur, flu vios quosdam juxta Colchidem aurum cum arenis devolver (ut de Tago & Pactolo vulgo traditur) & incolas lanati ovium pellibus illud excipere; atque hinc fabulam de aure pelle confictam, & Græcos auri hujus fama permotos exped tionem Argonauticam suscepisse.

V. 689. μετὰ δὲς Αἰγύπτιον] Hoc ab Herodoto acceptum qui se hujus opinionis auctorem profitetur, eamque argumen tis quibusdam stabilire nititur; ut quod nigri sint Colchi, & capillos habeant crispos instar Ægyptiorum, quodque præpu tium circumcidant, & linificio celebres sint, lineisque vesti

menti

entis utantur Ægyptiorum more, qui inde *Linigeri* à poetis cantur, ut Ovid. Metam. lib. 1. Hanc quorundam opinio-m esse refert etiam Strabo lib. 11, sed judicium suum non erponit: de eo docti judicent; equidem ἐπέχω.

V. 690. Καυκάσου ἐγγὺς ἐόντες] *Prope Caucasum* verum, qui Colchide ad Caspium mare exporrigitur; pro quo Indicum ntem accepisse Alexandri comites Strabo lib. 11, aliique antur; unde & is postea Caucasus vulgo appellatus est, e in vers. 714.

V. 692. Κιρκαίου πεδίοιο] Colchidem, per quam fluit Phasis, quo Phasianis avibus nomen impositum, quod ibi frequen-int) *Circæum solum* vocat, quod Circe feratur Æetæ Col-rum regis soror fuisse, atque inde in Italiam demigrasse: eam vocat Homerus Odyss. α'.

Αὐτοκασιγνήτην ὀλοόφρονος Αἰήταο.

ulas scil. suas de Circe Homerum finxisse in imitationem um quæ de Medea antea ferebantur, judicat Strabo lib. 11; Circen Medeæ (quæ Æetæ filia fuisse perhibetur) cognatam o fictam, quamvis Italia Circes sedes à Colchide adeo dis-sit, ob utriusque veneficia & morum similitudinem. Dio-o concinit Valerius Flaccus, Colchidem, aut ejus partem quam Argonautæ primo appulerunt, Circæum campum ans, Arg. lib. 5.

Inde viam, qua Circæi plaga proxima campi,
Corripiunt. —

V. 694. ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο] Phasidem fluvium ἐξ Ἀρμενίας ἀρχὰς ἔχειν testatur Strabo lib. 11; & quidem in Armeniis ntibus Apollonii Scholiastes, Eratosthenem auctorem ci-. Proprium tamen montium nomen ab his non exprimi-at si verum sit quod prodit Plinius, lib. 6. cap. 4, eum in chis oriri, hoc de Moschicis montibus accipiendum: ne-enim nomine Armenii montis particularis quispiam mons onysio notatur, sed quivis mons qui per Armeniam ex-it, aut ejus terminos contingit, modo Scydisses, modo chici montes, modo Abus aut Paryadres: vide vers. 773, 78.

V. 695. Τοῦ δὲ] Phasidis scil. fluvii, cujus respectu, potius m Armenii montis (ad quem hæc verba refert Eustathius) dici mihi videntur, quod isthmus ille (improprie sic di-) Caspium mare ab Euxino dirimens, in quo Iberia & ania, ad Orientem & Boream sit, (ut hic dicitur) respe-Phasidis, sed ad Boream tantum respectu Armeniorum

mon-

montium (nisi Occiduam tantum eorum partem intelligas, ub Phasidis fontes) quum montes ii fere ab Euxino ad Caspiun mare continuis jugis excurrant.

V. 697. ἑωθινὸν ἔθνος Ἰβήρων] Epitheton ἑωθινὸν addit, u Iberos hos ab Hispanis, quos Ἴβηρας etiam Græci vocant, di stinguat, quorum ἀποίκους hos fuisse hic affirmatur; quod 8 Varronem prodidisse innuit Plinius lib. 3. cap. 1, & diserte af firmat Strabo, lib. 1. Appianus tamen refert alios existimasse Iberos Asiaticos ab Europæis, alios contra hos ab illis dedu ctos, alios denique arbitratos neutram gentem ab altera ortam sed utramque regionem Ἰβηρίαν ὁμωνύμως tantum appellatam Atque hæc quidem sententia mihi præ cæteris placet, cui 8 Casaubonus favet, quod, teste eodem Appiano, ἦθος οὐδὲν ἦν ὅμοιον ἢ γλῶσσα, *nulla morum esset aut linguæ inter eas gentes simi litudo.* In hanc etiam sententiam propendet Strabo lib. 11 nescio an sui oblitus, ubi dubitare videtur, an non Orientale hosce Ἴβηρας ὁμωνύμως τοῖς ἑσπερίοις καλοῦσιν, ἀπὸ τῶν ἑκατέρωθι χρυσείων, *An Hispanis cognomines hos non fecerint* Græci, utramqu regionem Ἰβηρίαν pariter vocantes, *propter aurifodinas quæ i utraque reperiuntur*, unde Orientalis hæc regio quasi pro alter Hispania iis habita. Eam quidem unam ex rationibus fuiss verisimile est, cur Hispani Indiæ nomen ad Americam tradu xerint, quod auro pariter ac India vera abundaret.

V. 699. Ἀνδράσιν Ὑρκανίοισιν] Non hoc de ipsis Hyrcani intelligendum, qui ab Iberia longe remoti ad Orientem, inte Mediam & Margianam interjecti, sed de Albanis & aliis ipsi propinquis Hyrcanii maris accolis.

V. 700. Καὶ Καμαριτάων] In Albaniæ parte aliqua *Camar tæ* hi quærendi videntur, ibi enim Dionysius manifesto eos sta tuit, cum eos in isthmo inter Euxinum & Caspium mare po Iberos describat, & quidem Caspio mari proximos, v. 706 totum vero spatium inter Iberiam & Caspium mare Albani sola occupet. Sed nulli ibi, aut in locis vicinis, Camaritæ Geographis describuntur, neque ullum satis manifestum exta nominis hujus vestigium; solummodo apud Casaubonum in notis ad Strabonem Marcellinum eorum meminisse invenio eosque sic vocatos à piraticarum quarundam navium usu, qua καμάρας vocant Græci, *Cameras* Latini, tam Casaubonus quam Eustathius testatur. Illorum quidem sententiæ de nominis ra tione acquiescendum puto, ut hi Græcis Καμαρίται sic dict fuerint, ut Pontica quædam gens Μοσσυνοικοὶ, Sarmatæ qui dam Ἁμαξόβιοι iisdem appellati sunt. Non dissimulandum ta

mei

:n aliam prorsus ab hac gentem esse Heniochos illos quo-
n *cameras* describunt Tacitus Hist. lib. 2. & Strabo, quo-
n alterum Eustathius, alterum Casaubonus auctorem ad-
:it de *cameris* à quibus *Camaritas* dictos censent. Illa Ponti-
gens fuit (de qua dixerat Dionysius vers. 687) ut ex ipsis
:toribus constat; hi Caspii maris accolæ circa Albaniæ
m, ut modo probatum. Sed cum Heniochos plures circa
ntum, & quosdam à Ponticis diversos in Maris Caspii
., licet ab hac dissita, describat Plinius lib. 6. cap. 16; quid-
:ommunis esse potuerit pluribus tam Euxini quam Caspii
ris accolis camerarum ejusmodi usus, ut inde plures
ites eidem vivendi generi assuetas *Heniochos* aut *Camaritas*
idem ob causam (altero nomine proprio, altero Meta-
orico) Græci appellarint? vide in vers. 687.

οἱ ποτε Βάκχον] In Albaniæ parte hos fuisse jam proba-
n: ab Albanis autem non alios deos quam Solem, Jovem,
Lunam, cultos affirmat Strabo lib. 11. Verisimile igitur
ecos patrios eorum ritus Bacchi cultum interpretatos
eoque finxisse eos Bacchum ex India redeuntem hospitio
episse, atque ita Bacchi ritus edoctos) quod eorum sa-
dotes, teste Strabone, ἐνθυσιῶσι, & furore correpti in syl-
vagentur, Bacchantium more. Hoc tantum de Lunæ
:rdotibus prodit Strabo; at ex ipso constat Græcos simi-
quosvis ritus cum Bacchicis confudisse, vide in vers. 570.
od si similia sacra etiam Solis sacerdotes peregerint, ea
jore merito Dionysiaca haberi poterant, Sol enim nomi-
Διονύσου ab ipsis Græcis colebatur, ut Macrobius & Dio-
us testantur, vide in vers. 940; sed tanquam vini au-
r, quod calore Solari uvæ maturentur.

V. 702. Καὶ μετ' Λυναίων] Bacchantes mulieres Λυναὶ dicun-
& Bacchus ipse Λυναῖος, à λυνὸς *torcular*, quo uvæ expri-
ntur, quod ut vini auctor Bacchus coleretur.

V. 703. Ζώματα καὶ νεβρίδας] Per *hinnulorum pelles*, quæ
ecis νεβρίδες, quibus Bacchantes induti, uti aliquando
therarum pellibus, cœlum (quod stellis variegatum est,
pelles istæ maculis) repræsentatum est, ex Diodori sen-
:ia, qui Solem Bacchi nomine cultum arbitratur: Potuit
ingulum, meo judicio, ad Zodiacum repræsentandum
iberi.

V. 704. Εὐοῖ Βάκχε] Vide in vers. 572.

V. 707. Ῥεῖα δέ τοι καὶ τήνδε] Caspii maris περιήγησιν hic
ressurus, præfatur se ea loca nunquam adiisse, sed men-

te sola contemplatum, hæc Hesiodi imitatus, ut notat Eust thius,

— λέξω
Οὔτέ τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὐδέ τι νηῶν.

Strabo quidem, quamvis ab Armenia ad Italiam Occiden tem versus, ad Æthiopiæ vero fines Meridiem versus, iter fe cerit, pauca tamen se scribere affirmat quæ ipse viderit pr iis quæ ab aliis acceperit; & concludit τὴν ἀκοὴν πρὸς ἐπιστ μὴν ὀφθαλμοῦ πολὺ κρείττω εἶναι, *auditum ad scientiam comparan dam longe plus valere quam visum*, quod licet certiora sint qu oculis percepimus, pauca tamen sint quæ sic sciri possint, u verba ejus à Casaubono explicantur. Geographia quiden nemini scribenda esset, sed tantum Chorographia aut Topo graphia, si neminem, nisi quæ ipse vidisset, scriptis mandar oporteret.

V. 713. οὐδ' ἐρεείνω] Ἐρεείνω, ab ἐρῶ derivatum, proprie sig nificat *interrogo*; hic vero traducitur ad significandum *scri tor*, seu *investigo*, ut apud Homerum Odyss. μ'.

— πόρους ἁλὸς ἐξερεείνων.

V. 714. Καυκασίας κνημῖδας Ἐρυθραίων Ἀριηνῶν] Ita hun versum in antiquis exemplaribus scriptum inveniri ex Eusta thio constat: ipse autem copulam interponi voluit, ut lege retur Ἐρυθραίων τ' Ἀριηνῶν, & de diversis montibus, ali Caucasiis, aliis Arianorum, intelligeretur. Sed Ariana ipsi sita sub radicibus Caucasi vulgo à Græcis vocati (inde fo tasse quod incolæ eum Graucasum vocarent, tanquam niv bus candidum, ut Plinius lib. 6. cap. 17 & Solinus testantur quem Macedones pro Caucaso vero accepisse, Παροπαμισ ὄντα τὸ ὄρος καλοῦντας Καύκασον, refert Arrianus, quod & Pli nius & Strabo testantur. Imas hujus partes Metaphorice hi κνημῖδας, ut alibi πέζας, vocat Dionysius. Cum vero Indicu hic mons supra Arianam situs, cujus pars Paropamisis regio vulgo apud auctores, ipsumque Dionysium vers. 1091, Cau casus appelletur, nullum mihi dubium restat quin lectio an tiqua Eustathianæ præferenda sit. Sed cur Arianos Ἐρυθραί ους vocat? Non à colore certe, (quod sensisse videtur Hen Stephanus, dum *rubeos Arianos* hic reddit;) sed quod *Ery thræum mare* eorum fines pertingerent. Arianam scil. late su munt veterum plurimi, non tantum Ariorum regionem stri cte sumptam, verum & alias vicinas regiones sub eo nomin complectentes. Ita testatur Plinius, lib. 6. cap. 20, quosdam Arios stricte sumptos, Gedrosos, Arachotas, & Paropami

sada

as sub communi Ariorum nomine comprehendere, licet eos omnes Indiæ adjiciant: de India enim loquutus, *rique*, inquit, *ab Occidente non Indo amne determinant, sed ad- unt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamisa- quæ omnia Ariorum esse aliis placet.* Posteriorem hanc sen- tiam Strabo, lib. 15, amplectitur, qui ab Austro & Sep- trione eodem mari & iisdem montibus Arianam termi- i affirmat quibus India finitur; quæ & Eratosthenis sen- tia est, eodem teste, qui Arianam terminat ἐπὶ μὲν τὰ πρὸς τῷ Ἰνδῷ, πρὸς νότον δὲ τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πρὸς ἄρκτον δὲ τῷ παραμισῷ καὶ τοῖς ἐξῆς ὄρεσι: *Ab Orientali latere Indo fluvio, ad idiem mari magno, ad Septentrionem Paropamiso & montibus continuis.* Hujus sententiam Dionysium etiam ipsum ui ex vers. 1098 constat: & ex isto ejus loco hausisse vi- ur quæ hic habet, Arianam scil. & sub Caucaso vulgo to, Paropamiso scilicet, jacere, & ad Erythræum mare per- gere; non de Persico sinu hoc intelligendo (ut Salmasius erpretatur, Plin. exerc. pag. 739) cum inter ipsum & A- nam Carmania interjecta sit, sed de *magno mari*, ut vocat ratosthenes, *Oceano* scil. *Meridiano*, quem Gedrosia Aria- pars attingit, quem quidem Ἐρυθρᾶν, seu *Rubrum* mare, onysius & alii, ab Æthiopia ad Indiam usque & Tapro- nen insulam nominant, vide vers. 597.

V. 715. Ἀλλά με Μουσάων] Affirmat Musarum mentem seu ellectum, hoc est scientiam Geographicam (quam ipse non egrinationibus, sed literarum studio, consequutus est) um ad locorum longe dissitorum cognitionem perduxis- ideoque literas, quas Musas poetico more vocat, præ- iis celebrat, (Mathematicas præsertim disciplinas, quas partes sunt Geographia & Astronomia) quod iis maria terras sine peregrinatione metiri possumus, & siderum lestium cursus cognoscere. Conformia sunt his quæ de chyta Tarentino habet Horatius;

Te maris ac terræ numeroque carentis arenæ
Mensorem cohibent, Archyta,
Pulveris exigui prope litus parva Matinum
Munera; nec quicquam tibi prodest
Aërias tentasse domos, animoque rotundum
Percurrisse polum.

iod ad Musarum nomen spectat, scientias & artes libera- poetæ eo nomine notant: Μοῦσα ἡ γνῶσις ἀπὸ τοῦ μῶ, Sui- teste, qui & verbum μάω, μῶ, notat valere ζητῶ, *quæro*, seu

studiose exploro; & alibi, μῶσθαι τὸ πολυπραγμονεῖν ἀντὶ τοῦ ζητεῖν παρὰ Λάκωσι. Ita Μῶσα, & Dorice Μῶσα, valebit μάσσα, μάσα, quasi *curiose inquirens*, quod solerti mentis indagine (ut ipse testatur) artes liberales inveniantur & excolantur. Vossius tamen ab Hebræo מוּסָר *mosar*, quod artem & disciplinam notat, Doricum nomen Μῶσα, probabiliter deduxit, si à lingua peregrina ejus originem deducere conveniat. Musas (quas deas finxerunt, ut sapientiam nomine Minervæ, & eloquentiam nomine Mercurii coluerunt) novem numero fecerunt; sive solum *ob artium & scientiarum varietatem* (διότι πολὺ τὸ ποικίλον ἔχει τὰ μαθήματα καὶ παιδεύματα Suidas) ut numerus certus pro incerto ponatur, sive quo tot numero artes liberales illis occurrerent qui eum Musarum numerum finxerunt. Tandem eas Jovis & Mnemosynes, hoc est *Memoriæ*, filias fuisse fabulati sunt: mystice innuentes, summi dei beneficio, qui sapientiæ fons est, hominum mentes illuminari ad scientias percipiendas; memoriam vero artium thesaurum & promptuarium esse, & ex observationibus memoria conservatis artes & scientias tandem formari.

V. 718. Ἀλλ' εἴη τοι σχῆμα] Videri possit non hic affirmari rotundam esse Caspii maris figuram, (quam ejus sententiam esse Eustathius arbitratur) sed ὑποθετικῶς tantum loqui, ut qui longitudinem ejus ex scriptis acceperat, atque inde hoc colligit, εἰη τὸ σχῆμα στρογγύλον, *sit forma rotunda*, vel *supponatur rotundam ejus formam esse*, (nisi quod sinus habeat subinde excurrentes) & tantus erit ejus ambitus, ut trimestri spatio ejus περίπλουν vix absolvere possis. Fateor tamen Eustathii sententiam non prorsus improbari posse, cum alibi apud Dionysium, ut vers. 627, Optativus modus Indicativo sensu æquipolleat. Sed quod ad veram figuram, ea quodammodo ovalis est, aut fundæ instar, ut vere hic affirmat Eustathius; multo enim longius ab Occidente ad Orientem quam à Septentrione ad Meridiem exporrigitur; adeo ut affirmet Agrippa à Plinio citatus, lib. 6. cap. 13, *in longitudinem* 490 *M. Pass. in latitudinem* tantum 290 *M. Pass. patere* sed utraque mensura justo minor est, si recentiorum tabulis fides. Circuitum quod attinet, Eratosthenes ejus περίπλουν tradidit, Strabone & Plinio testibus, & circuitus summam ex ejus sententia efficere 1575 M. Pass. colligit Plinius; cui & Artemidorum quodammodo consentire affirmat, nam tantum 25 M. Pass. detrahit. Is si verus sit circuitus, tempo-

ris

plus justo ejus Periplo tribuit Dionysius, trimestri enim vigatione vix 23 M. Pass. singulis diebus conficerentur. d τὸ πόῤῥω δυσέλεγκτον, ut vere alia de re Strabo, neque in ginquis hisce judicare facile est quis gravius erret. Utrin- e certe vitium, alterum in excessu, alterum in defectu. nge majorem quidem ejus circuitum faciunt tum Ptole- eus tum recentiores quam ipse Eratosthenes, (quamvis il- s dimensio illam Agrippæ excedat, quæ proculdubio nge vero minor est) & Eratosthenes loqui potest de cir- mnavigatione κατὰ τὴν κύκλῳ περίοδον, Dionysius vero de ea am faceret quispiam κατακολπίζων, *litus legens, & in sin- los sinus deflectens*; atque etiam de navigiis minus commo- s, qualia fortasse ibi in usu erant, navigandi enim impe- os esse Caspii maris accolas ex Strabone constat.

V. 722. προχοῇς ἐπιμίσγεται Ὠκιανοῖο] Hunc Strabonis & terum plurimorum errorem deteximus in iis quæ ad vers. . annotata.

V. 724. Φύει δὲ κρύσταλλον] De *Crystallo* vide vers. 781. Præ- ntissimum autem crystallum Scythiam edere affirmat So- nus, cujus magnam quidem partem Caspium mare alluit, de vers. 728; ut de eodem loco utrumque auctorem loqui risimile sit.

ἴδ' ἠερόεσσαν ἴασπιν] De variis iaspidis generibus consu- tur Plinius, lib. 37. cap. 8, & 9. Tria autem genera nomi- at Dionysius; ὑδατόεσσαν vers. 782, viridem vers. 1120, & uam hic ἠερόεσσαν vocat, quod aeris colorem referat, seu *li cærula templa*, ut poetæ loquuntur. Eam Plinius, fere t auctor noster, *aerizusam* vocat, & apud Caspios pariter asci affirmat: *Ferunt*, inquit, *Persæ aeri similem, ob id voca- ur aerizusa; talis & Caspia.* Idem paulo post speciem unam ffirmat apud Græcos *vocari Boream, cœlo Autumnali matuti- o similem, & hæc*, inquit, *erit illa quæ vocatur aerizusa.* Hæc ea st, ex doctissimi Salmasii sententia, quæ vulgo Turcica seu Turchesia appellatur, quæ cæruleo est colore, qualem οὐρα- νοειδῆ Græci vocant; Κυανὸς εἶδος χρώματος οὐρανοειδὲς, He- ych. *Cæruleus, coloris species cœli colorem referens.*

V. 725. Ἐχθρὴν Ἐμπούσῃσι] Iaspin ἀλεξίκακον habitam, quod hic affirmat Dionysius, Plinius etiam loco citato te- statur; *Totus*, inquit, *Oriens eam pro amuletis traditur gestare*: quod quidem Dioscorides de omni ejus specie affirmat, Λέ- γονται δὲ πάντες εἶναι φυλακτήρια περίαπτα, *Dicuntur omnes amuleto- rum vim habere si corpori alligentur*; licet de una tantum specie

hoc tradat Plinius. Gemmam vero hanc gestatam vim δλε ξίφεων, ut ad morbos & alia mala averruncanda, ita peculiariter adversus spectra, habere creditum fuit, ut hic à Dionysio affirmatur; quod etiam testatur Epiphanius, scribens ἀλεξ ἐν τῷ φαντασιῶν, *medelam esse adversus spectra.* Quod ad Empusæ nomen attinet, eam ferebatur spectrum quoddam terribile fuisse ab Hecate immissum, & se in varias formas subinde mutans, ut apud Aristophanem in Ranis videre est. Ἔμπουσαν vero dictam volunt, quasi ἐνὶ ποδὶ βαδίζουσαν, *quod* cum propria forma appareret, *uno tantum pede* vivo *incederet diceretur*, (quem asininum fuisse fingebant) cum alter pes æreus esset, ut, præter Eustathium, Suidas testatur. Anilis certe hæc fabula, quod ad formam istam attinet; licet φαντάσματα δαιμονιώδη (quale Empusa à Suida habetur) nulla comparere, sed fatuorum tantum terriculamenta esse, nequaquam statuendum arbitrer: sed amuletorum usum ad hæc & similia mala arcenda, ut quæ magicæ vanitatis sint; merito perstringit Plinius.

V. 727. πλευρὰς ζεφυρίης & ἐν βορέαο] *Ab Occidentali Caspii maris latere*, (ubi sinus est qui proprie Caspius dicitur, ut ab Orientali latere Scythicus, à Meridionali Hyrcanus, teste Mela lib. 3. cap. 5.) *sed ab illa ejusdem lateris parte qua maxime ad Boream & Scythiam vergit.*

V. 728. Πρῶτοι μὲν Σκύθαι εἰσὶν] Pars eorum qui Scythiam proprie dictam incolunt. Scythia enim alias late sumitur, & sic totum Septentrionalem mundi tractum amplectitur, atque ejus pars Sarmatia habetur tam Europæa quam Asiatica, ut in vers. 304 notatum; alias stricte & proprie, & sic ab Occidente Sarmatia Asiatica terminatur juxta Rha fluvium, à Meridie Caspio mari, vide Ptol. lib. 6. cap. 14, & quicquid terrarum inde ad Septentrionem & Ortum æstivum jacet complectitur. In hujus parte Occidentalissima juxta Rha fluvium sunt Scythæ hi, quos hic nominat Dionysius, qui exiguam tantum Scythiæ partem ab hoc latere cognovisse videtur.

Κεκλίαται ἀλλ' ἐπ' ἄρκτῳ] Communis hic error Dionysio cum antiquorum plurimis fuit, qui Oceanum Borealem, seu Scythicum, Caspio mari vicinum putabant; qui tamen, ubicunque tandem sit, (neque enim hoc adhuc compertum) à Caspio mari certe longissime abest: ideoque Ptolemæus, his dissentiens, Scythiam tunc cognitam à Septentrione non Scythico Oceano, (neque enim ullum agnoscit) sed terra incognita terminat.

V. 729.

V. 729. ἀνὰ στόμα Κασπίδος ἅλμυρος] Rha fluvium, ubi in Caspium mare influit, pro faucibus Caspii maris ex Oceano redeuntibus veteres accepisse videntur; vide in vers. 49: qui quidem ab Occidentali Caspii maris latere, sed Borealissima ejusdem lateris parte, influit, ubi πρόπυλον hujus maris se exordiri velle affirmat Dionysius vers. 727.

V. 730. Οὐῖνοι δ' ἐξείης] *Vnnos* hos ex situ manifestum est Vdinos à Plinio appellari, lib. 6. cap. 13, quos infra fauces Caspii maris, inter ipsas & Albanos, locat (ubi & Οὔδας, & Οὐδὸν fluvius à Ptolemæo memorantur:) *Mucronem*, inquit, *ipsum faucium tenent Vdini Scytharum populus, deinde per oram Albani.* Ubi Scythicum populum hunc fuisse è Plinio notandum, uti & aliæ è gentibus infra recensitis Scythici generis habentur; quamvis eas à Scythis hic distinguat Dionysius, quod in Scythia proprie dicta non degerent, cujus terminus Occidentalis fuit Rha fluvius pro Caspii maris faucibus acceptus. *Vnni* hi modo Οὐννῖοι, modo Οὐῖνοι, à Strabone, lib. 11, nominantur, ut habent pleraque exemplaria; quod tamen nomen altero in loco corruptū esse necesse est: & cum tradat Strabo Eratosthenem eos inter Scythas & Caspios locare, Albanos vero inter Caspios & Cadusios, quæ ipsissima est Dionysii nostri methodus, extra dubium est Dionysium hæc, ut pleraque alia, ex Eratosthene hausisse, & proinde apud ipsum, & Strabonem Eratosthenis sententiam recitantem, gentis hujus nomen eodem modo legendum. At obstat metri ratio ne hic Οὔννοι, aut Οὐῖνοι, legatur: quidni igitur statuamus ibi etiam Οὔννοι scribendum, cum Οὔννους gentem fuisse Scythicam, olim Babyloniis tributariam, è Simocati cujusdam Orbis Historia tradat Eustathius, eamq; memorabilem gentem fuisse ab aliis fide dignis prodi affirmet? Horum posteri Unni, seu Hunni, illi fuisse videntur, qui, cum magnam Europæ partem incursionibus vexassent, in Pannonia tandem consederunt, quæ deinceps Ungaria appellata est, quos quidem Scythas fuisse memorant Historici. Οὐῖνοι Οὔγγαροι, Suidas. Si quis tamen Unnos, seu Hunnos, illos Χυνοὺς fuisse statuat, quos in Sarmatia Europæa statuit Ptolemæus, quum ii longe viciniores fuerint regionibus illis quas Hunni postea infestarunt, cum eo non contendam.

ἠδ' αὖτις Κάσπιοι ἄνδρες, Ἀλβανοί τ' ἔσαν πίσυν] *Albanos* post *Caspios*, quasi iis Australiores, statuit, Eratosthenem sequutus, qui eundem situm iis tribuit, ut modo è Strabone notatum; cui consentit etiam Mela lib. 1. cap. 2, & lib. 3. c. 5.

Contraria tamen est Ptolemæi sententia, qui Caspios inter Albanos & Caduſios, in Mediæ parte Occidentali, constituit, ubi & Caspius mons, qui Tauri pars est, ab eo memoratur. Plinius vero & Solinus inde ad Ortum Caspiorum terminos usque ad Caspias Portas producunt, quod scil. a Caspiis vicinis eas denominatas censerent. Ita Plinius, l. 6 cap. 15, *Egressos portis excipit protinus gens Caspia*: manifesto tamen errore, dum unam gentem Caspiam per tantum spatium exporrigit; & unum illud ἄπειρον alia, ut fieri solet, sequuntur. Inde enim non modo Tapyros & Derbiccas, quibus varium situm tribuit Ptolemæus, verum & Anariacas Gelas & Caduſios, (quos pro iisdem habet) Matianos, & alias gentes, quas in Media Ptolemæus & alii statuunt, ac Ortum à Caspiis portis locat, ut verum eorum locum vacuum relinquat à Caspiis solis occupandum. Tolerabilius sane fuisset, si omnes istas gentes proprio loco statuens communiter Caspias, quasi Caspii maris accolas, appellasset, ut Ponti accolæ Ponticæ gentes vocatæ. Difficilius vero est judicare an verior sit Ptolemæi sententia, an Dionysii & cæterorum qui juxta Caucasum Caspios locant: validiora tamen argumenta pro horum sententia militare videntur, si quæratur ubi antiqui fuerint Caspii, à quibus Caspium mare nomen accepit. *Caucasum* enim, qui à Boreali Albaniæ parte est, *Caspium ab incolis vocari affirmat Eratosthenes* apud Strabonem, lib. 11, eumque nomen illud ab accolis Caspiis consequutum Strabo arbitratur; Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων καλεῖσθαι Κάσπιον τὸν Καύκασον, ἴσως ἀπὸ τῶν Κασπίων παροικησάντων. Sic Seneca in Thyeste Caspios montes juxta Sarmatiam statuit,

Aut qui Caspia fortibus
Recludunt juga Sarmatis.

Atque ipse Strabo Caspiorum sedem olim ibi fuisse affirmat, & ab iis mare Caspium denominatum, licet eorum nomen ante ipsius ætatem extinctum fuerit; Ἔστι δὲ τῆς Ἀλβανίας χώρας καὶ ἡ Κασπιανὴ τῷ Κασπίῳ ἔθνους ἐπώνυμος, ἔσχε καὶ ἡ θάλαττα, ἀφανὲς ὄνομα νυνί: *Ad Albaniam etiam pertinet Caspiana, à Caspia gente nomen sortita, unde & mari appellatio: ea gens jam disparuit.* Huc accedit quod multi Caucasias portas Caspias vocarint, teste Plinio, lib. 6. cap. 13, & inter cæteros ii qui in vicina Armenia sub Corbulone res gessere, quos etiam sequitur Tacitus Hist. lib. 1. & Annal. lib. 6: nec mirum, siquidem audire poterant Caucasum ipsum ab incolis Caspium

vocari,

ocari, imo & eam Caſpiorum veterum ſedem fuiſſe, un-
e Portas illas *Caſpiorum clauſtra* Tacitus vocat; licet illos
rroris arguat Plinius, quod alibi Portas Caſpias plurimo-
im conſenſus ſtatuat, *Caucaſiæ*, inquit, *Portæ magno errore*
multis Caſpiæ dictæ Verum ut à veteribus hiſce Caſpiis pro-
abile eſt mare Caſpium denominatum fuiſſe, ut ſtatuit
trabo; ita viciſſim à Caſpio mari Caſpium poſtea dictum
idetur Tauri montis brachium inter Armeniam & Mediam
erſus Caſpium mare excurrens: atque inde Caſpiana Me-
iæ regio monti illi ſubjecta, ubi Caſpios ſuos habet Ptole-
æus, à recentioribus vocata videtur. Caſpiæ etiam *Portæ*
ommuniter appellatæ, de quibus vide verſ. 1035, non à
aſpiis (à quibus longe abſunt, ſive Caſpios Eratoſthenis
ve Ptolemæi intelligas) nomen ſortitæ ſunt, ſed quod per
as è Parthia & Perſidis parte ad Caſpium mare tranſitus ſit.
oc autem nomine eos reprehendere potuit Plinius qui
aucaſias Portas Caſpias appellarunt, quod inde nomi-
im confuſio orta, cum uſus jampridem obtinuiſſet ut Por-
e quæ inter Mediam & Parthiam ſunt Caſpiæ dicerentur:
uanquam, ſi nominis rationem ſpectes, Portæ Caucaſiæ
on minus proprie Caſpiæ dici potuerint, quam eæ ipſæ
uæ Caſpiæ vulgo appellantur.

V. 732. Καδύσιοι, ἄγχι δὲ Μάρδοι] Eodem ordine gentes
æ cum proxime ſequentibus ab Eratoſthene recenſentur
ud Strabonem lib. 11; interpoſitis tamen Anariacis inter
aduſios & Mardos, qui hic omittuntur, fortaſſe quod vox
ntumax metri legibus repugnet. Eadem etiam Ptolemæi
ntentia eſt, qui tam Caduſios Caſpiis proximos quam A-
ariacas, (quos ipſe Amariacas vocat) & poſt hos Mardos,
Mediæ Boreali parte locat. Et de Caduſiorum ſitu apud
eroſque auctores ſatis convenit. Eos montana incolere, &
ρέα λυπρὰ, cum auctore noſtro teſtatur Strabo. *Gelas à*
æcis Caduſios dictos affirmat Plinius: ſed ut in ſitu quo is
lus eos ſtatuit, ita & in hoc falli videtur, cum tanquam
verſas gentes eos deſcribant Strabo & Ptolemæus. Mardos
regione Hyrcaniæ proxima, præter auctores modo cita-
os, ſtatuunt Ptolemæus, Curtius, & Strabo, quod auctoris
oſtri methodo conſentaneum eſt. Plinii vero auctoritatem
on moramur, qui, lib. 6. cap. 17, Mardorum gentem feram
montana regione inter Margianam & Bactrianam ſtatuit;
nde error is ortus modo detectus ubi de Caſpiis actum.
Mardos eoſdem vocari teſtatur Strabo, & eo quidem nomi-

ne à

ne à Mela, & frequentissime ab ipso Strabone appellantur; sicut iidem modo Πάρνοι, modo Ἄπαρνοι, ab eodem nuncupantur. Habet & alibi Mardos Ptolemæus, ut mox dicetur.

V. 733. Ὑρκάνιοι, Ταπυροί τ'] *Hyrcania* cum nobilis regio fuerit, & fertilitate eximia celebrata, de qua vide Strab. lib. 11, de ejus situ minime dubitatur; constat enim eam inter Mediam & Margianam ad mare cognomine sitam. Tapyros quod attinet (neque enim admitti potest altera lectio, quæ sic habet, Ὑρκάνιοί τ' Ἄπυροί τ', obstat enim aliorum scriptorum auctoritas, qui nusquam Ἄπυρος, sed Ταπύρους, appellant) eos Hyrcaniæ propinquos faciunt Curtius & Plinius. quamvis de accurato eorum situ nihil ex illis colligi possit Sed, si recto ordine hic progrediatur Dionysius, eos Hyrcaniæ Orientaliores, & proinde in Margiana esse oportet, ubi Ταπύρους quosdam locat Ptolemæus; atque eo fere situ eos locat Eratosthenes, teste Strabone, affirmans μεταξὺ Ὑρκανῶν καὶ Ἀρείων Ταπύρους οἰκεῖν, *inter Hyrcanos & Arios Tapyros habitare*: manifestius vero consentit ipse Strabo, dum μεταξὺ Δερβίκων τινὲς καὶ Ὑρκανῶν eosdem constituit. Alibi tamen Ταπύρους habet Ptolemæus in Media sc. & Tapuræos cum Tapuris montibus in ipsa Scythia; quæ proculdubio non prorsus diversæ gentes fuerunt uti nec Δέρβικες, seu Δερβίσυκες, quos in Media habet, & Δερβίκαι quos in Margiana; nec Amariacæ in Media, nec Tochari & Chomari in Bactriana, ab Ariacis, Tachoris, & Comaris, quos in Scythia statuit, diversi prorsus generis fuisse censendi. Fortasse feræ hæ gentes vagæ fuere, & è loco in locum subinde demigrarunt, alienum solum coloniis suis occupantes, quod de Scythicis gentibus (quales pleræque ex his fuerunt) testatur Strabo lib. 11, ut certum est Massagetas Margianam habitantes Scythicorum, & probabile est Mardos illos quos in Armenia statuit Ptolemæus Medicorum ἄποικες fuisse Verisimillimum tamen est Ptolemæum diversas diversorum hominum sententias in quibusdam ex his miscuisse; nam cum diversos ejusdem gentis situs apud varios scriptores inveniret, nonnunquam & nomina non eodem prorsus modo exarata, nec sat sciret quid eligendum esset, utramque opinionem aliquando confudisse videtur, (ut de eo alibi notatum) & duas gentes ex una fecisse.

V. 734. Μάρδ@ρ, Δερβίκιαν τε] Nullum his in locis *Mardum* fluvium apud alios scriptores invenio; alius enim est Ptolemæi Mardus per Mediam fluens. Videtur autem Mar-

gus

us hic intelligi, qui in Margiana regione, ab ipso nomina-, à Ptolemæo statuitur, ita tamen ut Bactrianæ fines fere tingat; cujus etiam meminit Plinius, lib. 6. cap. 16, Anochiam Margianæ urbem interfluere affirmans. Iuxta huus fluvii cum Oxo confluxum Derbiccas statuit Ptolemæus, um Plinio consentiens, qui *Derbices* memorat, *quorum meos fines secat Oxus amnis*, prope ostia scil. ubi Margus cum o miscetur, & mox ipse in Hyrcanum mare se exonerat. erbicas etiam, cum Plinio, hos nominat Mela, qui & Δέρκες sunt Straboni: videtur igitur hic scribendum esse Μάρ-ος Δερβεκίων τε: nisi Dialecti tantum variæ sint Μάργος & άρδος, (γ enim & δ sæpe invicem mutantur, ut γνόφος, ρόφος, γῆ, Dorice δᾶ, *modius*, Hetrusce *moggio*) cum aliam o hac *Margianam*, & *Margasos* populum, ad *Mardum* fluvium Media habeat Ptolemæus.

Βάκτρων] *Bactros* hos etiam vocat Plinius, lib. 6. cap. 16, urtius Bactrianos, (ut & Caspianos quos alii Caspios) cæri plerique Bactrios.

V. 737. κνημοῖς ὑπὸ Παρνησσοῖο] Sub Paropamiso monte, e quo vide in vers. 1097, ut de voce κνημοῖς in vers. 714. Ions is Australis est Bactrianæ terminus, qui quidem plesque Παροπαμισὸς, Ptolemæo vero Παροπανισὸς dicitur, une per Syncopen fit Παρπανισὸς, vide vers. 1097, & iterata yncope Παρνισός. Παρνισσοῖο enim hic legendum esse potius uam Παρνησσοῖο Salmasio libens assentior; præcipue quod ter varias lectiones illud habeatur vers. 1097: nec ratio ddi possit cur ι in η mutetur, unde ὁμωνυμία oriretur inr hujus montis & Parnassi Phocici nomen Ionum more riptum, nisi tam hoc quam illo loco Παρπανισοῖο aut Παρπασσοῖο legendum sit; quam scripturam, inter alias, utroque co exstare Eustathius testatur.

V. 739. πέρην κελάδοντος Ἀράξου] Κελάδοντος pro κελαδοῦντος c ponitur, per Metaplasmum Conjugationis, Homerico ore. Quis vero non videt fluvium hunc longe dissitum esse o insigni illo Armeniæ Araxe qui Artaxata præterfluit, ab mnibus fere Geographis memorato, (ut mirari subeat Euathii ἀβλεψίαν, qui differentiam illam non percipit) uti iam ab illo quem Persepolin præterfluere affirmant Strabo Curtius, qui Ptolemæi Rhogomanes esse videtur? E robatioribus Geographis vix quisquam Araxem aliquem hoc tractu describit: ab Aristotele tamen, Meteor. lib. 1. p. 13, dicuntur ὁ Βάκτρος, καὶ ὁ Χοάσπης, καὶ ὁ Ἀράξης è

Paro-

Paropaniso monte fluere. Araxen etiam quendam in Massagetarum finibus à quibusdam nominari refert Strabo lib. 11; & Herodotus quidem, cum auctore nostro, Massagetas trans Araxen fluvium statuit è regione Issedonum, qui & Araxen Scythiam à Bactriana disterminare affirmat. Videntur igitur hi Araxis nomine Iaxarten intelligere, tum quod ultra Iaxarten versus Issedones Massagetæ à Ptolemæo locantur quos ultra Araxen Herodotus statuit, tum quod affirmat Aristoteles Tanain ab Araxe illo ἀποῤῥέεσθαι, & in Mæotiden influere, inde deceptus, quod Iaxarten Macedones eunden cum Tanai esse putarint, teste Plinio, lib. 6, cap. 16; quo in errore Curtius & alii versantur. Iaxarten etiam Orexarten nominat Plutarchus in vita Alexandri Magni, & Araxaten Ammianus, quæ ad Araxis nomen proxime accedunt. Ex Herodoto igitur Araxis nomen accepisse videtur Dionysius & Massagetas ultra eum sitos esse; cum vero Iaxartæ nomen apud alios scriptores invenerit, & Sacas ejus accolas fuisse diversa ista nomina pro diversis fluviis accepit. Ex methodo quidem videtur eum Araxen hunc in Bactriana constituere Oxo Occidentaliorem, ut intelligere possit Bactrum fluvium à Curtio, Plinio, & Solino nominatum, Bactra urbem praterfluentem, sicut Araxem fluvium Bactrum olim appellatum refert Plutarchus, lib. de flum.; quod certe de hoc Araxe intelligendum, cujus nomen cum ab Iaxarte corruptum sit Dionysius fluvium ipsum cum Massagetis accolis in alienum locum transtulit, alios Græcos, à quibus & Plutarchus ille habuit, proculdubio sequutus.

V. 740. Μασσαγέτην γαίῃσι] Gentem hanc Scythicam, Cyri regis cæde nobilitatam, ultra Iaxarten fluvium, & Sacas vicinam, statuit Ptolemæus, ut & Plinius lib. 6. cap. 17, & Strabo lib. 11. Alios vero Massagetas in Margiana statuit Ptolemæus, horum proculdubio ἀποίκους. In Australi autem Bactrianæ parte hos statuit Dionysius, Eratosthenem sequutus, (qui affirmat Μασσαγέτας τοῖς Βακτρίοις παρᾴκισθαι πρὸς Ὦξον, *Massagetas juxta Bactrios sitos ad Oxum*, teste Strabone lib. 11.) cum Chorasmios illis Borealiores faciat, ut hos Paropamiso vicinos facere videatur.

ἰοτῆρες ὀϊστῶν] *Sagittarii*: ἰοτῆρες autem dicuntur à ἰόω *trahere*, sicut hodie Itali *tirare*, quod est *trahere*, & Galli *tirer*, de jactu sagittarum usurpant, quod attracta chorda, sagitta emittatur.

V. 741. Ἀνέρες εἰς] Vide in vers. 600.

V. 745. Αἵματι μίσγοντες] Scythas plerosque νομαδικῶς vi-
re, terram scil. non colentes, sed armenta & greges pa-
entes, testantur Strabo, & Justinus lib. 2, qui etiam *lacte*
melle eos *vesci* affirmat; unde Scythæ ab Homero Γλακτο-
γοι vocantur. Equinum etiam sanguinem potare feruntur,
m alii Scythæ, tum Massagetæ hi: unde Silius de Conca-
is Hispaniæ populo,

Et qui, Massageten monstrans feritate parentem,
Cornipedis fusa satiaris, Concane, vena.

uctori vero nostro plane concinit Seneca in Oedip.

Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet.

V. 746. πρὸς βορέην Χωράσμιοι] Horum apud veteres pas-
n mentio extat: Chorasmenos autem vocat Arrianus, Χω-
σμουσινοὺς Strabo, nisi corrupta sint exemplaria, quod Ca-
ubonus opinatur. Inter Bactrianam autem & Sogdianam
horasmios statuit Ptolemæus, ad Oxum fluvium; quod
m situ satis convenit qui hic à Dionysio iis tribuitur.

V. 747. Σουγδιὰς, ἧς διὰ μέσσον] Oxum fluvium (qui cur
ὸς dicatur vide in vers. 298.) medium terminum inter Ba-
ianam & Sogdianam, ut Iaxarten inter hanc & Sacas, sta-
it Eratosthenes, teste Strabone lib. 11, affirmans διείργειν
ίκας μὲν καὶ Σογδιανοὺς τὸν Ἰαξάρτην, Σογδιανοὺς δὲ καὶ Βακτριανὴν
Ὄξον, *Sacas & Sogdianos Iaxarte dirimi, Sogdianos & Bac-*
os Oxo; cum quo satis consentit Ptolemæus, lib. 6. cap. 12
13. Neque in cæteris Dionysio male cum his convenit,
si quod Oxum affirmet per mediam Sogdianam fluere:
æ loquendi forma apud eum non nova est, cum de fluvio
quitur quæ regionis alicujus terminos tantum perstringit;
le vers. 351.

V. 748. λιπὼν Ἡμωδὸν ὄρος] Dionysio ignota fuit India
tra Gangem, fama tamen Emodi montis ad eum pervene-
; qui cum Indiam extra Gangem à Scythia disterminet,
bitratus est ille inter Indiam sibi notam & Scythiam situm
isse, ubi Oxi fontes. Ii in Caucasiis montibus proprie di-
s à Ptolemæo, lib. 6. cap. 12, statuuntur, qui circa con-
rsum Imai & Comedorum montium cum Paropamiso siti,
de non longe ad Orientem Emodi initium est. Montes
tem illi ubi Oxi fontes Caucasii proprie dicti ab illo vo-
ntur: non ut distinguantur à Caucaso Colchico, à quo
men ad hunc Macedonum errore traductum, vide in vers.
34; sed ut distinguat ab Emodo & Imao, atque à reli-
is ipsius Paropamisi partibus, quibus omnibus Caucasi
nomen

nomen Macedones communicarant, teste Strabone lib. 15, οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπαμισόν τε, καὶ Ἠμωδὸν, καὶ Ἰμάον, καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι, Μακεδόνες δὲ Καύκασον. Ita Plinius, lib. 6. c. 17, *Iunguntur inter se Imaus, Emodus, Paropamisus, Caucasi partes.*

V. 749. ἐπὶ προχρῆσιν Ἰαξάρταο] Juxta principium Iaxartæ ipsosque ejus fontes; ibi enim Sacas statuit Ptolemæus lib. 6. cap. 12, inde vero ad Indiæ usque confinia terminos eorum protendit; supra Sacas autem ad Septentrionem Massagetas.

V. 750. Σάκαι] *Sacæ*, cum Massagetis, adeo celebres præ reliquis Scythis fuere, ut omnes Scythæ Asiatici Massagetæ & Sacæ ab antiquis dicti fuerint, ut notat Strabo; imo *Persæ Scythas in universum Sacas appellavere à proxima gente*, teste Plinio lib. 6. cap. 17. De Sacarum incursionibus in Hyrcaniam & alias regiones ad Armeniam usque, ubi regionem occuparunt *Sacasenam* ab ipsis appellatam, quæ Ptolemæo est *Sacapene*, (unde Sagapenum affertur) vide Strab. lib. 11.

V. 751. οὐ γάρ σφι θέμις] Οὐ θέμις hic significat *fieri non potest*, ut apud Latinos *nefas* quandoque pro *impossibili* ponitur sic Horatius,

— *Levius fit patientia*
Quicquid corrigere est nefas.

ἀνεμώλια βάλλειν] Ἀνεμώλιος, ab ἄνεμος *ventus*, pro *vano* & *irrito* ponitur, ut quod in ventos feratur, nec propositam metam attingat. Sic apud Homerum ἀνεμώλια βάζειν, cum scil. *verba* incassum funduntur, & quasi *in ventos abeunt*, ut loquitur Ovidius: vide vers. 883.

V. 752. Καὶ Τόχαροι, Φρῦροί τε] Qui hic Τόχαροι nominantur, videntur esse Τάχοροι illi quos juxta Iaxartæ fluvii partem Septentrionalem statuit Ptolemæus lib. 6. cap. 12, quo tamen Τόχαροι alii in Bactriana statuuntur. Sed certe vel Τόχαροι priore etiam in loco scribendum (vocalibus ibi transpositis, vel Ptolemæi ipsius, vel librariorum errore,) vel Τάχαροι utroque in loco; constat enim eandem gentem fuisse nam Τάχαροι ὁρμηθέντες ἀπὸ τῆς περαίας τοῦ Ἰαξάρτου, una cum aliis Scythicis gentibus, Bactrianam occuparunt, teste Strabone, lib. 11. Quod ad *Phruros* vero, seu *Phrunos* (ut quædam habent exemplaria) attinet, eorum mentionem non alibi invenio. Prioris tamen nominis vestigium aliquod restat in Thurorum nomine, (θ enim in φ facile abit, ut θὴρ Æol. φὴρ, θλάω, φλάω) quos quidem cum Tocharis conjungit Plinius lib. 6. cap. 17; & posterioris in nomine Θρόανων

quo

ios in Serica ſtatuit Ptolemæus, ut Tocharos & Thuros linius circa Sericæ oram Scythiæ & Indiæ obverſam. Po-ere quidem Tochari per Scythiæ ſolitudines inter Iaxar-n & Sericam longe lateque vagari: & probabile eſt Dio-yſium ipſum, cum Plinio, Tocharos, & Phruros, quos iis bjungit (qui Thuri Plinii eſſe videntur) in Scythiæ parte ricæ vicina ſtatuere, cum Seres iis conjungat. Seres ta-en ipſos proculdubio ab Iaxarte & Sacis non longe diſſitos tavit: nam ſi verum eorum ſitum compertum habuiſſet, n potuiſſet Aſiam forma Coni ad Indiam protendere, & i ad oſtia Gangis, tanquam terminum Orientalem, eam ire; cum Serica Gangis oſtiis Orientalior ſit, & in Borea-ima Aſiæ tunc cognitæ parte, adeo ut Sericæ in vero ſitu ſcriptio Conicam Aſiæ formam (quæ Scythicum latus in guſtum contrahit) prorſus mutaret, ut, (demptis pro-ontoriis in mare Rubrum excurrentibus) quadrilaterum longum menſæ ſimile potius referret, qualem figuram iæ extra Taurum tribuit auctor verſ. 887.

καὶ ἔθνεα βάρβαρα Σηρῶν] *Seres*, ultima ad Orientem & ptentrionem olim cognita gens, ſerico apud ipſos con-to, & ab iis nominato, nobilis, fama ſola Dionyſio noti erunt, diſtantia vero eorum à Scythia citeriore (quæ Scy-a intra Imaum Ptolemæo dicitur) prorſus ignorata, ut odo notatum; & eos quidem juxta Imaum conſtituere etur. Barbaros eos vocat, quod inſtar ferarum homines gere dicerentur: Ita de iis Plinius lib. 6. cap. 17, *Seres es quidem, ſed & ipſi feris perſimiles, cœtum reliquorum morta-n fugiunt, cum commercia expectant*: quibus ſimilia à Solino duntur cap. 53. Sed quamvis hoc verum fuiſſe videatur, od exterorum ſocietatem fugerent, ut hodie Chinenſes egrinos in regionem ſuam introire non permittunt; in-nioſos tamen artifices fuiſſe ex telis ſericis ab iis confectis nſtat, vide verſ. 755, uti etiam hodie Chinenſes artificiis oiles ſunt, & ingenio miti & quieto, (perinde ac Seres, te-Solino) cum vicini Scythæ ſævi ac truces ſint. Et profecto amvis Sericam plerique Cathaiam eſſe ſtatuant, hoc eſt ientalem Tartariæ hodie dictæ partem; mihi tamen per-ſum eſt Borealem potius eſſe Chinenſis regni partem. olemæus enim, lib. 6. cap. 16, Sericam (cujus Occiduum rum latus cognitum habuit, neque enim Oceano, ſed ter-incognita eam terminat) non tantum Sinis, verum etiam gna ex parte Indiæ extra Gangem à meridie confinem fa-

cit,

cit, & præcipuas ejus urbes Ottocororam & Seram circa gr latitud. 37 & 38 constituit, cum Cathaia, secundum tabulas recentiorum, ab India longe remota sit, neque ulla ejus pars gradu latitud. 55 australior sit. Plinius etiam, lib. 6 cap. 17, Sericam Indiæ contiguam facit; quod etiam Melam sensisse, collato cap. 6° cum cap. 7° lib. 3, non obscurum est. Huc accedit quod serico Chinam maxime abundare, ex Mendozæ historia Chinensi, & aliorum scriptis, constat, ut & optimo ferro, sicut Sericum ferrum à Plinio celebratur. Nec nobis obstat quod Tabin promontorium Seribus à parte Boreali vicinum faciat Mela, lib. 3. cap. 6; ipsum enim in Chinensis Oceani Septentrionali parte equidem quærendum censeo. In Eoo enim Oceano est (non in incognito illo qu Septentrionale Scythiæ latus claudere creditur, ubi à plerisque statuitur) ut ad Plinii, qui *post dimidiam ferme longitudinem ejus oræ quæ spectat æstivum Orientem* promontorium illu statuit, ipsiusque Melæ verba attento facile constabit. Qui igitur si statuamus Tabin prom. esse quod à sinus illius flexu fit cui Chinæ urbs regia Paquin apposita, cum eam urbem aliter Taybin vocari, ut totum regnum incolis Taybinco, affirmet Mendoza? Ideo autem plerique in ultimum Septentrionem Seras ablegant, quod totum Chinense regnum pr Sinis Ptolemæi accipiant, quibus Seres Borealiores. At Sinarum regio ab eo memorata regna Sian & Camboiæ, cur Cochin China, & Australibus tantum Chinensis regni partibus, complectitur. Eam enim India extra Gangem & sin Magno (qui eam ab Aurea Chersoneso, hoc est Malaca, dirimit, unde Plinio *Chryses sinus* dicitur) ab Occasu terminat & præcipuam ejus partem, ipsamque Metropolin Thinas seu Sinas, Aureæ Chersoneso oppositam facit, juxta sinum illum ei coextensam, neque ullam ejus partem India Borealiorem statuit. In eo vero præcipue peccat, quod Sinarum litus nimium ad Meridiem protendat, cum post Sinum Magnum ad Septentrionem reflecti deberet; uti etiam omnibus hisce regionibus longitudinem nimiam tribuit, Indiam nimis ad Ortum protrahens, (dum litora ejus recta fere ab Occasu ad Ortum producit, ubi revera ad Meridiem vergunt,) & cæteras regiones similiter ei coextendens. De Sinarum etiam situ Ptolemæo consentit Marcianus Heracleota, cui Χρυσῆ Χερσόνησος nominatur, μὲν ἣν ὁ μέγας καλούμενος κόλπος, καὶ τῶν Σινῶν ἐστιν ἔθνος. Merito igitur dubitari potest an à nomine *Sian*, quo regnum ad Sinum Magnum positum

um, ejusque metroplis, etiamnum appellatur, Græci nomen
ῶν non deduxerint, cum *Chinæ* nomen (quo magnum illud
gnum inde ad Boream situm nobis indigitatur) in usu non
e apud indigenas, sed ipsis *Taybinco*, Indis vero *Sangley* ap-
llari, testetur Mendoza lib. 1. Videtur quidem nomen *Chinæ*
i regno à Lusitanis affictum, quod idem esse senserint cum
olemæi *Sinarum* regione, & Arabum *Seni*, (quibus Rhabar-
um *Raved Seni*, quasi *radix Sinensis*, dictum) cum tamen non
i hodierno Chinensi regno, sed tantum parti ejus Australi,
n Sian Camboiæ & aliis regnis vicinis, nomen illud Græci
uerint, quæ quidem omnia sub Chinensium ditione olim
se testatur Mendoza lib. 3; nec sane eosdem olim gentium,
hodie regnorum sunt, limites fuisse necesse est.

V. 754. ξαίνοντες ἐρήμης ἄνθεα γαίης] Sericum è Serica regio-
i Persicis, Medicis, & Assyriis mercatoribus olim affereba-
; unde vestes inde confectæ modo Assyriæ & Medicæ, à
tibus unde materia immediate allata, modo Sericæ, à gen-
bi oriebatur, olim vocatæ, ut plerique statuunt. Satis pro-
ile tamen est, quod sentit Fullerus, *sericum* dictum ab He-
a voce שריקות *Sericoth*, quæ pro serico usurpatur Esaiæ
9, inde vero regionem unde allatum est Græcos Sericam,
ius incolas Seres appellasse, ut sericum, cum denominativi
nam præ se ferat, à populo denominatum videretur. Qua
m ratione apud Seres sericum conficeretur, plerique vete-
tam Græci quam Latini, ignorarunt, ideoque varias de eo
ecturas habuerunt, quales ratio propria suppeditabat.
imi igitur confectum putarunt ex lanugine quadam foliis
rum adnascente, (qualis scil. cardui cujusdam foliis ad-
t, è qua vestes confici posse sericis similes Dioscorides af-
at:) ita certe intelligenda Plinii verba, lib. 6. cap. 17, *Se-
lanificio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium
iem.* Non ipsas frondes eos carminasse, ut nonnulli nimis
e intelligunt, sed canitiem frondium, hoc est frondibus
rentem, depexuisse affirmat. Eadem etiam Solini senten-
t, cap. 53, qui *lanuginis teneram subtilitatem humore domitam
lepectere* affirmat: neque obstat quod hic aqua ipsas fron-
os aspergere refert, hoc enim ideo tantum factum opi-
potuit, ut lanugo tenaciter adhærens solveretur. Plinius
em alibi *lanata Sericarum arborum folia* nominat: atque huc
at illud Virgilii Georg. lib. 2.

Velleraque arboribus depectunt tenuia Seres.

osthenes apud Strabonem à Nearcho refert, fieri τὰ Σηρικὰ

ἐκ τινῶν φλοιῶν ξαινομένης βύσσου, *ex bysso è corticibus quibusdam car minata*: ita sc. ut ex lini herbæ cortice lintea conficiuntur; byssu enim proprie delicatum quoddam lini genus est, teste Plinio lib 19. c. 1, licet hic ea vox ad aliam similem materiam per Meta phoram transferatur. Dionysius hic ex floribus fieri affirmat (unde Seres pecora alere negat, ne scil. flores ii, aut herbæ qu eos producunt, ab iis depascantur:) sed licet ipse in Epithet αἰόλα, & aliis quæ vers. 756 habet, poetico more ludat, seri lanificium perinde describens ac si ex ipsis floribus conficere tur; probabile est tamen eos unde hæc hausit, de lanugin quadam floribus adhærente, aut iis succedente, intellexisse qualis salicis iulis (qui ejus quasi flores sunt) adnascitur, au qualis in gossipio seu xylo planta in folliculo floribus succe dente provenit. Materia ea à Plinio bombyx vocatur per Me taphoram, lib. 19. cap. 1, ubi de gossipio loquens in Ægypt nascente, *similem*, inquit, *barbatæ nuci defert fructum, cujus ex in teriore bombyce lanugo netur*. Eadem etiam hodie *bombagia* Ital dicitur, voce à nomine *bombyx* deducta; quamvis proprie *bom byx* significet animalculum à quo bombycina tela netur, μετωνυμικῶς telam ipsam, sicut araneæ nomen tum animali tu ejus telæ tribuitur. Et profecto à veritate prorsus alienæ su istæ veterum de serici ortu opiniones; à bombycibus eni vermiculis, quos & σῆρας vocant Græci quidam qui verum s rici ortum agnoverunt, revera conficitur: Σῆρες ζῶα νήθοντα μ ταξαν, ἢ ὄνομα ἔθνους, *Seres, animalia quæ sericum nent; aut ge tis nomen*, Hesych.; quod & Suidas confirmat. Ex antiqui ribus etiam Pausanias in Eliacis bombyces, σῆρας etiam voc tos, sericum nere agnovit: & Aristoteles, hist. anim. lib. cap. 19, de bombycibus loquens, ἐκ τούτου τοῦ ζώου (inqui καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι γυναικῶν τινες ἀναπηνιζόμεναι, κ' ἀπε ὑφαίνουσι· πρώτη δὲ λέγεται ὑφᾶναι ἐν Κῷ Παμφίλη Λατώου θυγάτ *Ex hoc animalis genere bombycia mulieres nonnullæ resolvunt, & fila deducunt, deinde texunt. Prima texuisse in Co insula Pamph Latoi filia dicitur*. Hic bombycina à bombycibus confici, & r soluta à mulieribus retexi Aristoteles affirmat, & illius artis i ventionem Pamphilæ Coæ fœminæ tribuit, unde vestes bom bycinæ Coæ vocantur; sic Tibullus,

Illa gerat vestes tenues quas fœmina Coa
Texerat. —

Non alia certe fuerunt serica quam bombycina, bombycu scil. opera: sed quamvis de vero serici seu bombycini or Aristoteles & Pausanias aliquid acceperant, alii tamen ali opini

opiniones de serico amplexi sunt usque ad Iustiniani imperium, sub quo veritas plane innotuit. Plinius modo unam, modo aliam opinionem sequi videtur: nam quamvis loco supra citato, ex vulgata opinione, sericum ex arborum canitie depecti affirmet; idem tamen, lib. 11. cap. 22 & 23, ea recitat quæ habet Aristoteles de telis quas nent bombyces, unde bombycina confecta, quibus alia quædam addit aliunde accepta, & fortasse de suo nonnulla. Bombyces eos in Assyria provenire affirmat, & *Pamphilam Ceam rationem invenisse telas redordiendi, rursusque texendi:* sed mox subiungit, *traditum esse bombyces & in Co insula nasci.* At refert Aristoteles Pamphilam illam, redordiendi bombycini apud Græcos inventricem, non Ceam, sed Coam fuisse; nec tamen bombyces in Co insula nasci affirmat, sed tantum bombycina ibi retexi: ut verisimile sit bombyces non in Assyria, nedum in Co, bombycinam telam confeciſe, sed eam è Serica in Persidem aut Assyriam, (unde Assyria dicta est) & inde in Co & alia loca allatam fuisse, ubi mulieres eam retexebant; ut de Cea muliere Assyria bombycina redordiente ipse Plinius affirmat, ubi Coam, ex mente Aristotelis, dicere debuisset. Verum aliqua etiam bombycina ab Assyriis aut Syris texta fuisse probabile est, quæ peculiariter Assyria dicta, (uti in Beryto & Tyro ἱμάτια τὰ ἐκ μιτάξης ἐργάζεσθαι ἐκ παλαιοῦ εἰώθασι, teste Procopio in Goth.) & ea subtilius quam Coa texta fuisse videntur; unde inter bombycina Assyria & Coa Plinius distinguit, & *Coa etiam viris permissa, Assyria fœminis solis*, testatur lib. 11. cap. 23. Subtilissima vero fuisse videtur ipsarum Romanarum fœminarum textura, quæ sericum è Persia, aut India, aliisve regionibus Sericæ ipsi vicinis, à Romanis mercatoribus petitum, redordiebantur: ita Plinius, lib. 6. cap. 17, *Geminus fœminis nostris labor redordiendi illa, rursusque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat.* Hæc quidem sola serica vocasse videntur Romani Plinii ætate, quæ in Serica nasci sciebant, cum ipsi è regionibus ei vicinis peterent; licet verum eorum ortum ignorantes, varias ea de re fabulas comminiscerentur; bombycina vero quæ à Græcis aut Syris texta, quæ plerique ex illis à bombycibus neri agnoverunt. Minus probabile vero est, quod tradit Plinius, bombyces in Co insula fuisse bombycina nentes, nisi ii pauci fuerint, qui postea omnes interierint; nam ante Iustiniani imperium, sericum (quod bombycino non distinctum est, postquam cognitus est verus ejus ortus; vide Isid. Orig. lib. 19. cap. 27.) intra Romanu-

imperium non provenisse ex Zonara apparet. Nam, eo teste, *Iustiniano imperante, tela serica, quæ prius à Persis mercatoribus tantum afferebatur, à Romanis texi cœpit, quum ignorarent antea quomodo fieret, & vermium fila esse nescirent.* Tunc autem refert idem, monachos duos vermiculorum ova ex India Byzantium attulisse, & docuisse quomodo illa fovenda ut in vermes transformarentur, & sericum conficerent. Totam vermiculorum fovendorum rationem, & quomodo ii ex visceribus ipsis, aranearum more, sericum conficiunt, prolixe tradit Dalechampius in notis ad Plin. lib. 11. cap. 23.

V. 755. Εἵματα τεύχουσιν πολυδαίδαλα] Romanis tamen in usu non fuisse telas Serum opera confectas, sed fœminas fila ab ipsis allata retexuisse, modo è Plinio relatum, lib. 6. cap. 17.

V. 756. Εἰδόμενα χροίῃ] Colore scil. partim albescente, (si de naturalibus tantum coloribus, non tinctura etiam infectis, loquatur) partim luteo, seu flavescente, quem Græci μήλινον vocant, à μῆλον *malum*, quod mala quædam matura eo colore inficiantur: & plures quidem herbas ἄνθη ἔχειν μηλίζοντα passim notat Dioscorides. Poetico autem more ludit Dionysius, dum serici colores florum coloribus confert, ac si ex floribus ipsis fieret, & materiam suam colore referret.

V. 757. οὔτέ κεν ἔργον ἀραχνάων ἐρίσειεν] Respectu scil. tenuitatis, unde fœminas in his vestibus translucere Plinius affirmat, vestesque ipsas *pellucentes* vocat Seneca, Epist. 115, eæque *ostentare potius corpora quam vestire* à Solino dicuntur, cap. 53.

V. 758. Ἄλλοι δὲ Σκύθαι] Innuitur hic à Dionysio, ut & aliis plerisque, Seres ipsos Scythis annumerari, licet Ptolemæus Sericam à Scythia distinguat.

ἐπήτριμοι] *Densi, conferti*; Metaphorica dictio, fit enim à *præp.* ἐπὶ, & ἤτριον *stamen*, ut significet non minus densos & numerosos quam licia in tela, quæ arcte constipari solent.

V. 759. Ἐσχατιὰς] Extremam Asiæ tunc cognitæ partem versus Boream & Ortum æstivum, qua Borealiorem incognitam terram vehementi frigore rigere ex his quæ proxime sequuntur indicatur.

V. 761. περὶ Κάσσια κύματ'] Hinc constat Dionysium regiones omnes quas modo descripserat, è quibus est Serica ipsa, à Caspio mari non longe remotas opinatum.

V. 762. Φράζεο δ' ἐκ Κόλχων] Peracto Caspii maris Periplo, & regionum inde ad Ortum jacentium descriptione, ad Pontum Euxinum jam revertitur, & ab Orientali ejus latere περιήγη-

σιν

ιν redordiens circa Colchidem, ubi desierat vers. 689, Ponticas gentes inde usque ad Bosphorum Thracium se enumeraturum promittit.

V. 764. Χαλκὶς] Regiuncula in qua Chalcedon urbs, vide vers. 803; quæ quidem Bithyniæ pars habita.

V. 765. Βύζηρές τοι πρῶτα] Plerasque ex barbaris gentibus Pontum Cappadocium incolentibus, hoc & proximo versu nominatis, sic enumerat Valerius Flaccus Argon. lib. 5.

Mossynichi, vos & stabulis Macrones ab altis,
Byzeresque vagi, Philyræque à nomine dicta
Litora. —

Inter Thermodontem fluvium & Cerasuntem urbem Pharnaciæ vicinam nominantur à Plinio, lib. 6. cap. 4, *Gentes Genearum, Chalybum, oppidum Cotyorum; gentes Tibareni, Mossyni, notis signantes corpora*: inter Cerasuntem vero & Trapezuntem *Gentes Bechires, Buzeri, flumen Melas, gens Macrones.* Et de situ quidem harum gentium satis inter ipsum & Dionysium convenit, (nisi quod Macronibus Plinius situm magis Orientalem quam cæteris tribuat, cum Dionysius ante hos Byzeras & Bechiras nominet) si singulas ordine retrogrado apud Plinium percenseas; Plinius enim ab Occasu ad Ortum, Dionysius vero ab Ortu ad Occasum eas enumerat. Nullam quidem ex his gentibus nominat Ptolemæus, sive quod obscuræ & ignobiles fuerint, sive quod ipsius ætate nomina ista obsoleta fuerint: Strabo enim lib. 12. (qui quidem ipse nullam Bechirum aut Philyrum mentionem facit) Byzerum, Macronum, & Chalybum nomina vetusta fuisse, neque ipsius ævo satis usitata, indicat, sed Macrones Sannos postea vocatos (quamvis Sannos à Macronibus diversos faciant Xenophon & Arrianus,) Chalybes vero Chaldæos; Τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπέρκεινται καὶ τῆς Φαρνακίας Τιβαρηνοί τε, καὶ Χαλδαῖοι, καὶ Σάννοι· οὓς πρότερον ἐκάλουν Μάκρωνας, *Super Trapezuntem vero & Pharnaciam positi sunt Tibareni, & Chaldæi, & Sanni, quos prius Macrones vocarunt.* Deinde de Heptacometis, seu Septempaganis, & Mosynœcis loquutus, Scydissen montem, ubi Moschicis & Paryadræ conjungitur, incolentibus, mox subjungit, Ἐκαλοῦντο δὲ τούτων τινὲς τῶν Βαρβάρων καὶ Βύζηρες· οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι, Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο, καθ' οὓς μάλιστα ἡ Φαρνακία ἵδρυται: *Quidam vero ex barbaris hisce Byzeres aliquando vocati sunt; qui autem jam Chaldæi dicuntur, Chalybes olim nominati sunt, juxta quos præcipue Pharnacia sita est.*

V. 766. καὶ οἱ μόσσυνας ἔχουσι Δουρατέους] Periphrasis τῶν Μο-

συοίκων, qui τῆς Ἑπταπαγίτιδος *Septempaganis* juncti, aut eorum pars sunt, ex Strabonis sententia, Scydissæ montis (qui Ptolemæo Scordiscus est) Moschicis conjuncti juga tenentes, & in arboribus aut turriculis ligneis degentes, inde vero desilientes viatores adoriri soliti, teste Strabone lib. 12. Reliquos eorum mores describit Mela lib. 1. cap. 20, *Mossynœci turres ligneas habitant, notis corpus omne perstignant, propatulo vescuntur, promiscue concumbunt.* Hos corrupte *Mossynichos* vocat Valerius Flaccus, *Mossynos* Plinius, locis supra citatis.

V. 767. πολύῤῥηνες Τιβαρηνοί] *Tibarenos* hos, quorum nomen Strabonis ætate non exoleverat, πολύῤῥηνας vocat, quasi *ovibus abundantes*, à πολὺς *multus*, & ῥὴν, per Aphæresin pro ἀῤῥὴν *agnus*, (cujus obliqua Syncopen passa tantum in usu sunt, ἄρνος, ἄρνι &c. pro ἀῤῥήνου, ἀῤῥήνι) unde innuitur eos terram alendis pecoribus aptam, neque tam asperam & montosam tenuisse quam Chalybes aut barbari isti monticolæ modo memorati insederunt. Hos quidem & Chalybes conjungunt auctores; & Chalybes, quos Chaldæos vocat, juxta Pharnaciam, Tibarenos inter hanc & Trapezuntem statuit Strabo; Plinius vero situ aliquanto magis Occidentali utramq; gentem locat: sed Straboni, cujus patria Amasia his locis vicina, fides præ cæteris hic habenda. De his Mela, lib. 1. cap. 20, *Tibarenni Chalybas attingunt, quorum in risu luxuque summum bonum est.*

V. 768. Τοὶ δ' ὅτ', καὶ Χάλυβες] Hos inter Thermodontem fluvium & Pharnaciam locat Plinius; prope Pharnaciam Strabo, qui ab Homero Ἀλυβας, suo vero tempore Χαλδαίους dictos refert, ut Chaldæis in Babylonia ὁμώνυμοι fuerint: cui de nomine gentis patriæ suæ vicinæ contradicere non licet, quanquam alii hujus nominis non meminerint. Chalbios potius, vel Chaldos, dictos Eustathius arbitratur. Inter Halyn & Thermodontem fluvios, situ nimis Occidentali, eorum sedes statuit Mela.

V. 769. μογερὲ διδασκόμενος ἔργα σιδήρου] Ferro fabricando (quod hic à Dionysio indicatur) Chalybes maxime inclaruere; & cum optimum esset Chalybum ferrum, hinc ferrum purgatissimum, quod ad acies temperandas destinatur, (unde Græcis χάλυψ, Italis vero hodie *aciero* dicitur,) *Chalybs* Latinis vocatur. His primam ferri fabricandi inventionem tribuit Arrianus; cui etiam astipulatur Valerius Flaccus Argonaut. lib. 5.

Fervigil auditur Chalybum labor; arma fatigant
Ruricolæ, Gradive, tus, sonat illa creatrix
Prima manus bello terras crudelis in omnes:
Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri

Ernt-

Eruerent, ensesque darent, odia ægra sine armis
Errabant, iræque inopes, & segnis Erinnys.

is & Ammianus. lib. 22, & alii consentiunt. Sed Tubulcai-
um ferrum primo cudisse sacræ literæ docent, quem Vulcani
omine cultum, quod nonnulli statuunt, satis verisimile est,
so nomine non abludente.

V. 772. Τοὺς δὲ μετ', Ἀσσυρίης πρόχυσις χθονὸς] Absurdum
deri possit quod Assyrios juxta Thermodontem fluvium sta-
iat Dionysius, Assyria enim proprie dicta, incolis Aturia vo-
ta, (cujus pars Adiabene) prima insigni Monarchia à Ni-
o fundata, & urbe Nino ab eodem condita, nobilis, ultra Ti-
rin fluvium sita est, Armenia magna, Mesopotamia, Susiana,
Media cincta, ut à Ptolemæo terminatur, lib. 6. cap. 1. Ea
ssyria dicta est ab *Assur* Semi filio, de quo Genes. cap. 10.
ers. 22. Sed cum Assyrii imperium suum longe lateque pro-
agarint, hinc effectum ut gentes plurimæ Assyrio imperio
lim subditæ Ἀσσύριοι, & per Aphæresin Σύριοι & Σύροι, Græ-
is dictæ fuerint. Ita Herodotus, & eum sequutus Iustinus
b. 1, *Assyrii, qui postea Syri dicti.* Quam late olim patuerit
yriæ nomen testatur Mela lib. 1. cap. 11, *Syria & Cœle dici-
ur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia,
& Iudæa, & Sophene.* Imo & Cappadocia sub nomine Syriæ
ate sumptæ comprehenditur, & distinctionis causa *Leucosy-
ia* vocata, (quod candidiores fuerint hi Syri quam Syri extra
Taurum) teste Strabone, lib. 16, Δοκεῖ δὲ τὸ τῶν Σύρων ὄνομα
ἐπιτείνειν ἀπὸ μὲν τῆς Βαβυλωνίας μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, ἀπὸ δὲ
τούτου μέχρι τοῦ Εὐξείνου τὸ παλαιόν· οἱ γοῦν Καππαδόκες ἀμφότεροι,
ἴτε πρὸς τῷ Ταύρῳ καὶ οἱ πρὸς τῷ Πόντῳ, μέχρι νῦν Λευκόσυροι
καλοῦνται: *Videtur Syrorum nomen à Babylonia ad Ißicum sinum,
nde vero usque ad Pontum Euxinum olim extensum fuisse: Cappado-
es quidem utrique, tam qui ad Taurum quam qui ad Pontum dicun-
ur, etiamnum Leucosyri appellantur.* Strictius tamen Leucosyria
dicta Cappadociæ tantum pars Galatiæ confinis, ut à Ptole-
mæo, lib. 5. cap. 6, & aliis innuitur. Usus quidem postea
obtinuit ut inter Assyrios & Syros distinctio fieret, Græcis (qui-
bus familiarius nomen Σύρων, ut barbaris Ἀσσυρίων, teste He-
rodoto) Σύρων nomen iis proprium facientibus qui ipsis &
Mediterraneo mari viciniores cis Euphraten fluvium, qui qui-
dem inter se *Aramæi* dicti, teste Strabone, cum interim Assy-
riorum nomen in propria sede maneret, rarius usurpatum nisi
de ipsis Assyriæ proprie dictæ incolis. Sed ea nomina promi-
scue olim usurpata fuisse, & Syrorum imperium ab historicis

quibusdam dictum quod à Nino fundatum est, & communiter Assyrium dicitur, testatur Strabo, qui & ipse, iis nominibus indistincte utens veterum more, Assyriam à Perside & Susiana usque ad Issicum sinum & Ægyptium pelagus protendit; ἧς ἐν μέρει (inquit) καὶ ἡ Ἀτουρία ἐστὶν, ἐν ᾗπερ ἡ Νῖνος, καὶ οἱ ἰδίως ἀπὸ τῶν νῦν λεγόμενοι Σύροι, & statim addit quosdam Syrorum nomen ad Euxinum mare producere. Sic cum Syria, seu Assyria, late sumpta, Cappadociam comprehendat, & *Græci Syros vocent quos Persæ Cappadocas*, Herodoto teste, (Καππαδόκα (inquit) οὓς ἡμεῖς Συρίους καλέομεν, atque alibi, οἱ Σύροι ὑπὸ Περσῶν καλοῦνται Καππαδόκαι) Dionysius generale Assyriæ nomen peculiariter usurpat pro Cappadociæ parte juxta Irin & Thermodontem fluvios, quæ aliis stricte Leucosyria, ubi Λευκοσύρων ἀγκὼν à Ptolemæo nominatur. Dionysio etiam consentit Valerius Flaccus, Argon. lib. 5, qui in Assyria Sinopen constituit, in versibus mox citandis in vers. 775, & Apollonius qui Cappadociam Ἀσσυρίην vocat, lib. 3.

Πρόχυσις χθονὸς fortasse nihil aliud quam προβολὴν, *terræ* scil. *prominentiam qua in mare protenditur*, hic notat, ut hoc intelligendum sit de promontorio illo quod Λευκοσύρων ἀγκὼν Ptolemæo vocatur. Innui tamen potest, quod sentit Eustathius, illam Assyriæ terræ prominentiam, de qua hic sermo ex limo à Thermodonte & Iride, aut Iride & Haly fluviis aggesto factam; ut πρόχυσις idem valeat quod πρόχωσις, sicut Ægyptum (præcipue partem illam quam Delta nominarunt) donum Nili limum trahentis veteres vocarunt.

V. 773. ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο] A Scydisse, seu Scordisco Armeniæ minoris monte.

V. 774. ἐνυάλιος Θερμώδων] Thermodontem ἐνυάλιον, *Martium*, vocat, propter bellicosas Amazones, Martis sobolem habitam, olim ejus, ut vulgo creditum est, accolas, unde & ipse Marti sacer habebatur: Valer. Flac. lib. 5.

Sævaque Thermodon medio sale murmura volvens,
Gradivo sacer, & spoliis ditissimus amnis.

V. 775. Ὅς ποτ' ἀλωομένην Ἀσωπίδα δέκτο Σινώπην] Pro ἐδέχετο, abjecto augmento, fit δέχετο, deinde per Syncopen δέκτο, sequente tenui τ postulante ut aspirata litera χ in tenuem mutetur, quod tenues semper præcedant tenues, aspiratæ aspiratas. Sed quod ad Sinopen attinet, fabulam hic refert Dionysius, qua Sinopen Nympham fuisse innuitur, Asopi fluvii filiam, ejusque amore captum Iovem illam à patria abduxisse in Ponticam regionem juxta Thermodontem fluvium,

um, atque ab ea Sinopen urbem denominatam fuisse, Pon-
carum urbium clarissimam, teste Strabone, & Mithridatis
giam. Alii Sinopen & à Iove, & ab Apolline, & Haly flu-
o adamatam fuisse ferunt, sed omnes elusisse: Iovem enim,
e concubitus potiendi, promisisse se quicquid postulasset ei
turam; eam vero perpetuam virginitatem postulasse: Hoc
nuit Valerius Flaccus, lib. 5.

Assyrios complexa sinus stat opima Sinope,
Nympha prius, blandosque Iovis quæ luserat ignes,
Cœlicolis immota procis; deceptus amatæ
Fraude deæ nec solus Halys, nec solus Apollo.

scio unde hæc fabula conficta fuerit, nisi quod Sinope colo-
fuerit à Milesiis deducta, Iones vero veteres Mileti condi-
es in Ægialo juxta Sicyonem, ubi Asopus est fluvius, olim
les habuerint, ex Attica eo profecti, inde vero ab Achæis
lsi colonias in Asiam deduxerint, teste Strabone lib. 8; hinc
hope Asopi filia fingi videtur. Ad Thermodontem vero ab-
cta fuisse dicitur, quod in Ponticam regionem, in qua Ther-
odon fluvius, colonia hæc deducta fuerit: quamvis magis
ngruum fuisset ad Halyn fluvium, cui Sinope vicinior, hæc
commodasse. Eam vero à Iove aut Apolline amatam fin-
e potuerunt, quod Serapis tutelaris fuerit urbis illius deus,
em alii Iovem, alii Osiridem interpretantur, qui idem cum
olline numen est, Sol scil. vide in vers. 255. Perpetuam ve-
virginitatem ei concessam fortasse finxerunt, quod semper
era, nec alieno imperio oppressa, fuerit, cum fabula ista
geretur: semper enim libertate fruebatur, donec Pharnaci
ntico regi tandem cessit, teste Strabone lib. 12.

V. 776. ἀκηχεμένην παρενάσσατο] Ἀκηχεμένην part. præt. pass.
ἀχέω, per reduplicationem Atticam pro ἠχημένην, secundo
er Systolen in ε mutato. Παρενάσσατο fit à νάω verbo inus. pro
ω *habito*, cujus Aor. α medius ἐνασσάμην tantum in usu est;
autem active capitur, ut valeat *collocavit*, vel *habitare*
it.

V. 778. Ἰσχανόων] Ab ἔχω est ἴσχω, (ut ab ἔπω poeticum ἴσπω)
que inde ἰσχάνω, & ἰσχανάω, quod aliquando (ut ἔχω & ἴσχω) si-
ificat *teneo*, aliquando vero *cupio*, ἐπιθυμητικῶς ἀντέχομαι, ut
Estathius in Hom. exponit.

V. 781. κρυστάλλου καθαρὸν λίθον οἷά τε πάχνην] Dionysius,
m fluvii hujus ripas κρυμώδεας vocat ubi crystallus colligi-
, lapidemque ipsum glaciei comparat, innuere videtur se
tum opinioni favere, qui eum ex glacie fieri arbitrantur.

Κρύ-

Κρύσταλλος quidem primario *glaciem* significat, quasi κρύσταλλωμένον, *frigore concretam*: ei autem ὁμώνυμον Græci hunc lapidem fecere, quem & Latini crystallum vocant, quod eum in cautibus è glacie longa temporis mora durata fieri iis videretur. Ea etiam Plinii sententia est, lib. 37. cap. 2, ubi crystallum fieri affirmat *gelu vehementiore concreto*; & mox subjungit, *Non alibi certe reperitur quam ubi maximæ hybernæ nives rigent, glaciemque esse certum est, unde & Græci nomen dedere.* Sed merito, mea quidem sententia, Plinii ducis sui signa hic deserit Solinus, opinioni huic contradicens; *nam si ita foret*, inquit, *nec Alabanda Asiæ, nec Cyprus insula hanc materiam procrearet, quibus regionibus incitatissimus calor est.* In calidis enim locis non solet glacies diu insoluta perstare; & an India frigida sit regio, in qua crystallum optimum nasci Plinius ipse affirmat, nisi corrupta sit exemplaria, ipse viderit. Nec magni momenti esse mihi videntur quæ his opponit vir magnus Salmasius, Plinianam opinionem propugnans. Pleraque profecto quæ pro ea sententia affert nihil aliud probant, quam calore crystallum non indurari; quod quis sanus statuet? Sed si calore non duretur, an proinde ex glacie erit? Similis certe est crystalli & aliorum lapidum, præcipue gemmarum, formatio, quorum ad induration nem frigus aliquid conferre posse non negabo, cum constet aquam à frigore in glaciem compingi; sed tota formatio primis, ut vocant, qualitatibus tribui non potest. Probabile est materiam proximam esse succum quendam lapidescentem, cui similis est qui in aquis quibusdam ligno immisso accrescens lapideam crustam ei inducit, & sensim quasi in lapidem transmutat. Materia ea ita ad indurationem naturaliter apta est ut ad concretionem, sed quæ in humido iterum resolvatur alumen & sal, (unde concretionem omnem sali, analogice sic dicto, Chymici tribuunt) eamque propriam ac peculiarem singulæ gemmæ habere videntur, unde tanta colorum & aliarum qualitatum in gemmis varietas. Effectrix vero principalis est ipsa forma interna domicilii sui architecta, quæ formativam quandam vim habet formatrici animæ facultati in animalibus analogam; unde ut plantæ & animalia singula propriam formam externam habent, ita crystalli sexanguli nascuntur, teste Plinio, & aliæ gemmæ peculiarem figuram à natu obtinent. Hoc à calore aut frigore provenire non potest, sed à ipsa forma substantiali animæ analoga; *forma enim*, ut ve Zabarella, lib. 2. de mat. prima cap. 9, *certam dat cuique corpori magnitudinem & figuram.* Ne παίρεργα hæc lectori videantur qu

e ad explicandam omnium gemmarum naturam pertinent, rum tam frequens apud auctorem nostrum mentio est.

V. 782. καὶ ὑδατόεσσαν ἴασπιν] De Iaspide aliquid dictum vers. 724. Sed quod ad eam speciem attinet quæ hic ὑδατό- vocatur, prima fronte sic dicta videri possit quod aquæ in- pellucida sit, ut ea species intelligatur quam Græci κρυ- λώδη, Plinius crystallo similem vocat; atque hæc quidem tentia doctissimo Salmasio placet. Plinii tamen lectio me vit ut diversum sentirem: is enim, lib. 37. cap. 8, de variis pidis generibus loquens, *cæruleam circa Thermodontem amnem* eniri affirmat. Hen. Stephani igitur sententiam amplector, ὑδατόεσσαν hic *cæruleam* reddit, ut non à pelluciditate, sed parente cæruleo aquæ marinæ colore, à quo mare *cærulum* etis dicitur, epitheton illud deductum sit. Sic ab illa quam ίζουσαν vocat colore non multum differet; illa tamen purior præstantior, *cærulea* enim, Plinio teste, *inter vitiosas ha- r.*

V. 784. Ἅλυος ποταμοῖο] Tam Iridis, qui patriam ipsius asiam præterfluit, quam Halyos (quem sic vocatum re- ἀπὸ τῶν ἁλῶν οὓς παραῤῥεῖ, à *salinis* scil. *quas præterlabitur*) sum integrum describit Strabo lib. 12, quem consulat le- r. Insignior vero Halys, quod Cappadociam à Paphlago- , & olim Lydorum imperium (quod τὰ ἐντὸς Ἅλυος, *Asiam a Halyn*, complectebatur, Herodoto teste) à Medico dis- minaverit, cujus transitus Crœso Lydorum regi fatalis fuit, m ambiguo illo oraculo deceptum ferunt,

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Crœsus Halyn superans regnum subvertet opimum.

V. 786. ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο] In Cappadocia eum oriri re- Strabo, cui tamen facile est Dionysium conciliare; ex An- uro enim nascitur, qui Armeniæ minoris fines attingit, ea o ipsa Cappadociæ pars est, ex Ptolemæi sententia, lib. 5. . 6, cui Euphrates fluvius Orientalis est Cappadociæ ter- ius. Armenii vero montis nomine non particularem ali- m montem notat Dionysius, sed montem quemvis qui meniam, sive majorem, sive minorem, vel mediam secat, ejus terminos attingit: vide vers. 694.

V. 787. Παφλαγόνες δ' ἐπὶ τοῖσιν] Horum regionem (in cu- parte Henetorum sedem olim fuisse Strabo & alii censent) li è Gallia Europæa profecti occuparunt, una cum Phry- majoris parte, postquam Græciam & alias regiones in- sionibus suis diu vexassent. Hinc Galatiæ & Gallogræciæ nomina

nomina (quorum hoc Latinis, illud Græcis familiarius) reg nibus illis postea indita, in qua Paphlagoniam Ptolemæ lib. 5. cap. 3, aliique includunt. Strabo tamen à Galatia phlagoniam excludit, tres tantum Galatarum gentes, Tr mos, Tolistobogos, & Tectosages (quibus cognominis fuit pulus in Gallia Narbonensi) recensens, eosque omnes in r diterraneis statuens, cum Paphlagonia regio maritima f rit. Sed Trocmos in Paphlagoniæ parte Plinius locat, lib cap. 32, qui & alias, præter tres modo memoratas, Gal rum gentes numerat.

V. 788. Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον] *Mariandynorum gionem* inter Paphlagoniam & Bithyniam interjectam *sac* vocat, vel ob urbem Heracleam à conditoribus Græcis (siv Milesii fuerint, ut refert Strabo, sive Megarenses, ut à Xe phonte proditum) Herculi sacratam; vel quod diis inf regionem sacram esse innuat, ob specum Acherusium, de mox dicetur.

ἔθ' ἐνέπουσι] Fabulam de Cerbero ab Hercule ex inferis tracto huic loco affingunt, tam ob Acherusium specum, quem ad inferos ingressum esse fabulantur, (uti de Tæn Laconiæ alii fingunt,

— *Tænarias fauces alti ostia Ditis:*

unde & ibi extractum Cerberum refert Seneca in Herc. f quam ob aconitum ibi crescens, quod ex Cerberi spuma tum fingunt, vide vers. 792. Sic à Plinio, lib. 6. cap. 1, Mariandynis nominatur *portus Acone, veneno aconito dirus, sp Acherusia.* Accessit etiam ad fabulam confirmandam *Hera* nomen urbi huic inditum, unde eam ab *Hercule* conditam dam fabulati sunt, teste Mela lib. 1. cap. 19, *Mariandy urbem habitant, ab Argivo, ut ferunt, Hercule conditam; Hera vocitatur, id famæ fidem adjecit. Iuxta specus est Acherusia, ad nes, ut ferunt, pervius, atque ibi extractum Cerberum fabulantur.*

V. 789. Οὐδαίου Κρονίδαο] Ditis, seu Iovis Stygii, qui u ex tribus Saturni filiis fuisse dicitur. Is Dis & Pluto voca à divitiis, quas Græci πλοῦτον nominant; quia aurum & metalla sub terra latent; quicquid vero sub terra est, οὐδαίου, subterranei Iovis imperium habetur: unde Ovidius Meta lib. 1.

Quasque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris,
Effodiuntur opes. —

Non tantum vero Κρονίδης, ut unus ex tribus Saturni filiis, rum & *Iupiter* dicitur, quod scil. cœlum utriusque *Iovis* nor

otetur; hemisphærium quidem superius nomine *Iovis su-*
, inferius vero, quod sub horizonte nostro deprimitur, no-
e *Iovis Stygii*; quod indicat Seneca in Herc. fur.

— *quæque deterior polus*
Obscura diro spatia concessit Iovi.

per *polum deteriorem* Antarcticus significatur, quem, ut lo-
tur poeta,

Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.

Herculis ad inferos descensum nihil aliud quam Solis oc-
m, per regressum ad superos exortum notari, supra mo-
mus.

χαλκιόφωνον] Clarius Cerberi latratus Metaphorica hac vo-
nnuitur, quasi pulsati æris clangorem referret.

V. 792. καὶ ἀνδρέσι πῆμ' ἐφύτδυσε] Aconitum scil. herbam
alem, quam ex spuma è ternis Cerberi tricipitis faucibus
de Dionysius ἀπὸ στομάτων in *plurali* habet) projecta, pri-
exortam fingunt, aut saltem inde venenatam factam, cum
ea innoxia fuerit. Eam autem inter Mariandynos juxta He-
eam urbem nasci testatur Strabo lib. 12, Ἐν δὲ τῇ Ἡρα-
κλείᾳ γίνεσθαι τὸ ἀκόνιτον. Imo *aconitum* nominari ab *Aconis* pa-
Mariandynorum juxta Heracleam Theophrastus hist. plant.
9, & Stephanus de urb. testantur; quod & à Plinio innui-
dum *portus Acones aconito diri* meminit. Hoc tamen facile
ciliari potest cum illorum sententia, qui sic vocatum tra-
t quod ἐν ταῖς ἀκόναις, *in cautibus*, nascatur, (quæ Ovidii
nio est, Metam. lib. 7.

Quæ quia nascuntur dura vivacia caute,
Agrestes aconita vocant. —)

n & Ἀκόνας pagum nomen habuisse ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, à *coti-*
ibi provenientibus, Stephanus testatur.

V. 793. Ἄλλη δὲ Βιθυνοὶ] *Bithynia*, inter Mariandynos &
phorum Thracium sita, Bebrycum, Mysorum, (à quibus
phorus ipse, qui postea Thracius, olim Mysius dictus, teste
bone) & aliarum gentium antiquitus sedes fuisse dicitur;
nde eam occuparunt Thyni & Bithyni, è Thracia profecti,
e Strabone lib. 12, qui hoc ὁμολογεῖσθαι παρὰ τῶν πλείονων,
d plurimos in confesso esse, affirmat. Huic astipulatur Clau-
nus in Eutrop.

— *Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.*

ic oram illam *Asiaticam Thraciam* nuncupari Xenophon te-
ur. *Thynos* etiam in Thracia olim fuisse argumento est
nias promontorium à Ptolemæo, Strabone, & Plinio, juxta

Apollo-

Apolloniam Thraciæ urbem nominatum, ubi & Ovidiu Trist. lib. 1. Eleg. 9, *Thynniaci sinus* meminit. Quod ad p ticularem duarum istarum gentium situm in Bithynia ips *Tenuerunt oram omnem Thyni; interiora Bithyni*, si Plinio fide lib. 6. cap. ult. Ora autem Ponti ibi præcipue intelligend ubi Thynias insula juxta Calpæ fluvii ostia à Ptolemæo, St bone, aliisque nominatur, Thynorum memoriam conserva postquam in continente eorum nomen exoleverat, Bithyn appellatione, à Bithynis indita, toti regioni communica qui non tantum interiora, ut Plinio visum, verum & Ponti oræ partem Bosphoro vicinam olim tenuerunt, ubi Bithyn prom. à Ptolemæo statuitur.

V. 794. Ῥήβας ἔνθ' ἐρατεινὸν] Cur exigui fluvii *Rhebæ*, *Rhebantis*, (nam utroque modo inflecti Eustathius testat Ῥηβαντίας γῆς ab eo denominatæ Arrianum meminisse as mans) tam solennis mentio à Dionysio facta est, adeo ut e nomen, veluti Thybridis vers. 352, per Anaphoram ter re titum sit, (cum eum Ptolemæus & Strabo ne nominare c dem dignentur,) nisi, cum Suida, leve hoc argumentum ripiamus ad confirmandam opinionem quod ipse Byzan fuerit? qua de re vide in vers. 355. Plinius quidem hujus vii meminit, lib. 6. cap. 1, & aliter Rhesum dictum ref *A faucibus Bosphori est Rhebas fluvius, quem aliqui Rhesum d runt, deinde Psillis.*

V. 798. Κεῖνα δέ τοι Σκυθίης] Universos Ponti accolas l tenus recensitos (qui quidem omnes, Bithynis exceptis, Mithridatis regno olim comprehensi sunt, Ponti nomine versis regionibus indito,) Scythicas gentes haberi posse indicat Dionysius; tam quod Scythis omnes Boreales ge veteres accenserent, teste Ephoro apud Strabonem, lib. 1, ipso Strabone, lib. 11, quam quod plerique ex his barba feri essent, ac Scythis moribus similes, cæteris vero Asiæ g tibus ipsis vicinis prorsus dissimiles, quorum mollities pa perstringitur. Leucosyri tamen, (quorum pars, quos Assy hic vocat auctor, ad Pontum pertingebat) nihil cum Scy commune habuere; & non modo Bithynos, verum & M riandynos Thracii generis fuisse Strabo arbitratur: non rum vero si ob mores similiter feros Thracias & Scythicas g tes aliqui confuderint, ut de Getis constat, quos alii Thr bus, alii Scythis annumerant.

V. 799. Νῦν δ' αὖ παῤῥαλίης Ἀσίης] Post Ponticarum g tium περιήγησιν, jam ad descriptionem alius Asiæ partis se

cir

ingit Dionysius, quam παῤῥαλίαν *maritimam* vocat, quod hinc nare Ægæum, inde Lycium & Pamphylium, ac Issicum si-um, & Syriacum mare contingat. Maritimam hanc Asiam à ithynia ad Meridiem tendere affirmat secundum Hellespon-um & Ægæum mare, ubi Ocidentale ejus latus est, inde vero Orientem versus usque ad Syriam & Arabiam produci. Asiæ omen, cum primo Mæoniæ proprium esset, ut à Dionysio ers. 836 innuitur, postea latius propagatum est ad regiones icinas, ubi Asiam minorem, sive ἰδίως Ἀσίαν, constituerunt, ui tamen non iidem prorsus termini ab omnibus assignan-ur; & tandem ad tertiam οἰκουμένης partem, quam *Asiam ma-iam*, ut à minore distinguatur, vocat Ptolemæus. Notandum ero *Asiam proprie dictam* strictius à Ptolemæo, aliquanto vero tius à Strabone, sumi. Ille utramque Mysiam & Phrygiam, ajorem scil. & minorem, Æolidem, Ioniam, Lydiam, & Cariam sub nomine *Asiæ proprie dictæ* comprehendit; Strabo is Bithyniam, Paphlagoniam, & Lyciam adjicit (cum Ptole-æus nullam Ponticam gentem in censum illum admittat;) gionem intra Halyn fluvium & Taurum montem Ἀσίαν ἰδίως, ὁμωνύμως τῇ ὅλῃ ἠπείρῳ, *proprie Asiam, eodem cum tota conti-nte nomine*, suo tempore appellatam affirmans, quam pen-sulam vocat, cujus isthmum, improprie sic dictum, Pamphy-am, Ciliciam, & Cappadociam constituit. Maritima vero sia, cujus descriptionem Dionysius hic aggreditur, Asiam roprie dictam Ptolemæi, quam lib. 5. cap. 2. describit, cum ycia, Pamphylia, Cilicia, & Syria (quæ Arabiæ contermina t) comprehendit, ut ex terminis hic assignatis liquet.

V. 803. Χαλκιδέες μὲν πρῶτα] *Chalcedonios* intelligit, Chal-donem urbem ad fauces Ponti (hoc est ad Bosphorum Thra-um) sitam, cum regiuncula vicina, incolentes; quos à Bi-ynis distinguit, quod Bithyni proprie dicti Thracii generis, ec vero Græca gens fuerit; quamvis Bithynia regio late sum-a Chalcedonios etiam comprehendat, ut ex Ptolemæo con-at. Χαλκιδέας vero hos vocat, Chalcidensibus in Eubœa ωνύμους faciens, sive metri necessitate coactus, quia Chalcedo-orum nomen metri legibus haud facile paret, ideoque poe-ce hic contrahitur; sive quod Chalcedonios Chalcidensium οίκους censuerit, unde & regiuncula in qua Chalcedon sita αλκὶς ἄρουρα eidem dicitur vers. 764, quamvis urbem eam à legarensibus conditam prodat Strabo: sed Chalcidenses uosdam iis mistos fuisse nihil prohibet.

παρὰ στόμα] Nomine στόματος, seu *faucium* Ponti, non Pro-

ponti-

pontidem, (ut perperam Eustathius interpretatur) sed Bosphorum Thracium intelligi, clarius est quam ut probatione egeat; hunc enim fauces Ponti passim vocat Plinius (ut angustiæ aliæ, seu freta ejusmodi, sinuum στόματα, seu *fauces* dici solent, vide vers. 608:) imo Bosphorum hunc non tantum Ponti fauces, verum & gemini maris januam, Ponti scil. ipsiusque Propontidis, vocat Ovidius, Trist. lib. 1.

Quique tenent Ponti Byzantia litora fauces:
Hic locus est gemini janua vasta maris.

V. 804. Οὐδὲς ἐς ἀντιπέρην Βυζάντιον] Vrbis hujus Thraciæ, ex adverso Chalcedonis, ultra Bosphorum sitæ, obiter hic meminit auctor, sive quod patria ipsius fuerit, ut statuit Suidas, sive ob inclytam loci famam. Nomen hoc ei indidit *Byzas* conditor ex Eustathii sententia, quod & Claudianus confirmat versibus mox citandis; neque audiendus Iustinus, qui primo conditam à Pausania Spartanorum rege refert, lib. 9. Scisitantes autem Græcos conditores ubi urbem statuerent, Apollinis Pythii oraculo monitos fuisse, ut ἀντεναντίον τῆς τυφλῶν, *adversus cæcorum terram*, urbem conderent, à Strabone lib. 7, Tacito Annal. lib. 12, & aliis proditum est; Chalcedoniis cæcorum nomine notatis, quod, cum urbem suam paulo ante conderent, sedem illam minus commodam elegissent, quasi vicinum hunc locum longe feliciorem videre non potuerint. Cæcos tamen Chalcedonios, ea de causa, non Apollinem Pythium, sed Megabazum Darii regis ducem, vocasse, probabilius refert Herodotus lib. 4. Byzantium à Constantino Magno auctum fuisse, & imperii Romani sedem eo translatam, ob loci commoditatem, nomine in *Constantinopolin* & *Novam Romam* mutato, notius est quam ut pluribus ea de re differere opus sit; unde is à Claudiano, tanquam alter conditor Byzanti jungitur, quibus & tertium additum Eutropium falsis adulatorum vocibus ipse indignatur,

— *quod tertius urbis*
Conditor, hoc Byzas Constantinusque videbunt?

V. 805. Βέβρυκες δ' ὅσσι πῖσι] *Bebryces* à poetis præcipue celebratos (qui Amycum eorum regem in cæstuum certamine à Polluce interemptum ferunt, de qua fabula vide Valer. Flacc. lib. 4.) Propontidis oram inter Bithyniam & Mysiam olim tenuisse refert Strabo. Eorum vero Ptolemæus non meminit, quippe quorum nomen jamdudum exoleverat: *ex Asia* enim *interiisse Solymorum, Lelegum, & Bebrycum gentes*, cum aliis quibusdam, ex Eratosthene refert Plinius lib. 5. cap. 30.

καὶ ὄρεα Μυσίδος αἴης] Mysiam montosam esse regionem verbis innuitur, alia enim parte Temnum montem, alia m attingit, alia Olympum, qui præcipue hic intelligi-, quippe è quo Cius fluit; & eo quidem monte Mysia ior à Bithynia disterminatur. Est enim Mysia duplex; ior, quæ & Olympena dicitur; major (quam Dionysius Æolide comprehendit, vide vers. 820.) quæ ab hac ad trum jacet, hinc Temnum montem, inde Ægæum mare ngens, interjectis tamen hic illic quibusdam Phrygiæ ibus, quæ & ipsa duplex, vide vers. 810, ut certos ea- terminos statuere haud facile sit. Vnde adagium ortum rt Strabo de iis quæ diversa quidem sunt, ita tamen ut istinguere difficile sit,

Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα,

Separati sunt Mysorum & Phrygum termini.

adagium hoc alludit Plutarchus ἐν ὑγιειν. παραγγελμ. Χωρὶς ιλοσόφων καὶ ἰατρῶν, ὥσπερ τινῶν Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα, *ati sunt philosophorum & medicorum, ut Mysorum & Phry-, termini*: distincti scil. sunt, ita tamen ut haud facile ccuratum discrimen dignoscere. Mysos hos Europæo- ad Istrum habitantium colonos fuisse censet Artemido- pud Strabonem, & ipse Strabo Thracii generis fuisse ar- tur: quod tamen merito dubitari potest, cum Mysi & i se invicem fratres vocarint, & communium sacrorum cipes fuerint, teste Strabone lib. 14; & ex Lydio & gio mixtus fuerit Mysorum sermo, ut Xanthus Lydius enecrates apud eundem Strabonem lib. 12 testantur. simile est hos (quorum fines usque ad Bosphorum Thra- olim protensi) à Mesech filio Japhet, de quo Gen. 10, ut à Tiras Thraces ortos, cum Moscovitarum, quos a- i à Mesech deducunt, nulla apud veteres mentio extiterit. . 806. Ἦχι περ ἱμερόεντα Κίος] Fluvium hunc in Mysiæ ithyniæ confinio fuisse ad Olympum montem indicat us, lib. 5. cap. 32. *Amnes* (inquit) *Hylas & Cios, cum o ejusdem nominis*: & paulo post, *A Cio intus in Bithy- rusa ab Annibale sub Olympo condita.* Sed nullus fuisse vi- r Hylas amnis, quippe cujus auctores alii non memi- nt, sed ad Cium Hylam raptum produnt; nec verisi- est ab Annibale profugo urbem hic conditam. Corri- us igitur hic Plinius ex Strabone lib. 12, qui Προυσίαν à ia dictam refert, Κίον πρότερον ὀνομασθεῖσαν: Cium scil. m à Philippo Persei patre Macedoniæ rege eversam,

deinde à Prusia Bithyniæ rege, qui Annibalem hospitio accepit, è ruderibus ejus urbem excitatam, quam à nomine suo Προυσίαν, aut Προυσιάδα, appellavit. Cii fluvii non memini Strabo aut Ptolemæus; Apollonius tamen Cium urbem appellatam canit à Cio flumine, qui & Hylam ibi raptum prodit,

Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχράς τε Κίοιο.
Circa Arganthonium montem & Cii fluenta.

V. 807. Τοῦ ποτ' ἐπὶ προχρῇσιν Ὕλαν] De Hylæ raptu leg possunt Apollonius Arg. lib. 1, & Valer. Flaccus lib. 3, neque enim libet mihi fabulis recitandis immorari. Cum vero tradat Strabo lib. 12. Prusienses festum celebrare, in quo in sylvas & montes cum thyrsis egrediuntur, Hylæ nomen inclamantes, quod & Apollonius testatur Arg. lib. 2.

Τούνεκεν εἰσέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέουσι Κιανοὶ,
Vnde etiamnum Hylam inclamant Ciani;

quærant eruditi an mos iste, & ipsa fabula de Hylæ raptu non deducta sit à Phrygum & Lydorum vicinorum ritibus qui Atin in Cybeles sacris similiter luxerunt, vociferante ὕης ἄττης, ἄττης ὕης, ut hi ὕλα, ὕλα, cum Mysis communi fuerint cum Lydis sacra, teste Strabone.

V. 810. Βαιοτέρης Φρυγίης] *Minor* hæc *Phrygia*, quia ad Hellespontum sita est, ut Dionysius hic indicat, Hellespontiaca dicta est, teste Strabone; eamque eandem cum Troade facit Ptolemæus, lib. 5. cap. 2, quod scil. Phryges post bellum Trojanum Τροίην seu *Troadem* occupaverint, ut à Strabone affirmatur: cum ii, ut & Mysi, in Ascania region juxta Ascaniam paludem (quæ in Bithynia postea habita est ab Homero statuantur Iliad. β', longe à Troja, ipsissimis poetæ verbis,

Φόρκυς δ' αὖ Φρύγας ἦγε καὶ Ἀσκάνιος θεοιδὴς
Τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης. —

Ascaniam sic dictam ab Askenaz Gomeri filio statuit Bochartus. Quandam etiam Phrygiæ minoris partem, quam Phrygiam ἐπίκτητον vocat, juxta Olympum montem in Bithynia consinio statuit ipse Strabo, situ à Troade & Hellesponto satis dissito, cum Mysia interjecta sit; & Dionysius, dum Phrygiæ hujus ἀγκῶνα ad Hellespontum procurrere affirmat innuit partem alibi sitam.

ἑτέρη δὲ] Phrygia sc. major, quæ à minore & Lydia longe in Orientem exporrecta est, cujus tamen partem Orientalem, in qua Pessinus civitas, Cybeles sacris celebrata, (unde ea *Pessinuntia*

tia dicta est, ut Berecynthia à Berecyntho Phrygiæ urbe, ele & Dindymene à Cybelis & Dindymis ejusdem mons) Galli seu Galatæ Phrygibus ademerunt, vide in v. 787. ygiæ nomen ἀπὸ τῦ φρύγειν, quod est *torrere*, probabiliter icit Bochartus, Geog. l. 3. c. 8, quippe in qua κατακεκαυμένη, *adusta regio*, à Strabone & aliis describitur, cui Phrynomen primo inditum fuisse non veri dissimile est, postero toti genti communicatum. Phrygas omnes è Macea aut Thracia olim hac profectos, Βρύγας ibi antea vocas quod Strabo & alii arbitrantur, haud facile mihi perrint, cum Phryges se antiquissimam gentem prædicant: Λέγονται Φρύγες παλαιότατοι ἀνθρώπων γρήσθαι, Arrianus; d & alii plurimi testantur. Quod si qui Βρύγες in Macea fuerint, probabilius est illos è Phrygia eo olim mise, & ibi pro Phrygibus Βρύγας vocatos Macedonum ecto, quibus Philippus Βίλιππος dicitur. Certum qui- est Mygdones quosdam tam in Phrygia quam Macedolim fuisse, Μυγδονία μοῖρα Μακεδονίας, καὶ ἑτέρα Φρυγίας τῆς ns: nec negarim Macedoniam primam Mygdonum sefuisse, cum satis constat Herodotum & alios antiquissiscriptores Mygdoniæ Macedonicæ meminisse, alterius in Phrygia sitæ non nisi multo recentiores; ut videanMygdones, uti & Mysomacedones, è Macedonia in Atrajecisse; at de Phrygibus antiquissimis longe aliter se abet.

811. παρ' ὕδασι Σαγγαρίοιο] *Sangarius* hic, qui in Phrygia re ortus per Bithyniam fertur, ubi Ponto Euxino mir, ab Ovidio lib. 4. de Ponto, Eleg. 10, Sagaris di-

Huc Lycus, huc Sagaris. —

814. Τλῶ ἑτέρῳ] Minorem, seu Hellespontiacam, de um orsus esset loqui vers. 809, hic ad eam regreditur: e enim Ilium πολυθρύλλητον, adeo insigne bello à Græcia ersa per decennium ibi gesto, de quo tota Homeri Ilias ripta, vel fileri, vel obiter tantum memorari, par

817. Ἴλιον, λῶ ἐπόλιας Ποσειδάων] Non de urbe ipsa, sed ibus tantum hoc intelligendum, quæ à Neptuno & Ane à Laomedonte conductis condita fuisse poetæ fabur; vide Ovid. Metam. lib. 11. Hoc vero Herodotus ita retatur, quod Laomedon thesauris in templis Apol- & Neptuni repositis ad mœnia urbis condenda usus fue-

rit. Notandum vero Latinos, dum urbem hanc non mc Ilium verum & Trojam vocant, à Græcorum veterum c suetudine abire, quibus urbs ea Ἴλιος dicitur, tota vero re Τροίη, (quæ postea Troas & Phrygia minor) & ejus inc communiter Τροῦες, vide Iliad. lib. 2. Nec minus peccant p tæ Latini, dum Dardanum urbem Ilio vicinam, Æneæ triam, & Pergamum inde satis dissitam, cum Ilio conf dunt.

V. 818. Ἴλιον, ἣν ἀλάπαξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη] Quas fa lantur Græcos in Troja expugnanda obnixe auxilio juva quod maneret,

— alta mente repôstum
Iudicium Paridis, spretæque injuria formæ.

Eustathio vero facile assentior, qui innui putat à Græcis e sam fuisse urbem hanc tam potentia & opibus, quæ Jun tribuuntur, quam consilio & prudentia, quæ Minervæ mine notantur, cui stratagemata omnia tribuuntur, qu fuit illud de equo ligneo, de quo Virgilius,

Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant. —

Et profecto fabula illa de Venere Minervæ & Junoni à P de prælata veteres nihil aliud innuisse videntur, quam e Venereis voluptatibus, quibus cum Helena sua fruebat prudentiam omnem & honores ac divitias, quæ salva Tr possidebat, posthabuisse, dum ut, Helena dimissa,

— Salvus regnet, vivatque beatus,
Cogi posse negat. — Horat. lib. 1. Ep. 2.

V. 819. Ξάνθῳ ἐπ' εὐρὺ ῥέοντι] Fluvium hunc aliter Scam drum dictum Plutarchus de flum., Ælianus, aliique test tur: nec temere eum εὐρὺ ῥέοντα vocat Dionysius, si Pli fides adhibenda. Quamvis enim brevis sit ejus cursus, (c tam hic quam Simois in Ida monte oriatur, unde Ἰδαῖον μόεντα hic vocat auctor, & mox in Hellespontum parall fere cursu uterque feratur;) *Scamandrum tamen amnem n gabilem esse* affirmat Plinius lib. 5. cap. 30, quanquam Xantho paulo ante loquutus, hunc eundem esse fluvium n exprimat. Maximam autem fluviis hisce famam Ilium, cu mœnia olim præterlabebantur, conciliavit; unde *fama qu natura majora esse flumina* affirmat Mela, lib. 1. cap. 18.

V. 820. Τὴν δὲ μετ', Αἰολίδος] Non statim post Phrygi minorem Æolidem describit Ptolemæus, Mysiam enim jorem interponit, in qua Antandrus & Adramyttium, &

me

diterraneis Pergamus, Attali & Eumenis olim regia, & gameno ibi invento celebris. Plinius tamen, lib. 5. c. 30, nysio consentiens, Mysiæ nomen in Æolidem mutatum rt, atque ita Æolidem ad Troadem usque producit; de ia enim loquutus, *Æolis*, inquit, *proxima est, Mysia quon- appellata, & quæ Hellesponto adjacet Troas*; & paulo post rmat Lecton promontorium Æolida & Troada distermi- e. Strabo etiam lib. 13 non Mysiam modo hanc, verum Troadem ipsam Æolicis coloniis occupatam fuisse refert, le & ipsam Æolidi adjicit: sic Mela lib. 1. cap. 18. *Proxi- regio ex quo ab Æoliis incoli cœpit, Æolis facta, ante Mysia Troas.* Verum diversas fuisse ea de re veterum sententias abo ipse fatetur: quod quidem inde accidit, quod disper- fuerint quædam Æolum coloniæ in tota Troadis & My- majoris ora; unde aliqui eas totas Æolidi accensent, , Troadem excludentes, totam Mysiæ oram maritimam, coloniæ eæ crebriores, Æolidi adjiciendam censent; æ Plinii sententia est, qui Mysiam mediterraneam Caici tibus vicinam (quam Teuthrantiam vocat, à Teuthran- Telephi patre, qui ibi olim regnavit) ab Æolide distin- it. Sed Æolicæ coloniæ, quæ inter Cyzicum & Caicum vium tantum sparsæ fuere, longe majorem partem regio- inter Caicum & Hermum fluvios interjectæ occuparunt, te Strabone; Ἡ τῶν Αἰολέων ἀποικία ἐσκεδάσθη ἀπὸ τῆς Κυζικη- μέχρι τοῦ Καΐκου, καὶ ἐπέβαλεν ἔτι πλέον τὴν μεταξὺ τοῦ Καΐκου καὶ τοῦ μου ποταμοῦ, *Æolum colonia sparsa fuit à regione circa Cyzicum Caicum usque, frequentius vero occupavit regionem inter Cai- n & Hermum fluvium interjectam.* Hinc Ptolemæus eam tum regionem quæ inter Caicum & Hermum sita, ubi eberrimæ Æolum coloniæ, atque ipsa metropolis Cume, olidem nuncupat, quippe quæ fere tota ab Æolibus occu- ta est, cum in Mysia & Troade veteres incolæ Græcos ibi gentes numero superarent. Colonias autem Æolicas in siam brevi post bellum Trojanum missas, (& quidem ple- sque è Peloponneso ab Agamemnonis posteris,) & qua- or ætatibus antiquiores Ionicis fuisse, testatur Strabo . 13: à quo etiam indicatur, lib. 8°, Æolicam dialectum lim dictam fuisse, qua Græci plerique, tam intra quam ex- a isthmum degentes, antiquitus usi sunt, eamque eandem m Dorica fuisse; Ionicam vero veterem eandem cum At- ca fuisse, qua in Attica sola olim usi sunt, cujus incolæ nes tunc appellati; ut binæ tantum dialecti olim fuerint.

Hæc ipsius sunt verba de dialectis loquentis; τεττάρων δὲ τῶν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀττικίδι τὼ αὐτὼ φαμέν, (καὶ γὰρ Ἰωνες ἐκαλέντο οἱ πότε Ἀθηναῖοι, καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες, καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι) τὼ δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι: *Cum quatuor sint dialecti, Ionicam eandem cum ea qua Attica esse affirmamus, (nam & Iones vocati sunt qui Athenis eam tunc incoluerunt, & inde orti sunt Iones qui in Asiam deducti sunt, & lingua Ionica hodie vocata utuntur,) Doricam vero eandem cum Æolica.* Dorica scil. (ut ultima clausula indicat & postea probat) non alia est quam antiqua & purior Æolica, qua in Græcia ipsa olim usi, cum Æolica vulgo dicta, quæ Æolicæ coloniæ in Asia usæ, ex gentium commixtione corrupta sit. Pindarus quidem, qui Dorice scripsit, se Αἰολίδι μολπᾷ canere affirmat.

821. παρὰ χείλεσι] Maris litora & fluviorum ripæ Metaphorice χείλη, hoc est *labra*, dicuntur, uti & Latina vox *os* ab *ore* deducitur, quod extremitates sint quædam sibi invicem oppositæ, cum cavitate intermedia, ut labra circa os unde & poculorum margines χείλη vocantur. Simili Metaphora ab animalibus ad inanimata traducta, in voce νῶτα campo applicata, utitur auctor vers. 872, & in voce πίζα vers. 894, & alibi passim.

ὑπὲρ μέγαν Ἑλλήσποντον] ὑπὲρ per *ultra* hic reddit Hen. Stephanus, quippe quia accusativo jungitur; nescio autem cujus loci respectu, nisi Byzantii, sic usurpari possit, vide in v. 138. Cur vero epitheton μέγαν Hellesponto, angusto freto, addatme nescire fateor, nisi vel longitudinem solam respiciat, veeum ulterius extendat quam plerisque mos est, hinc ad Lesbon, inde ad Melanem sinum (quem ad Hellespontum ferr affirmat vers. 538) ejus initium faciens; ut epitheto hoc innuat se non de ipsis angustiis, sed de ea parte qua latior est, loqui, cui quidem Æolis propinquior.

V. 822. σεῦδες Ἰάονας] Periphrasis pro *Iones*, vide in v. 31. Innui interim potest hos veterum Ionum, quorũ sedes Attica, posteros fuisse. Iones enim ex Attica olim profecti, ut modo ex Strabone ostendimus, (quorum aliqui Ægialum Peloponnesi partem antea occuparant, eamq; Ioniam vocarant, qui ab Achæis inde pulsi, à quibus eadem Achaia nominata) Lydiæ & Cariæ maritimam oram occuparunt, Leleges & Cares inde pellentes: è quibus Leleges regionem quę supra Ephesum & Mycalen montem versus Æolidem jacet, Cares loca pleraque his Australiora tenuerunt. Hinc Carum non meminit hic

Diony-

onysius, quippe quorum regionem ab Ionibus occupatam
eperat, ut Mysiam majorem ab Æolibus, unde & eam omit-
, quanquam minorem tantum Cariæ partem Iones occu-
int. Mediterranea quidem omnia, & maritimæ oræ pars
Carum potestate remansit; unde Ptolemæus, lib. 5. cap. 2,
abo lib. 13, aliique Geographi Cariam ab Ionia distin-
unt, & seorsim describunt, in ea Mylassa, Alabanda, Tral-
, Magnesiam ad Mæandrum, Laodiceam ad Lycum (cui
inæ Colossæ, teste Strabone lib. 12, quo quidem Pauli
Colossenses epistola missa) aliasque urbes memorabiles
merantes. Doridem etiam in ora maritima quæ Cretam
picit separatim à Caria & Ionia Ptolemæus describit:
am tamen alii sub Caria comprehendunt, in ea enim est
licarnassus, regia quondam Cariæ urbs, Herodoto &
onysio historicis, & Mausoli regis monumento ab Arte-
sia uxore constructo (à quo alia insignia monumenta
ausolea vocantur) maxime nobilitata. Ionum vero, seu Ia-
um nomen ('Ιάονες enim propria dialecto vocantur, ut
omero Il. ν'.

— Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες)

æci ipsi ab *Ione* seu *Iaone* quodam deducunt, quem Xuthi
lium fuisse ipsi perhibent: verum Ἴαονα, à quo Iones ge-
s ducunt, non alium fuisse quam *Iavam* filium Japheth,
quo Gen. cap. 10. vers. 2, Vossius & alii docti statuunt.
s equidem libens assentior, cum Græcia *Iavan* in sacro co-
e (ut Dan. cap. 8. vers. 21, & cap. 10. vers. 20) nuncu-
tur, & minimum interfit inter *Iavan* & Ἰάων, si digamma
olicum vocalibus interponatur, quod sonat ν. Quod ad
lium gentem attinet, licet antiquiores fuerint Æolum
loniæ, Iones tamen illis urbium fama & potentia longe
æcelluerunt. Nam præter Miletum, Ephesum, & Prienen,
æ hic à Dionysio nominantur, in Ionia fuit Smyrna, Ho-
eri patria plerisque habita, vide Solin. cap. 43 (unde is
Melesigenes dicitur à *Melete* fluvio Smyrnam alluente, nec
ocul inde orto, de quo vide Plin. lib. 5. cap. 29; & *Mæo-
s*, quod ea Ioniæ pars intra Mæoniæ antiquæ terminos
erit) Colophon, Apollinis Clarii fano nobilis, Erythræ
ibyllæ Erythrææ, Teos Anacreontis poetæ, Clazomenæ
naxagoræ philosophi patria, ut cæteras taceam.

V. 824. Μαίανδρῳ λιπαροῦσα] Fluvius hic obliquis & tor-
osis flexibus notus est. De eo Plinius, lib. 5. cap. 29, A-
nis *Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimisque affu-*

sus oppidis, & repletus fluminibus crebris, ita sinuosus flexibus, t sæpe credatur reverti. Hinc obliqua consilia aut verborum ambages proverbialiter *Mæandri* dici solent. Ita Cicero in Pisonem, *Quos tu Mæandros, quæ diverticula, flexionesque quæsisti* Mæandrum vero Cariæ agros quos perlabitur *fertilissimo rigare limo,* cum auctore nostro, Plinius affirmat.

V. 825. Μιλήτου τε μεσηγὺ] Inter duas hasce urbes Mæandrum in mare devolvi affirmat etiam Strabo lib. 12; & Solinus cap. 43, *præcipitatur in sinum qui Miletum dividit & Prienen.* Sed quod ad *Miletum* spectat, ea Ioniæ caput à Plinio vocatur, eamque & Ephesum celeberrimas fuisse Ioniæ urbes à Strabone, lib. 14, indicatur. Veterem Miletum coloniam fuisse è Mileto Cretica urbe deductam affirmat Ephorus apud Strabonem, atque inde eam Miletum appellatam novam vero Miletum, situ ei propinquo conditam, à Neleo origine Pylio, sed qui Athenis aliquandiu commoratu fuerat, tum Ephorus, tum ipse Strabo testatur. Celebren eam reddidit Apollinis, *Didymæi*, quasi *gemelli*, appellati oraculum, de quo vide in vers. 445; uti & *Milesia stragul* & vestes, ob insignem mollitiem in deliciis olim habita; & præterea philosophi ibi nati, Thales, inter septem Græci sapientes numeratus, Anaximander sphæræ inventor, & hujus discipulus Anaximenes. Celeberrima vero facta es coloniis variis in utrumque Ponti latus & alias terras deductis, è quibus est Cyzicus ad Propontidem, Apollonia & Odessus in Thracio Ponti litore, Heraclea in Mariandynorum ora, Panticapæum in Taurica Chersoneso, Istropolis ac Istri, Olbia ad Borysthenis ostia, cum plurimis aliis, quas variis in locis Plinius & Strabo recensent: imo *super octoginta urbium per omnia maria genitrix* fuit, si Plinio fides lib. 5. cap. 20. Tandem vero in luxuriam lapsa pristinam gloriam amisit; unde adagium Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, *Olim strenui fuere Milesii.*

καὶ εὐρυχόροιο Πριήνης] De voce εὐρυχόροιο sat dictum in vers 537. Prienen vero nihil magis nobilitavit quam Panionia ibi celebrata, teste Strabone lib. 9, & Bias ibi natus, unus è septem sapientibus habitus. Spatiosos vero campos urbem hanc habuisse, quod epitheto hic indicatur, vel id argumento est, quod ab omnibus Ionibus tanquam commodus locus eligeretur ad Panionia celebranda.

V. 827. Παῤῥαλίην Ἔφεσον] Ephesus (quam *alterum Græciæ lumen* Plinius vocat, Miletum scil. pro altero habens, Strabo vero

ero emporium totius Asiæ intra Taurum celeberrimum) Apellis & Parrhasii pictorum, & Heracliti philosophi patria uit, qui σκοτεινὸς *tenebrosus*, propter scriptorum obscuritaem, cognominatus est. Urbem hanc ab Androclo Codri Atheniensis regis filio, & coloniæ Ionicæ duce, conditam uisse, refert Pherecydes apud Strabonem, lib. 14; atque inc ejus posteros *reges* appellatos, & primum consessum in Panioniis habuisse, & purpuram ac sceptrum, tanquam inignia regia, gestasse, licet nullam regiam potestatem habeent, sed potius ἀνακτοτελεσταὶ, seu *reges sacrificuli*, fuerint; ua de re vide Casaubon. in Strab. De aliis nominibus, quius urbem hanc olim appellatam Plinius & Stephanus teantur, mox in vers. 829 dicetur.

μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης] Dubitat Vossius an μεγάλης hic legendum non sit, ut epitheton ad Dianam referatur, secundum illud Actor. cap. 19. Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Diana veo, quæ Luna est, vide in vers. 525, venatrix fingitur, & Ἰοχέαιρα dicitur, ab ἰὸς *missile*, & χαίρω *gaudeo*, litera ε per *Epenthesin* inserta, quod radios suos tanquam jacula emitat, (unde & Ἑκάτη dicitur, sicut Apollo Ἑκάτης & Ἑκατηβόλος, à *radiis procul emissis*) vel quod venatores noctu Lunai lumine indigeant. Non tantum vero deæ huic urbs hæc dicata est, verum & ibi ipsam cum Apolline natos, in luco quam Ortygiam vocant, incolæ, teste Strabone, gloriati unt, nomen ipsum quod Delo insulæ alii tribuunt, una cum leorum horum ortu, sibi vendicantes: sed vanas esse Græorum fabulas, quæ de horum natalibus feruntur, supra monuimus.

V. 828. Ἔνθα θεῇ ποτε νηὸν] Nobile hoc Dianæ templum, quod inter septem orbis miracula numeratum est, (ut versu proximo innuitur, ubi περιώσιον θαῦμα dicitur,) à Plinio describitur lib. 36. c. 14. Illud ab Amazonibus (quas magnam Asiæ partem occupasse, & plures urbes struxisse, Justinus & alii radunt) conditum fuisse hic refert Dionysius; cui consenit Mela, lib. 1. cap. 17, *Ephesus, & Dianæ nobilissimum templum, quod Amazones Asia potitæ condidisse traduntur.* Hoc veo alii de urbe ipsa produnt; ut Plinius, lib. 5. cap. 29, *Ephesus Amazonum opus*, & Justinus, lib. 2. Strabo etiam ab Amazone Smyrna nomine parti urbis Smyrnæ nomen indium refert, atque inde Ephesios à Callino poeta Smyrnæos vocari, ejusque incolas, discessione ab Ephesiis facta, urbem Smyrnam postea dictam in alia Ioniæ parte condidisse.

Sed

Sed fabulosa esse quæ de Amazonibus passim feruntur Strabo ipse alibi statuit, atque ea de re sententiam nostram in vers. 655 exquire. De urbis quidem conditoribus modo sat dictum: templum vero ducentis viginti annis à tota Asia factum refert Plinius lib. 36. cap. 14, quod de Asia proprie dicta intelligendum. In antiquo templo condendo operi præfuisse Chersiphronem architectum Plinius & Strabo testantur, illud vero ab Herostrato quodam incensum, ut famam sibi vel ex infamia quæreret, ea nocte qua natus est Alexander Magnus, teste Solino cap. 43. Hinc Timæi jocus, Dianam domo sua tunc abfuisse, neque eam curare potuisse, in Olympiadis partu occupatam; quippe quod Diana, *Lucina* dicta, unde nomen *Luna* contractum, partui præesse dicatur: qua de re vide in vers. 509. A civibus autem restitutum est, Chermocratis Architecti opera, teste Strabone.

τετύκοντο] Per reduplicationem Ionicam pro ἐτύχοντο, *Aor. 2. med.* verbi τεύχω, aspirata etiam litera χ in tenuem κ Ionice mutata; nisi à verbo inusit. τύκω, quod affert Hesychius pro ἐπιμάζω, deducere malis.

V. 829. Πρέμνῳ ἔνι πτελέης] Hinc conjecturam facere licet *Pteleæ* nomen, ab insigni aliqua ulmo, quæ olim ibi extitit, inditum, quo Ephesum olim appellatam refert Plinius, parti potius illi in quo templum conditum quam toti urbi conveniisse; sicut *Ortygiam*, & *Smyrnam*, & *Trachæam*, non Epheso συωνύμως, (quod sentit Plinius, qui eam *olim Ortygiam, & Smyrnam cognomine Tracheam, & Pteleam*, ut cætera mittam, vocatam refert,) sed partium nomina fuisse testatur Strabo, qui & Smyrnam hanc Ephesiam à Trachea distinguit, hæc Hipponactis verba adducens, Ὥκισεν ἐν Σμύρνῃ μεταξὺ Τραχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς, *Habitavit in Smyrna (Ephesi vico) inter Tracheam & Lepram acten.*

V. 830. Μαιονίη δ' ὅθι τῆσιν] Post Ionicas urbes *Mæoniam* ad Ortum sitam affirmat, quam sub Tmolo monte, croco florentissimo (teste Solino cap. 43) cum Homero Iliad. 6, statuit:

Οἱ καὶ Μίονας ἦγον ὑπὸ Τμώλῳ γεγαῶτες.

Mæoniam autem & Lydiam pro synonymis ab auctore haberi, collato hoc versu cum vers. 846, satis evidens est: quam sententiam etiam Plinius, lib. 5. cap. 9, *Lydiam Mæoniam ante appellatam* affirmans, & plurimi alii amplectuntur. Idem tamen Plinius paulo post Mæonios, proprie scil. dictos, in una tantum Lydiæ parte, ad radicem Tmoli montis, locat.

Nimi-

Nimirum aliqui Μαίονας, seu Μήονας, à Lydis, tanquam gentem diversam, distinguunt, teste Strabone lib. 13; alii vero, eodem teste, pro eadem gente habent: sed qui eas diversas fuisse gentes censent, eorum fines distinguere non possunt; unde Lydiam & Mæoniam conjunctim describit Ptolemæus. Eorum etiam sententiam qui Mæonas eosdem cum Lydis faciunt contrariæ præfert Strabo, de Sardibus Lydiæ urbe loquens, Crœsi, & cæterorum Lydiæ regum (qui Asiæ intra Halyn imperarunt) regia; Βασίλειον ὑπῆρξε τῆς Λυδῶν, ἃς ὁ ποιητὴς καλεῖ Μήονας, οἱ δὲ ὕστερον Μαίονας, οἱ μὲν δοῦ ἄλλοι τοῖς Λυδοῖς, οἱ δὲ ἕτερος ὑποφαίνοντες· δοῦ δὲ αὐτὸς ἄμεινόν ἐστι λέγειν: *Regia fuit Lydorum, quos poeta Meonas vocat, posteriores Mæonas, eosque alii eosdem cum Lydis esse indicant, alii ab his diversos: præstat vero pro iisdem habere.* Aliæ memorabiles Lydiæ urbes sunt Laodicea ad Lycum, ex Ptolemæi sententia, quam alii Cariæ ascribunt, Philadelphia, Magnesia ad Sipylum, à qua Magnes lapis ferrum attrahens nomen sortitus est, ut idem à Lydia Lydius, ab Heraclea Lydiæ urbe Heraclius dictus est. Sed quod ad Lydiæ & Mæoniæ nomina spectat, *Lydiæ* nomen à *Lud* Shemi filio, quem gentis conditorem censent, Josephus, Eusebius, & alii plurimi deducunt, quibus facile assentior. Inde vero sequetur revera antiquius non esse Mæoniæ quam Lydiæ nomen, licet apud veteres Græcos, poetas præsertim, magis obtinuerit. *Mæoniæ* quidem nomen vel Lydiæ toti, vel parti Mæandro, Caystro, & Tmolo monti proximæ, à Græcis inditum fuisse videtur à *Mæandro* fluvio, qui & *Mæon*, ut è Stephano notat Bochartus, Geog. lib. 2. cap. 12. Μαιονία ἡ Λυδία ἀπὸ Μαίονος τοῦ ποταμοῦ: sicut iidem Ἰβηρίαν ab Ibero fluvio vocarunt, quæ aliis Hispania dicta.

V. 832. Χρυσοῦ ὁμοῦ δίνησιν] Pactolum fluvium in Hermum influentem auri ramenta arenis mista olim volvisse, (unde fabula orta de Midæ aureo voto ibi abluto, de quo vide Ovid. Metam. l. 11) ab auctoribus passim proditum; unde eum *Chrysorrhoan* etiam dictum Plinius refert. Aureas istas arenas ante ætatem suam defecisse Strabo testatur: tantum tamen abest ut quæ ab antiquis ea de re prodita sunt in dubium vocet, ut inde potius occasionem veteribus datam censeat Crœsi divitias (quæ in proverbium abierunt) adeo celebrandi. Nihil tamen obstat quin è converso, Pactolus Χρυσορρόας dici potuerit propter ingentes urbis Sardium, Crœsi regiæ, quam fluvius is alluebat, divitias: vide in vers. 1058.

V. 834.

V. 834. Κύκνων εἰσαίοις λιγυρὸν ὄπα] In Mæoniæ campis, fluminibus Hermo, Pactolo, Cayſtro, & Mæandro riguis, cygnos abundare Homerus & alii auctores teſtantur; præſertim vero in pratis & paluſtribus locis circa Cayſtrum & Mæandrum, (quorum hic meminit auctor verſ. 836) ubi Καϊστρίου λειμῶνα ab Homero nominatur: hinc Propertius

— *Cygnæi viſenda eſt ora Cayſtri.*

Cygnæi etiam cantus, cujus hic meminit auctor, plurima fit apud veteres mentio; ut apud Theocritum Idyll. 19, Horatium Od. 3. lib. 4, Senecam in Hippolyto, Ovidium, (ut alios taceam) qui iis ipſis in locis de quibus hic agitur eos canere affirmat, idque inſtante morte, (quod etiam vulgo proditum) quaſi fati ſui præſcios;

Sic ubi fata vocant, udis projectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

Sed nihil mirum apud poetas hæc legi, quibus fabulari, ut aratori incurvo eſſe, convenit. Miror vero Ariſtotelem, hiſt. anim. lib. 9, Ælianum, Ciceronem, alioſque graves viros, horum fabulis ſeductos, idem affirmaſſe, aut ſaltem innuiſſe; imo philoſophos quoſdam adeo deliraſſe, ut hujus rei cauſam reddere conati ſint. Fabulis quidem his effectum, ut in proverbium abierit *Cygnea cantio.* Plinius tamen, lib. 10. cap. 23, experimentis aliquot edoctus, ſe hoc falſum arbitrari affirmat. Vere ea de re Eraſmus, *Cygnos inſtante morte mirandos quoſdam cantus edere tam omnium literis eſt celebratum, quam nulli compertum.* Nec minus vere Scaliger in Ariſtot. hiſt. anim. *Cygnos cantores malos eſſe* affirmat, *nec melius anſere canere.*

V. 836. ἐν Ἀσίδι] *In Aſia* ſtrictiſſime ſumpta, quæ Mæoniæ pars eſt circa Cayſtrum & Mæandrum fluvios, (ut non modo Strabo, verum & Euſtathius in hunc locum, aliique teſtantur, vide in verſ. 9.) ubi Ἄσιον λειμῶνα ab Homero nominatur,

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,

Aſio in campo (ſeu *prato*) *circa Cayſtrii fluenta.*

Hunc etiam imitatus Virgilius Aſiam paludem ibi locat,

— *ſonat amnis, & Aſia longe*
Pulſa palus. —

V. 837. ἀμπεδίον] Pro ἀνὰ πεδίον, præpoſitione cum nomine coaleſcente, deinde eliſa litera α per Syncopen Æolicam, ut in nominibus & verbis cum ἀνὰ compoſitis, ut ἄμπαυμα pro ἀνάπαυμα, ἀμβαίνω pro ἀναβαίνω.

V. 838.

V. 838. ἐπιῤῥέει] Non hæc vox ita accipienda, ac si Cayster fluvius in Mæandrum influeret, quod falsum est, (licet ita sentiat Eustathius, vocula hac ei imponente:) diversis enim ostiis in mare se exonerant, ut ex Ptolemæo, lib. 9. cap. 2, & aliis constat. Sed Μαιάνδριον πεδίον, *Mæandrius campus*, latum est terræ spatium, ut ex Strabone constat, qui, ipsum juxta Magnesiam, quæ ad Mæandrum dicitur, & Tralles statuens, Lydos, Cares, Iones, & Æolenses Magnesios eum incolere affirmat; & juxta campum hunc Cayster Mæandro appropinquat. Ἐπιῤῥέειν itaque hic est *fluendo prope accedere*, ut ἐπιέναι est *instare* vel *appropinquare*: & hic indicatur multa esse prata & loca irrigua in tota Asia stricte sumpta, plurima vero in ea parte qui *Mæandrius campus* dicitur, inter Caystrum & Mæandrum interjectus, ubi Cayster ad Mæandrum proxime accedit, quod circa Tralles fit.

V. 839. οὐδὲ γυναῖκας ὀνόσσεαι] Ὀνόσσεαι, *Ion.* pro ὀνόσῃ, 2a pers. ab ὀνόσομαι fut. 1. med. à verbo ὀνόω *reprehendo*. In his vero verbis Liptote esse videtur; qualis est illa Virgilii, *Munera nec sperno*, quum ea grata esse innuit: Ita hic Dionysius, *Mulieres non vituperabis*, eas laudandas esse innuens, tum pulchritudine, ut Eustathius arbitratur, tum saltandi peritia, (quam pluribus hic auctor poetico more describit,) & vestitus elegantia & splendore Lydorum divitiis passim celebratis (præsertim regnante Crœso) conveniente.

V. 840. Θεῖον ἕδος] Epitheton hoc Lydiæ additur sive ob fertilitatem eximiam, ut Eustathius opinatur, sive ob Rheæ, & his conjuncta Bacchi, sacra Lydis cum Phrygibus communia, & Attin Rheæ comitem, (quem alii Mæonium, hoc est Lydum, alii Phrygem statuunt,) aliosque ἐγχωρίους θεοὺς, ut Asium & Caystrium juxta Asium campum & Caystrum fluvium cultos, teste Strabone lib. 14.

V. 842. Εὖτε Διωνύσοιο] Εὖτε, cum modo sit χρονικὸν, significans *quando*, modo ὁμοιωματικὸν, significans *veluti*, vix satis evidens est uter sensus huic loco magis conveniat. Si verba quidem spectes, videtur potius ὁμοιωματικὸν esse, quia *verbum* τελέοιεν *Optativi modi* ei subjungitur; ut sensus sit, Lydas præ lascivia (quæ passim apud auctores notatur) saltationi deditas esse, perinde ac si Bacchi sacra celebrarent. Non tamen rejicienda videtur Eustathii & Hen. Stephani sententia, quod εὖτε hic significet *quando*, cum Bacchum à Lydis cultum constet; unde auctor Hymni in Bacchum, inter alia epitheta secundum ordinem literarum in eum congesta, ut Θρῄκα

Thracem,

Thracem, ita & Λυδὸν *Lydum*, vocat. In sacris quidem Matris deûm (quæ non tantum apud Phrygas, verum etiam apud Lydos ipsis vicinos peracta fuisse ex Pausania in Achaicis & aliis constat,) Σαβάζιον seu Ἴακχον, hoc est *Bacchus*, Rheæ seu Matri deûm comes additus fuit, teste Strabone. Quod & confirmat Claudianus, de rapt. Pros. l. 1, in Mæonia etiam sacra illa peracta fuisse innuens, sed Rheam Hecates nomine notans, & eo nomine Lunam intelligens, (ut nominibus iisdem & communi cultu Lunam & Terram veteres complexi sunt, vide Voss. de Orig. Idol. lib. 2, Pythagoreis fortasse consentientes, qui Lunam γαῖάν esse credidérunt, terræ nostræ per omnia similem, teste Plutarcho)

Ecce procul ternis Hecate variata figuris
Exoritur, lætusque simul procedit Iacchus,
Crinali florens hedera, quem Parthica velat
Tigris, & auratos in nodum colligit ungues,
Ebria Mæonius fulcit vestigia thyrsis.

V. 846. Ἀλλὰ τὰ μὲν Λυδῶν] Lydorum luxum & lasciviam hic notat, quæ ab Athenæo lib. 12, & aliis, perstringitur; unde Λυδιάζειν Græci dicunt, dum intelligere volunt vitam in omnimodo luxu & deliciis, Lydorum more, agere. Eos quondam strenuos fuisse, sed, quum Crœsus à Cyro victus est, dempta iis arma, atque *exinde effœminatos mollitie in luxuriam lapsos*, *cauponas* (unde adagium Λυδὸς κάπηλος) & *ludicras artes exercuisse*, ex Herodoto refert Justinus lib. 1; & non modo *ludos* quosdam ab iis inventos fuisse, verum & ipsum *ludorum* nomen ἀπὸ τῶν Λυδῶν Romanos creasse Hesychius arbitratur. Neque hoc veri dissimile est, si (quod plurimi tradunt) Tyrrheni, qui Hetruriam Romæ vicinam occuparunt, *Lydorum* ἄποικοι fuerint.

V. 847. Πρὸς δὲ ἅλα κυκλομερὲς Λύκιοι] A Lydia statim ad Lyciam transit, Sarpedonis olim regnum, (in qua urbes nobiles Patara, Pinara, Olympus, & fluvius Xanthus Troico cognominis) omissa Caria; sive quod eam sub Ionia comprehendat, quod partem ejus Iones occuparint, ut supra notatum, sive quod poetæ Lyciam & Cariam confundant, uti & Pamphyliam & Ciliciam, teste Strabone lib. 14. In montana Lyciæ parte, Pisidiam versus, Solymos statuunt auctores, ad quos Bellerophontem missum ferunt: eos Milyas postea dictos censet Strabo; Pisidas vero quondam Solymos appellatos Plinius arbitratur, lib. 5. cap. 27.

V. 850. Παμφύλων καὶ μέχρι] *Pamphyliam* sic dictam à Pam-

amphyla, aut Pamphylo, nescio quibus, refert Eustathius: robabilius vero est à Græcis sic dictam à πᾶν omne, & φῦλον atio, quod variæ gentes, Græci scil. Argivi & Cretes, hryges, Pisidæ, Cilices, Milyæ, Thracii generis, ex Plinii ntentia, aliique eam incolerent: μιγάδας τινὰς fuisse Hero-otus indicat.

Κράγον δὲ ἑπομένως] *Cragum* Lyciæ montem, cui urbs Pi-ara subjecta, à Tauro distinguunt Ptolemæus, Mela lib. 1. ap. 14, & alii plerique Geographi; Ptolemæus etiam eum n mediterraneis locat, cum Plinius promontorium vocet. A auro quidem diversus esse videtur, cum Cragus non longe Caria situs sit, Tauri vero initium plerique ad Sacrum pro-ontorium adversus Chelidonias insulas, in Lyciæ & Pam-hyliæ confinio, constituant, ubi Masicytus mons Ptolemæo ictus, qui Straboni Climax, Tauri pars, cum quo Cragum ic confundere videri possit Dionysius. Sed revera Cragus auro conjungitur; nam à continente Rhodo proxima ad isidicos montes, Tauri partes, continua quædam juga pro-rrunt, teste Strabone, quod etiam hic innuit auctor: cujus ntentiam etiam Plinius amplectitur, lib. 5. cap. 27, inter auri partes Cragum nominans, tanquam brachium ab eo currens.

Crago vero fabulam de Chimæra igniyomo monstro poe-s affingere testatur Strabo; inde scil. quod ejus pars, Chi-æra dicta, instar Ætnæ ardeat; *Mons Chimæra noctibus fla-ans*, Plin. lib. 5. cap. 27. Chimæram tamen Plinius à Cra-o distinguit, diversis montium inter se continuatorum par-bus diversa ista nomina imponens, cum Dionysius & alii otam montium seriem à Lycio mari ad Pamphyliam usque ragi nomine complectantur. Sic cum Cragus modo stri-ius, modo latius sumatur, late sumptus partim in maritima a est, unde Plinio promontorium vocatur, partim in Lyciæ editerranea recedit, ubi à Ptolemæo statuitur, inde vero odicis clivis ad Climacem seu Masicytum Tauri partem xta Pamphyliam protenditur, ut à Dionysio hic notatur. *asicytum* autem dictum hoc Tauri brachium ab Hebræo no-ine מצוקות *mesucoth*, quod *angustias* notat, Bochartus ihi plane persuasit; quod binæ fuerint in eo monte angu-iæ memorabiles, aliæ portarum instar ad Termessum, aliæ d mare juxta Phaselidem. Phœnices etiam loca hæc tenuis-ab eodem probatur, de Phœn. colon. lib. 1. cap. 6, tum Chœrilo à Josepho citato, qui γλῶσσαν Φοίνισσαν Soly-

mis,

mis, antiquis horum montium incolis, tribuit, tum è Q. Smyrnæo, qui loca Masficyto vicina Φοίνικον ἔδαφος, *Phœnicium solum* vocat, his versibus,

Πάντες ὅσοι Φοίνικον ἔδαφος ἀμφὶ πάσσυδ νέμονται,
Αἰπύ τε Μασσικύτοιο ῥίον, βωμόν τε Χιμαίρης.

Phœnicum quicunque solum, jugaque ardua montis
Masicyti quicunque colunt, aramque Chimæræ.

Non absurdum igitur ex Hebraica lingua vocem illam deducere.

V. 851. ὑπερμάλιον πολίεδρον Ἀσπενδόν] Ὑπερμάλιον hic *marítimum* significare non potest, ut vocem explicat Hen. Stephanus, nisi manifesta in auctore sit ἀγνωμοσύνη. Aspendum enim inter mediterraneas Pamphyliæ civitates à Ptolemæo lib. 5. cap. 5. numeratur, & longius à mari ab eo statuitur; & Strabo quidem, lib. 14, 60 stadiis à mari distare affirmat. Μετὰ ταῦτα Εὐρυμέδων ποταμὸς, ἐν ἀναπλεύσαντι ἑξήκοντα σταδίους Ἀσπενδος πόλις Ἀργείων κτίσμα. Salmasius igitur statuit ὑπερμάλιον hic, prorsus è contrario, *à mari remotum* significare; ut ὑπὲρ τῆς θαλάττης apud Strabonem est *à mari dissitum*, ut lib. 15, εἶτα Μύρα ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐν εἴκοσι σταδίοις, *deinde Myra viginti stadiis à mari distans.* Sic Ἀγχίαλη μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης. Mihi tamen videtur Aspendum potius ὑπερμάλιον dici quasi oppidum *supra mare eminens*, (quod cum alteri Hen. Stephani interpretatione satis convenit,) quia licet à mari nonnihil distet, in excelso tamen colle situm mare prospectat, teste Mela, lib. 1. cap. 13, *Mare quo pugnatum est* (inter Athenienses scil. & Persas) *ex edito admodum colle prospectat Aspendus.*

V. 852. πολυμοῖο παρὰ ῥόον Εὐρυμέδοντος] Cum auctore nostro consentiunt Arrianus, Philostratus, & Strabo, verbis modo citatis, qui quidem omnes ad Eurymedontem fluvium, Cimonis Athenienses victoria in bello navali adversus Persas gesto clarum, Aspendum urbem statuunt; quibus & Mela consentire videtur: clare vero astipulatur Plinius, lib. 5. cap. 27, *Amnis Eurymedon* (inquit) *juxta Aspendum fluens.* Ex tot igitur auctorum consensu corrigendus est Ptolemæus, & qui ejus tabulas confecerunt, qui Aspendum ad Catarracten fluvium longe ab Eurymedonte statuunt. Neque interim credibile est quod hic affirmare videtur Dionysius, Aspendum, in Orientali Pamphyliæ latere sitam, à Crago, etiam ea parte qua Pamphyliam attingit, nisi à Lynceo aliquo, conspici potuisse. Ideo vocem κεῖται non ad vo-

cem

ı Κράγον sed ad Παμφύλων referendam censeo, ut tantum in-
tur in Pamphylia Aspendon urbem conspici.

V. 853. Ἔνθα συοκτονίῃσι] Aspendios affirmat *suibus occi-
Venerem placare*, propterea scil. quod Adonidem Veneri di-
um ab apro interemptum fabulose tradatur; vid. Ovid. Met.
10. Veneris tamen pro Adonide luctum nihil aliud signi-
re, quam terræ aut Lunæ mœrorem pro Sole absente, cum in
ro hemisphærio est, quod inferos seu Acherontem vocant,
Adonidem raptum queruntur Ἀδωνιάζουσαι, Theocrit. Idyll.
supra monuimus.

V. 854. Ἄλλαι δ' ἑξείης] Aspendo modo obiter nomina-
quæ reliquis omnibus Pamphyliæ urbibus hic nominatis
entalior est, hic innuit se reliquas *ordine* seu *consequenter* enu-
aturum: ordo vero, quo progredi deberet, est ab Occi-
te & Lyciæ finibus ad Orientem, Ciliciam versus. Primæ
inter Pamphylias urbes ab Occidentali latere occurrunt
ycus & Phaselis, in ipso Lyciæ & Pamphyliæ confinio si-
Rectus vero ordo non servatur, dum Perga inter has duas
es interponitur, quæ utraque longe Orientalior; ideoque
selidem consequi deberet, nisi versui claudendo nomen
selis optime conveniret: neque enim accuratus semper or-
ab auctore observatur, etiam ubi se loca ἑξείης enumeratu-
affirmat, (qua voce fortasse non tam accuratum locorum
pso situ ordinem, quam in orationis suæ serie, notat;)
ondonandum quidem ei, si metri legibus astrictus ea in re
ntius agat. Nimis severus est Salmasius, qui accuratum hic
nem quærit.

V. 855. Κώρυκος] Non Corycum Ciliciæ urbem hic in-
gere convenit, quam nominant Ptolemæus, lib. 5. cap. 8, &
ius, lib. 5. cap. 27, (ubi Corycus mons, & in eo *Corycius
us croco florentissimus*, quem multis describit Mela lib. 1.
13.) Coryci enim illius situs huic loco non congruit; sed
m urbem cognominem, cujus Ptolemæus non meminit,
yciæ & Pamphyliæ confinio. Hanc quidem cum Coryco
ciæ aliqui confundunt, ut Stephanus in voce Ἀττάλεια, tum
omen commune, tum quod crocus juxta utramque pro-
ret, teste Dioscoride; qui primas dat Corycio croco Ci-
, secundas ei qui ex Coryco hac Lyciæ vicina affereba-
, δευτερεύει δὲ ὁ ἐκ τῆς πρὸς Λυκίαν Κωρύκου: unde crocum à
yco dictum, (quod sentit Isidorus) aut è converso, non
sus veri dissimile redditur. Communis proculdubio est
isque nominis origo; & rem quidem acu tetigisse vide-

tur Bochartus, qui tam crocum quam Corycum à כוֹם *carcom* deducit, quod Hebræis crocum significat, Cant. vers. 14. Sed ut Coryci Ciliciæ plerique Geographi memi runt, ita aliam in Lyciæ & Pamphyliæ confinio non tanti Dioscorides, verum & Strabo nominat, lib. 14; ubi nor nata Olympo Lyciæ urbe, statim Corycum litus subjicit, ut ter ipsam & Phaselidem interjectum, εἶτα Κώρυκος αἰγιαλὸς, τα Φασηλίς. Idem etiam urbem eo nomine ibi agnoscit; *At liam* enim *ab Attalo Philadelpho conditam* refert, *atque ab eo auctam Corycum urbeculam vicinam, & mœnibus cinctam*: Ε πόλις Ἀττάλεια ὁμώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου, καὶ οἰκίσαντ εἰς Κώρυκον πολίχνιον ἄλλην κατοικίαν ὅμορον, καὶ μικρὸν περίβο περιθέντος. Κώρυκον etiam Pamphyliæ promontorium nomi Suidas; à quo adagium ortum refert Κωρυκαῖος ἠκροάσατο, *rycæus auscultavit*: quod usurpatur cum secreti quippiam no invitis curioso alicui innotuit; quod Coryci litus prædo quidam insiderent, inde *Corycæi* appellati, qui colloquia m catorum auscultare solebant, & navigantes postea adori Strabo vero à Coryco Ioniæ promontorio, Erythris & Teo cino, adagium illud ortum tradit.

Πέργη τε] Vrbem hanc inter Cestrum & Catarracten fluvi statuit Mela lib. 1. cap. 14; ad Cestrum Scylax Caryandæu & Strabo lib. 14, qui stadiis 60 adverso fluvio ad eam navig affirmat. Itaque & hic corrigendus videtur Ptolemæus, c Pergen, recta fere ad Boream ab Aspendo, juxta Catarract fluvium statuit, cum potius ab ea ad Occasum sita sit. Dion sium quidem hic ἑξῆς non progredi, dum Coryco & Phaseli locis vicinis urbem hanc longius dissitam interjicit, supra m nuimus.

καὶ ἠνεμόεσσα Φασηλὶς] Vrbem hanc, quæ piratarum quo dam perfugium fuit, unde in bello Piratico à Romanis cap est, Lyciæ adjiciunt Ptolemæus & Strabo, cum in ipso Lyc & Pamphyliæ collimitio sita sit, ut supra notatum. Cum a ctore vero nostro consentiunt Plinius, lib. 5. cap. 27, & Mel lib. 1. cap. 15, in Pamphylia eam statuentes; ultimam vero es ejus oræ urbem, & Pamphyliæ finem, (versus Lyciam scil iidem affirmant.

V. 856. Τῶν δὲ πρὸς ἀντολίην] A maritimis regionibus Lycia & Pamphylia, ad montanas & mediterraneas (ut ip innuit dum μεσάτην χθόνα vocat) jam digreditur auctor, Ly caoniam scil. & Pisidiam; quarum maximam partem in Pam phylia late sumpta Ptolemæus comprehendit. Lycaoniam

Ortum

tum à Pamphylia stricte sumpta, in qua urbes modo memo-
æ, hic statuit, quod de Ortu æstivo accipiendum; Lycao-
enim pars præcipua, in qua urbes Iconium & Derbe, ab eo
mphyliæ latere, inter ipsam & Cappadociam, qua Gala-
contiguæ sunt, sita est, adeo ut singulis hisce regionibus ali-
e Lycaoniæ partes à Ptolemæo accenseantur. Isaurica etiam
caoniæ pars à Strabone habetur, in qua urbes Lystra, &
Isaura, prædonum olim receptaculum, unde Servilio, à
capta est, Isaurici cognomen, Strab. lib. 12. Verum &
Lycaones ad Lycum fluvium, in Phrygia qua Lyciæ con-
a est, à Ptolemæo lib. 5. cap. 2, Plinio, & aliis nomi-
tur; ut probabile sit illam antiquissimam fuisse Lycaonum
em, eosque à Lyco fluvio nomen sortitos.

V. 858. Τοῖς δ' ἔπι, Πισιδέων] Non recto ordine hic pro-
ditur, neque enim Pisidia à Lycaonia modo descripta Orien-
versus, sed è diverso, sita est: vel igitur Lycaones ad Ly-
, quibus Pisidæ Orientaliores, cum iis qui inter Pam-
liam & Cappadociam siti confundit; vel hæc ita solum-
do accipienda sunt, quod Pisidia Lycaoniæ contigua sit,
a ordinis habita ratione. Pisidiam autem duplicem habet
emæus: aliam quam Pisidiam Phrygiam vocat, in qua ur-
Antiochia & Seleucia; aliam absolute Pisidiam dictam,
ua urbs Selge ab ipso statuitur, cui vicinæ Termessus &
pe; quanquam illam Carbaliæ Pamphyliæ provinciæ, hanc
ciæ asperæ, Ptolemæus accenseat. Sed non novum est de
in regionum confiniis sitis auctorum sententias nonnihil
re. Termessum quidem, cum auctore nostro, in Pisidia
it Stephanus, uti & Strabo lib. 13, Τερμησσὸς Πισιδικὴ πό-
qui & eam supra Phaselidem statuit in montium angustiis
uas in Milyadem transitus est, situ à Ptolemæi descriptio-
orsus diverso.

παρὸν πέδον] In hoc, ut in aliis plurimis, cum Strabone
entit, qui montanam regionem, quam Pisidæ, Selgenses
ipue, incolunt, mirabilis esse naturæ affirmat; ipsas enim
i ἀκροφρείας frugum, vini, & olei admodum feraces esse, &
ra plurima pascere, & tum aliarum arborum sylvis, tum
e abundare.

860. μεγαλώνυμος ἐν χθονὶ Σέλγη] Selgen à Lacedæmo-
onditam (quos Amyclæorum nomine hic notat Diony-
quod Amyclæ antiqua Laconiæ urbs fuerit, Lacedæmo-
ina, ut supra notatum) refert Strabo lib. 12, qui & Sel-
s Πισιδῶν ἀξιολογωτάτους inter Pisidas maxime memorabiles vo-

cat, & 20 virorum millia olim in ea urbe fuisse, ac prudente reipublicæ administrationem laudat; qua effectum ut ab alieno imperio semper liberi permanserint, donec tandem Romanis cesserunt. Si igitur vox ἀσελγὴς *lascivus*, à Σέλγη deducta sit, ut Grammatici volunt, α potius *privativum* erit, quod Eustathio magis placet, quam ὀπταπικὸν, ut Suidæ videtur: Selgenses enim Laconicorum morum tenaces, potius quam in luxuriam & lasciviam solutos fuisse, è Geographo constat. Hæc etiam urbs ab eo statui videtur circa Taurum montem, non longe à fontibus fluviorum Cestri & Eurymedontis, quos Selgicis montibus oriri tradit, cum non longe à Cestri ost. in Ptolemæi tabulis statuatur, ut Pergæ debitum locum i occupare videatur, de cujus situ vide in vers. 855. Ipse etia Taurus Pamphylius nimium à mari in Ptolemaicis tabulis r movetur, ut siquis Strabonis & aliorum Geographorum sci pta cum iis conferat facile constabit; quod quidem ex par inde accidit, quod Pamphylium mare (quem vastum sinu vocant Mela & Plinius) in tabulis illis non satis introrsum r cedit.

V. 861. Κεῖθεν δ' εἰς ἀγχὶς] Iuxta Pamphyliam mare Se tentrionem versus flectitur, in terras se insinuans, ubi σφῆν ista efficitur, de qua vide vers. 127, qui *vastus* est *sinus quem Tauri promontorio & Sidæ portu claudi* Mela affirmat. A Pamphiliæ vero & Ciliciæ confinio, ut hic notatur, ad Ortum exporgitur, & sinus Issicus ab urbe Isso, aut à regione quam allu Cilicius dicitur, (nam sub Issico sinu, quem alii strictius munt pro extremo tantum recessu, totum Cilicium mare Dinysius complectitur, vide vers. 118, &c.) donec juxta Amaportas, ad Issum urbem sitas, versus Meridiem reflectitur.

V. 863. Γείτων Εὐξείνοιο] Non absolute, sed comparat quanquam enim longa sit à Cilicio mari ad Euxinum dista tia, ea tamen aliquanto propius ad se invicem accedunt qua aliæ Mediterranei & Euxini maris partes; unde Asiam min rem pro peninsula habens Strabo, hoc in loco constituit ej isthmum, inde Cappadociam, hinc Pamphyliam & Ciliciar comprehendentem; & maximam quidem isthmi hujus ang stiam esse refert inter Amisum Ponti, & Tarsum Ciliciæ u bem.

V. 864. Κιλίκων περισύρετ' ἔθνεα] Ciliciam utramque, qu rum altera Pamphyliæ proxima τραχεῖα *aspera*, altera, Syr propior, πεδιὰς *campestris* Straboni dicitur, quæ Ptolem *Cilicia proprie dicta est.*

V. 86

V. 865. Ἀσίης δὲ στεναὶ κελεύθοι] Dubium est an ad ultima
rba, Μακρὸς ἐπ' ἀντιπόλιν, -- hæc referenda sint, ut sensus
, quod locum illum ubi ultimus est Issici sinus ad Orientem
ressus Ἀσίης στεναὶ, hoc est *Asiæ angustias*, vocat, quod è
ria per angustias illas transitus sit versus Asiam minorem;
vero quicquid Ciliciæ Tracheæ inter Taurum & mare pa-
, quod spatium satis angustum est, *Asiæ angustias* vocari
dat. Posteriore quidem sensu auctoris verba capit Salma-
s. Angustias vero ad Issum urbem, secundo Alexandri
agni prælio adversus Darium gesto claram, quæ inter Ama-
m montem Tauri brachium & sinum Issicum sunt, (ut Ther-
opylæ inter Oetam & Mare Ægæum) πύλας *portas* absolute
cat Strabo lib. 14, αἱ πύλαι λεγόμεναι ὄρειον Κιλίκων τε καὶ Σύ-
ν; Ptolemæus & Plinius *Amani portas*: & Plinius alias ab
s *Ciliciæ portas* juxta Mallum urbem nominat, alio (ut vide-
r) Tauri brachio, eo excurrente. Male autem, ut à Salmasio
tatur, angustias has tam cum illis quæ ad Phaselidem sunt
nfundit Eustathius, (eæ enim ad Occidentem sitæ sunt ab
bibus vers. 859 nominatis, cum angustias has longe inde
Orientem juxta mare Cilicium statuat auctor) quam cum
is quas Alexander aperuit, ut liberior exercitui transitus es-
, quæ quidem juxta Termessum urbem in mediterraneis
ere, inter Pamphyliam proprie dictam & Pisidiam, teste
rabone lib. 14, qui & Termessum in ipsis faucibus positam
Alexandro dirutam refert, ut fauces illas aperiret.

V. 866. Καὶ πρὸ μὲν] *Issico sinui* seu *Cilicio mari*. Non autem
cto ordine flumina nominat quæ in sinum hunc se exone-
nt, (uti nec Ciliciæ urbes, vers. 875.) primo enim occur-
Cydnus, deinde Pyramus Mallum urbem alluens, & tan-
m Pinarus juxta Amani portas, ubi Pinara urbs: sed Cyd-
m in ultimum locum distulit, pluribus dicturus de Tarso
be celebri, cujus mœnia fluvius is præterlabitur, dulcedine
frigiditate insignis, vide Strab. lib. 14 & Solin. cap. 41, in-
vero infamis redditus, quod Alexandrum Magnum im-
odica frigiditate in vitæ discrimen conjecerit.

V. 869. Ταρσὸν ἐυκλείμοιο, ὅθι δή ῥα] *Tarsum* pluribus com-
emorat, tum ob inclytam loci famam, (nam & præpoten-
m & populosam urbem fuisse, & philosophiæ & liberalium
ium studiis Alexandriam & ipsas Athenas superasse Strabo
. 14 testatur,) tum ut fabula vulgata de Pegaso ibi lapso le-
orem oblectaret. Fabulæ occasionem dedit *Tarsi* nomen:
m enim ταρσὸς Græce *ungulam* aut *alam* notet, hinc Bellero-

phontem, Pegaso alato equo vectum, ibi decidisse, & a *ungula*, ut censet Eustathius, aut potius *ala* ejus delapsa *Tar* nomen urbi impositum fabulantur. Alii non de Bellerophon te, sed Perseo hæc narrant, quem hujus urbis conditorem sta tuunt Solinus & Antipater in Epigram.

Περσέα σὸν κτιστὴν, Ταρσὲ Κίλισσα πόλι.

Tarsum tamen alii à Sardanapalo conditam tradunt, cujus re testimonium in vers. 875 proferetur. Sed quod ad fabulam d Pegaso, quo Bellerophontes vectus fingitur, nihil profect aliud Pegasi nomine quam navis qua vectus est intelligendun videtur, ut *Pegasi* nomen formatum sit à πήγνυμι *compingo* equus vero ænigmatice vocetur, quod perinde à gubernatore a equus à sessore regatur (unde Seneca,

Tiphyn novam frænare docuisti ratem:)

propter vela vero alis similia, alatus fingatur. Cætera autem quæ hic adduntur, poetæ, pro more suo, temere finxisse videntur.

V. 871. Ἐς Διὸς] Elliptica est phrasis, οἶκον enim subintelligitur, ut cum εἰς ᾅδου dicitur; atque hic ἐς Διὸς, *in cœlum*, *Iovis domicilium*, significat. Ἰεμένου vero, potius quam ἰέμενος, hic legendum non male notat Ceporinus; non enim Bellerophontem, sed Pegasum, in cœlum sublatum produnt, atque in astra relatum, *ungulam* vero aut *alam* ejus hic delapsam, & Bellerophontem ejus tergo dejectum hic errasse. Est autem ἰέμενος *participium verbi medii* ἵεμαι, ab activo inusitato ἵημι pro εἶμι, *eo*.

V. 872. πεδίον τὸ Ἀλήϊον] In campo *Aleio*, sic dicto ἀπὸ τῆς ἀλῆς, Bellerophontem à Pegaso dejectum errasse refert Homerus,

Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,

Ille quidem in campo Aleio solus vagabatur.

Campum illum juxta Tarsum locat Dionysius, ut & Plinius lib. 5. cap. 37, ut Tarsum à Pegasi ungula sic dictam inde confirment. Alias quidem campi Aleii Etymologias affert Eustathius, ut ab urbe, nescio qua, Ale Aleius dictus fuerit, vel ab α priv. & λήϊον *seges*, quasi frugum minime ferax. Sed merito dubitari potest an ipsum Aleii campi nomen (quamvis Herodotus, Strabo, & Plinius ejus meminerint) ab Homero primo fictum non fuerit, (alios enim Aleium campum alibi quam in Cilicia statuere affirmat Strabo lib. 14:) quod si ita se habeat, frustra quæritur alia nominis ratio quam quæ cum fabula ipsa inventa est.

V. 873.

V. 873. ἐνδιάασκε] Ion. & poet. pro ἠνδία, Aor. 1. ab ...άω, *meridior*, seu *sub dio maneo*: nam ἔνδιος *meridianus* de...ctum videtur ab ἐν & Διὸς (voce Διὸς pro *aere* posita, vide in ...s. 502) quod meridie homines, hyeme præsertim, in a...to aere apricari soleant, mane & vesperi ob frigiditatem in ...ibus se continentes.

V. 874. Πολλαὶ δ' ἑξείης] Si quis ordo hic servatur, retro...dus certe est; nam ut Lyrnessum mittam, de qua vix ali...id constat, ab Oriente ad Occidentem tres reliquæ enume...tur; prima enim ad Orientem est Mallus ad Pyramum flu...m, deinde Anchiale, & post hanc Soli, ut ex Strabone & ...nio lib. 5. cap. 27. constat. Tarsus quidem media his inter...ta est, sed quia pluribus de ea agere instituerat auctor, seor...n eam memoravit; ut vox ἑξείης ad illam non referenda sit, ... tantum ad reliquas urbes quæ postea nominantur.

V. 875. Λυρνησσὸς] Cilices quosdam in Troadis parte circa ...ramyttenum sinum statuit Homerus, quibus Eetion impe...it. Aliquos igitur ὁμωνυμία ista induxit ut crederent Cilices ...s, ipsorum urbibus à Græcis eversis, in regionem hanc pro...tos, quæ ab ipsis deinceps Cilicia dicta est. Hic etiam ur...s Lyrnessum & Theben, Troicis cognomines, eos condidis...aliqui affirmant, ut videre est apud Strabonem lib. 14. quæ ...onysii hic sententia est in Cilicia Lyrnessum nominantis, cui ...Curtius consentit lib. 3, de Cilicia enim scribens, *Monstra...ntur* (inquit) *urbium sedes Lyrnessi & Thebes.* Alii vero, Stra...ne teste, in Pamphylia Lyrnessum illam & Theben locant; ...am quidem Callisthenis sententiam esse refert ipse Geogra...us, eamque etiam Plinius amplectitur. De Lyrnesso quidem ... nihil comperti; melioris notæ Geographi ejus non memi...runt, nec quisquam aut suo tempore in Cilicia extitisse affir...t, aut certum aliquem situm ei assignare audet. Dubitari igitur ...test an Lyrnessus hæc ficta non fuerit, ad confirmandam con...turam quod Cilices hi Troicorum ἄποικοι fuerint, quod qui...m in ejus rei argumentum arreptum fuisse ex Strabone con...t: sic enim ille tam de Ciliciæ hujus incolis quam de Troicis ...licibus loquutus, Οἱ μὲν ἀποφαίνουσιν ἀρχηγέτας τοὺς ἐν τῇ Τροίᾳ τοὺ...ς, καὶ δεικνύουσί τινας τόπους κἀνταῦθα, ὥσπερ ἐν τῇ Παμφυλίᾳ Θήβην ... Λυρνησσόν. Malim ego Bocharti conjecturam lib. de Phœn. ...l. 1. c. 5. de nominis Ciliciæ origine amplecti, quam à Cilici...s Troicis deducere: is sic dictam censet ab Hebræo חלק ...llec, quod est *lapis* (unde & Græcum κάχληξ, *lapillus*, *cal...us*) quia aspera & lapidosa est regio magna ex parte, unde

pars ejus Trachea seu Aspera vocata est, cui primo & præcipue Ciliciæ nomen inditum putat. Quam saxosa ibi sint Tauri juga tum aliis pluribus, tum illo Silii probat, è lib. 13,

Hinc Cilicis Tauri saxosa cacumina viset.

Μαλλός τε] De *Malli* situ satis constat, eam scil. a Pyrami ostia positam fuisse: *Anchiale* vero, cujus Ptolemæus non meminit, inter Tarsum & Solos à Strabone & Plinio statuitur, exiguo à mari intervallo, unde nomen. Hanc, una cum Tarso, à Sardanapalo rege eodem die conditam fuisse affirmat Aristobulus apud Strabonem, atque ibi monumentum ejus conspici, in quo imago plaudentis, cum hac inscriptione Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαραξέω παῖς Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἐν ἡμέρῃ μιῇ. Σὺ δ', ὦ ξένε, ἔσθιε, πίνε, παῖζε, ὡς τ' ἄλλα τὰ οὐκ ἄξια. *Sardanapalus Anacyndaraxis filius Anchialen & Tarsum una die condidit. Tu vero, hospes, ede, bibe, lude: reliqua enim homini non digna sunt; digitorum* scil. *complosione*, ut Strabo explicat.

Σόλοι τε] Urbs hæc, ab Achæis & Rhodiis condita, teste Strabone, Chrysippi Stoici & Arati Astronomi patria, ultima est ad Occidentem Ciliciæ proprie dictæ, seu πεδιάδος, urbs inde vero usque ad Pamphyliæ terminos Cilicia Trachea porrigitur. Cum vero Græcorum ibi inter Cilices agentium sermo tandem corrumperetur, hinc effectum ut qui vitiose loquerentur σόλοικοι, quasi *Solis degentes*, & ipsa corrupta loquutio σολοικισμὸς vulgo à Græcis diceretur. In hanc urbem post piraticum bellum quidam ex Piratis à Pompeio deducti sunt, ipsaque urbs exinde Pompeiopolis dicta, teste Strabone: *Solæ Cilicii, nunc Pompeiopolis*, Plin. lib. 5. cap. 27.

V. 876. Αἱ μὲν ἐπ' ἠπείρου] Non hæc ad urbes tantum proximo versu memoratas referenda sunt, eæ enim omnes mari vicinæ sunt; sed ad Ciliciæ urbes in genere, vers. 874; quarum aliæ mediterraneæ sunt, ut Tarsus & Cæsarea, aliæ maritimæ.

V. 877. Τῆς δ' ἔπι, Κομμαγηλωὶν ἔδωκε] Κομμαγηλωὶν hic pro Κομμαγήλωιν ponitur, per Epenthesin τοῦ ε metri causa factam. Commagene vero, in qua urbs Samosata, Luciani patria, inter Syriæ partes à Ptolemæo, Strabone, & cæteris Geographis numeratur. Nescio vero qua auctoritate fretus Eustathius eam Cappadociæ partem faciat, cum Amano monte à Cilicia & Cappadocia dirimatur. Hoc quidem eum in errorem duxisse videtur, quod Commagenen & Syriam eodem versu hic nominet Dionysius, unde arbitratur ille Commagenen à Syria prorsus diversam esse. At notat Strabo eam loquendi formam

Homero

Homero familiarem esse, ut de toto & partibus interposita copula, quasi de diversis, loquatur: sic Iliad. β'.

Οἵτ' Εὔβοιαν ἔχον, καὶ Χαλκίδα τ', Εἰρετρίην τε,

Qui Eubœam tenuerunt, Chalcidemque, & Eretriam.

Cum tamen Chalcis & Eretria Eubœæ urbes sint. Hanc loquendi rationem Dionysium, utpote poetam, imitari nihil prohibet: nisi potius Commagenen non Syriæ absolute sic dictæ, sed Syriæ maritimæ opponat, quam secundum litus Syriaci maris ad Casium Ægypti promontorium produci affirmat, cum Commagene mediterranea sit.

Συρίης τε πόληες] De *Syriæ* nomine jam sat dictum in vers. 772. Illud vero à Græcis huic regioni impositum est, in sacris literis enim *Aram* dicitur, nomine deducto ab *Aram* filio Shem, Gen. 10. 22, & incolas se *Arammæos* vocare testatur Strabo lib. 1. Græci vero plerique non tantum Syriam proprie dictam, quæ indigenis Aram dicitur, (quæ Cœlesyriam, cum Palmyrena, Apamena, & aliis regionibus inter has & Amanum montem interjectis complectitur,) verum & Phœnicen comprehendunt, vide vers. 905, & Ptol. lib. 5. cap. 15. Palæstinam etiam sub Phœnice Ptolemæus complectitur; & proinde toti terrarum tractui, qui Syriaco mari, Amano monte, Arabia, & Ægypto includitur, Syriæ nomen tribuit. Quibusdam etiam latius sumitur Syriæ nomen, ut non tantum regiones modo dictas, verum & Mesopotamiam, (quæ & ipsa Hebræis ארם נהרים *Aram Naharaim*, quasi *Syria interamnis*, dicitur) Babyloniam, & Aturiam (hoc est Assyriam proprie dictam) comprehendat, cujus pars Adiabene. Sic Plinius, lib. 5. cap. 12, *Syriam quondam terrarum maximam* in partes illas olim divisam fuisse testatur.

V. 878. Θινὸς ἐπὶ στρεπτῆς περιμήκεες] Syriæ urbes oblongo tractu juxta litus oblique flexum exporrigi affirmat: Syriacum enim mare ab Isso & Amani portis ad Casium promontorium & Ægypti terminos oblique flectitur versus Meridiem, in Occasum etiam vergens, ut hic indicatur; & secundum litoralem ejus oram Syria hic dicta extenditur, multo magis in longitudinem patens ab Amano ad Casium prom. quam in latitudinem à Syriaco mari ad Arabiam desertam.

V. 879. Ἐς δύσιν] *In Occasum* hybernum; nonnihil enim ad Occasum, magis vero ad Meridiem vergit is maris flexus, ut modo expositum: nisi intelligatur ipsum Syriacum mare ab Occidentali latere Syriam terminare.

V. 881, Ῥηϊδίως δ' ἄν τοι] Descripta jam Asia minore, cum

Scythia

Scythia & reliquis regionibus à Boreali Tauri latere sitis, ad reliquarum Asiæ regionum (quas γαίας, *terras*, vocat, quod apud Latinos frequens est, ut apud Martialem,

Terrarum dea gentiumque, Roma)

περιήγησιν jam se accingit. Lectorem vero ad attentionem hic excitat, ne verba ipsius *in ventos abeant*; cum lector attentus & diligens tantum cognitionis inde percipere possit, ut de locorum singulorum situ apud alios perite differere possit, perinde ac si ipse regiones plurimas peragrasset.

V. 883. Μηδ' ἀνέμοις] Vide in vers. 751.

V. 884. κέλευθον] Descriptionis ordinem & methodum, quam Metaphorice hic *viam* vocat, ut *dicendi via & ratio* Ciceroni dicitur. Dictio vero hæc nomini περιηγήσεως (quod libro huic pro titulo inscribitur) optime congruit, qua, ut voce ipsa innuitur, lectoris animus ita per omnia ducitur, ac si ipse loca singula pedibus obiret.

V. 887. Σχῆμα μὲν οὖν] Meridionalem Asiæ partem, quæ jam describenda restat, inter Taurum montem & mare Rubrum interjectam, quam *Asiam extra Taurum* vocat Strabo lib. 11, quadrilateri figuram habere affirmat, sed oblongi, quod mensæ communis formam referat. Hujus longitudo est ab Occidente ad Orientem, qua in maximum terræ spatium exporrigitur; à Nilo scil. & Syriaco mari, Mediterranei parte, ad Gangem fluvium & mare Eoum, seu Indicum ipsi dictum: latitudo à Septentrione ad Meridiem, à Tauro scil. ad Mare Rubrum seu Oceanum Meridianum, qui quidem sinubus subinde in terram excurrentibus Meridionale quadranguli istius latus ἀνωμαλώτερον facit.

V. 888. Πεπλαμένον] Pro πεπτασμένον, per *Syncopen*, à πετάω vel πετάζω *expando*.

V. 889. Οἶδα] Pro οἶδας, à quo per *Paragogen Æoliçam* fit οἴδασδε, deinde per *Syncopen* οἶδε. Mons autem de quo hic loquitur Taurus est, à Cilicia usque ad Indiam exporrectus, licet pluribus nominibus distinctus, vide in vers. 647. Cum autem Taurus varie divaricatus juxta Armeniæ & Mediæ terminos feratur, Borealia ejus brachia ab Antitauro potius quam Tauro proprie dicto proxime prodeuntia, Moschici scil. montes, Paryardes, Chaboras, & alii his conjuncti, pro Septentrionali quadranguli hic descripti latere habendi sunt; alioqui enim Media & Armenia extra ejusdem terminos positæ essent.

V. 891. Κεῖνό τοι] Terminos hujus Asiæ partis, quæ *extra Taurum*

aurum dicitur, satis evidentes hic statuit ipse Dionysius; quibus & nos explicationis gratia aliquid adjecimus in vers. 887. Quas vero regiones ea Asiæ pars complectatur, apud Strabonem, lib. 11, videre est, ubi de *Asiæ intra Taurum* gentibus locutus, mox subjungit, Τῶν δὲ ἄλλων τῶν ἐκτὸς τοῦ Ταύρου, τὴν Ἰνδικὴν τίθεμεν, καὶ τὴν Ἀριανὴν, μέχρι τῶν ἐθνῶν τῶν καθηκόντων πρός τε τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν, καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον, καὶ τὸν Νεῖλον, καὶ πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος, καὶ τὸ Ἰσσικόν: *Inter ceteras vero regiones quæ extra Taurum sitæ sunt, Indiam & Ariam statuimus, usque ad gentes illas quæ ad Persicum mare, & Arabum sinum, & Nilum, & mare Ægyptium, & Issicum pertingunt.* Ea *Asia* hæc *extra Taurum* complectitur quicquid terrarum ab India ad Syriam & Arabiam protensum est, has ipsas includendo. Armeniam tamen & Mediam ab hoc censu excludit Geographus, (Niphaten & Parchoatran & his junctas Tauri partes pro termino Boreali habens) quas Dionysius in censum recepit, Tauri brachia ulteriora Septentrionem versus pro termino habens, ut modo notatum.

V. 894. ὑπὸ πέζαν ἐπ' αὐγὰς] ὑπὸ hic valet *ad*, ut apud Homerum Iliad. β'. — ὑπὸ Ἴλιον ἦλθες, — *ad Ilium venit.* Hic igitur lectorem observare jubet, quomodo à Syria incipiens, ad ultimum & infimum (unde πέζα hic dicitur) tetragonomodo descripti latus Orientem versus περιήγησιν suam perducat. Ultimum autem latus πέζαν vocat, voce à triangulis, quorum unum latus βάσιν (cui vox πέζα fere æquipollet) vocant Geometræ, reliqua vero duo *crura*, ad quadrilaterum transeunta. Orientale vero potius quam Occidentale latus πέζαν, *pedem* seu *basin*, vocat, quia India quo latus illud pertingit in extrema est οἰκουμένης parte; ideoque propter terræ devexitatem, quæ ob sphæricam ejus figuram contingit, in horizonte rationali deprimitur respectu Græciæ & vicinarum regionum, Syria vero & loca vicina elevantur, ut in sphæra videre est.

V. 897. ὑπεὶρ ἁλὸς ἐγγύθεν ἕρπει Ἐς νότον, ἀντολίην τε] Sensus est, quod *ultra mare Syriacum, cui propinquum est, serpit*, seu *mari illo recedit, Ortum & Meridiem versus*: ὑπὲρ enim hic vel significat *ultra*, vide in vers. 138, vel distantiam qua recedit mari notat, vide in vers. 851.

V. 899. Ἣν Κοίλην ἐνέπουσιν] *Cœle*, seu *Cava, Syria*, sic dicta quod sub montibus jaceat, vide in vers. 414, alias stricte & proprie sumitur, pro regione ea quæ sub Libano & Antilibano jacet, in qua Damascus urbs insignis, unde & eadem Damascene dicitur; alias latius, pro tota regione quæ à Seleucide ad Arabiam

Arabiam & Ægyptum exporrigitur, teste Strabone lib. 16 Ἅπασα μὲν οὖν ἡ ἀπὸ τῆς Σελευκίδος ὡς ὅλη ἡ Αἰγυπτίων καὶ ἡ Ἀσσυρίαν ἀνίσχουσα χώρα Κοιλησυρία καλεῖται, ἰδίως δ' ἡ τοῦ Λιβάνου καὶ τοῦ Ἀντιλιβάνου ἀφορισμένη: *Vniversa igitur regio à Seleucide usque ad Ægyptum & Arabiam pertingens Cœlesyria vocatur, proprie vero quæ Libano & Antilibano terminatur.* Strictiores quidem limites plerisque placuere, quos tamen Ptolemæus nonnihil dilatat; nam non tantum regionem inter Libanum & Antilibanum interjacentem, verum & eam quæ ab Australi Antilibani late re jacet (in qua Ammonitarum regio, Arabiæ Petrææ confinis,) sub Cœlesyriæ nomine comprehendit. Dionysius vero latissimo fere sensu eam sumit, ut Κοίλη, *Cava*, dicatur, non respectu Libani & Antilibani, sed respectu Libani & Casii promontorii in Ægypti confinio, sub quibus humilis jacet.

V. 901. Ἐσπερίς Κασίοιο] Non Casium seu Cassium Syriæ montem juxta Laodiceam & Marathum intelligit, cujus Plinius lib. 5. cap. 22, & alii meminerunt, & à qua Casiotis Syriæ regio Ptolemæo dicta denominationem sortita est; is enim ad Septentrionem respectu Libani situs est, neque inter ipsum & Libanum Cœlesyria proprie dicta, aut cætera loca quæ Cœlesyriæ late sumptæ à Strabone, aut hic à Dionysio, accensentur, sita sunt: sed Casium Ægypti montem juxta Serbonidem paludem, qui ultimus est Cœlesyriæ late sumptæ a Occasum hybernum terminus, ut Libanus in extrema ejus ora ad Ortum æstivum situs est. Pro Libani quidem parte Casius Syriæ mons à Dionysio haberi videtur, dum Phœnicem (quam pro Syriæ hujus parte maritima habet,) ad Antiochiam usque protendit, vide vers. 917. Ita Syriam totam in duas partes dividit: alteram, quam *Cœlen* hic vocat, inter Libanum & Ægyptum sitam, quæ maxima ex parte maritima est; alteram quæ supra Libanum ad Ortum & Septentrionem jacet, quæ regiones mediterraneas inter Libanum & Amanum sitas cum ora maritima ad Issicum sinum, & Cappadociam, seu Leucosyriam, comprehendit; ut facile constabit, si quis vers. 97 cum loco hoc contulerit.

V. 904. Οἱ μὲν ἐπ' ἠπείρῳ] In duas partes Cœlesyriam latè sumptam dividit, mediterraneam, quæ Syria proprie dicitur (quæ ipsi Cœlesyriam proprie dictam, cum aliqua regionis illius parte quæ Arabia Petræa dici solet, comprehendit,) cujus incolæ, ipso teste, Σύριοι absolute vocantur; & maritimam, cujus incolæ *Phœnices* appellantur. Ita Phœnices nomen toti maritimæ regioni tribuens, ab Ægypto Antiochiam usque, non tantum

PHRYGIÆ PARS
Lycaonia
LYCAONIA
CAPPADOCIÆ PARS
ARMENIÆ MINORIS PARS
Taurus mons
Isaura
Iconium
Antiochia
Derbe
Comana Cappadociæ
Euphrates fl.
PISIDIA
Cabalia
Milyas
Termessus
Solga
Taurus mons
Comagena
Samosata
Singa
Cilicia aspera
Salaucia trachea
CILICIA
Lamus
Tarsus
Cæsarea seu Anazarbus
Amanus mons
Pinarus fl.
Lyciæ pars
PAMPHYLIA
Attalia
Lycus fl.
Eurymedon fl.
Selinus
Domitiopolis
Adana
Mopsuestia
Pinara
Cyrrestica
SYRIA
Cataractes fl.
Phaselis
Olympus
Chimæra
Side
Nephelis
Anemurium
Coryus
Sole seu Pompeiopolis
Cydnus fl.
Issicus Sinus
Amani portæ
Hierapolis
Mare Pamphylium
MARIS MEDITERRANEI PARS
Solæ
Lapithus
Tidas
Pieria mons
Arsinoe
CYPRUS
Elea
Salamis
Seleucia
Seleucis
Chalcis
Chalcidice
Paphos nova
Paphos vetus
Citium
Orontes fl.
Posidium
Laodicea
Antiochia
Daphne
Arad. ins.
Amanus
Eleutherus fl.
SYRIA
Antiochena
Apamia
Apamena
Palmyra
Myrenæ Pars
Orthosia
Tripolis
Byblus
Marathus
Antaradus
Epiphania
SYRIÆ cum CILICIA et ÆGYPTI parte Tabula antiqua
PHŒNICIUM
Adonias fl.
Berytus
Leontes fl.
Tyrus
Sidon
Eclipsis
Ptolemais seu Acre
Carmelus mons
Dion
Sidonium
Emesa
Laodicea sub Libano
Cœlesyria
Heliopolis
Libanus mons
Abyla
Damascena
Damascus
Chrysorhoas fl.
ÆGYPTIUM PELAGUS
Chorsæi fl.
Cæsarea Stratonis
Ptolemaïs
Capernaum
Lacus Tiberiadis seu Genesareth
Iordanis fl.
Basan
Ptol: Batanæa
Trachonitis
Auranitis
Hermon mons
Iturea
Nazaretha
Tiberias
Samaria
Gadara
Gergesa
Ammonitæ
Gilead
Rhinocorura
Ascalon
Azotus
Gaza
Lydda
Bethel
Gibeon
Emmaus
Bethlehem
Hebron
Hiericus
Libias
Rabbath seu Philadelphia
Bosor
Ptol: Bostra
Arabiæ Desertæ
Pelusium
Serbonis palus
Beersheba
Engada
Tamar
Asphaltites lacus seu Mare Mortuum
Moabitæ
Medaba
Idumea
Saracena
Arthribis
Bubastus
Busiris
Heliopolis
Heroum
Babylon
Memphis
Aphroditopolis
Kirmoab
Ptol: Characmoba
Bozra
Petra
Nabathæa
Petræa
Pharan
Elana
Cedrei
Arabiæ Felicis Scenitæ
Madianitæ
Montana
Sinus Arabici Pars
Elanites Sinus
Heroopolites Sinus
Sinai mons
Ptol: Mexaras mons
Arabicus Sinus
Nilus fl.
Thebaïs
Heptanomia
Hermopolis
Lycopolis
Alabastrum
Antinoë
Baidis pars

ntum Phœnicen proprie dictam, quæ à Carmelo monte ad radum insulam extenditur, verum & Palæstinam inter hanc Ægyptum sitam, & Syriam Casiotidem, quæ Seleucidis traboni dictæ pars est, sub Phœnices nomine complectitur. ed ab aliis Geographis hic dissentit Dionysius: licet enim to- Phœnice παραλία sit, tota tamen παραλία ista Phœnice non t; sed in Syria ἰδίως appellata, extra Phœnices terminos, int ipsa loca maritima Arado insula Borealiora: in hoc tamen m Dionysio consentit Strabo, quod Palæstinam sub Phœice comprehendat, eam τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ Φοινίκην *Phœnicen xta Ægyptum* vocans, & usque ad Rhinocolura producens. trabo enim lib. 16 Syriam in 5 partes dividit: à Boreali Li- ani latere *Commagenen* in mediterraneis versus Euphraten, *Se- ucidem* vero in ora maritima; ab Australi vero ejusdem mon- s latere in mediterraneis *Cœlesyriam*, in ora maritima *Phœni- n*, quam ad Ægyptum producit; & ab Australi ejus parte mediterranea recedentem *Iudæam*. Vbi notandum, eum ommagenes & Seleucidis nomina laxe sumere, ut alias re- iones ipsis vicinas, hæc maritimas, illa mediterraneas, com- ectantur.

V. 905. Φοίνικας] De nomine dicetur in vers. 906.

V. 906. Τῶν δ' ἀνδρῶν γένεσις οἱ Ἐρυθραῖοι γεγάασι] Hæc vera ita reddit Hen. Stephanus, ut sensus sit, Phœnicum origi- em ab Erythræi maris accolis deduci. Norat scil. receptam lam esse apud auctores plurimos opinionem, ideo auctoris erba sic intelligi debere arbitratus est. Strabo enim, l. 16, Ty- m & Aradum in Persico sinu nominat, (quæ pro parte ma- s Rubri quibusdam habetur;) & mox subjicit, *earum incolas is cognomines Phœnicum urbes & insulas pro coloniis suis vendicare*, ἀσπ γε οἱ ἐν αὐλῶσι οἰκοῦντες τὰς ὁμωνύμους τῶν Φοινίκων πόλεις καὶ νή- ους Φοίνικας ἑαυτῶν. Idem etiam innuitur à Plinio lib. 3. cap. 22, Solino cap. 26, ubi affirmant Tyrios Atlantici maris insu- m, in quam coloniam deduxerunt, *Erythiam*, vel *Erythræam* sic enim habet Solinus) *nominasse*, *quod ipsi Tyrii orti ab Ery- hræo mari ferebantur*. Sed auctoris nostri verba ἀμφίβολα plane unt, nec satis manifestum est an hoc an contrarium potius in- uant, Erythræos scilicet, hoc est Rubri maris accolas, ab is ortos fuisse; quam etiam quorundam opinionem fuisse trabo lib. 1 testatur, utramque opinionem his verbis recitans, οἱ μὲν γὰρ καὶ τοὺς Φοίνικας καλοῦσι Σιδονίους καὶ ἀπὸ τῆς Φοινίκης τοὺς Φοίνικας· ἔτι δέ τινες καὶ ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς φασι, μεταστῆναι καὶ διὰ τὸ Φοίνικας ἁλῶναι, ὅτε καὶ ἡ θάλασσα ἐρυθρὰ, οἱ δ' ἐκείνης τούτων: *Alii Phœnices & Si-*

donios

donios nostros colonos eorum esse ferunt, qui in Oceano habitant, adde tes eos Phœnices à puniceo colore *vocari, quod mare sit rubrum alii illos nostrorum colonos esse volunt.* Sed fingi tantum Sidonic & Phœnices in Persico mari, aut Oceano vicino, Strabo ve bis proxime hæc præcedentibus se arbitrari indicat; qua cer in re conjectura eum non fefellit. Quas enim Persici maris i sulas hi, quorum sententiam hic citat Strabo, Tyrum & Ar dum vocant, Phœniciis cognomines facientes, alii Tylum, Arachum, vel Araciam, appellant; neque ullos Sidonios qui quam melioris notæ Geographus circa sinum Persicum aut O ceanum Rubrum statuit. *Sidonem* quidem, Phœnices urbe antiquissimam, teste Strabone, à *Sidon*, filio Canaan, filii Cha nuncupatam, & ab eodem Canaan *Arvadios* (quos Græci *Ar dios* vocant) oriundos è Gen. cap. 10, vers. 15 & 18 apparet ut non possunt coloniæ haberi à mari Rubro deductæ, cum ip & alii posteri Canaan Phœnicem & Palæstinam à Sidone a Gazam statim à diluvio tenuerint, ut ex eodem cap. vers. 19 manifestum est: unde mulier quæ Syrophœnissa dicitur Marc. 7 Canaanitis dicitur Matth. 15. Et quod ad Φοινίκων nomen spe ctat, (quod in argumentum arripiunt auctores modo citati, u probent Phœnicum gentem à Rubro mari ortam, quia φοῖνι Græcis *ruber* est) potuit illud Canaanitæ isti genti à Græci imponi à purpuræ tinctura, quâ gens illa olim celebrata est, un de purpura *Tyria* & *Sarrana* dici solet, (à Tyro urbe, quæ cum Hebraice sit צֹר *Tsor*, & Græcis & Latinis nulla sit litera ץ æquipollens, quæ valet *ts*, modo Τύρος, modo Σώρα & *Sarra* redditur:) hoc Salmasio placet, not. in Solin. p. 1331. Nec minus probabilis est Vossii conjectura, quod *Idumæam* ab *Edom*, qui & Esau, denominatam Græci μεταλαζόνες *Phœnicen* interpretati sint, quod אדם *Edom* Hebræis, perinde ac φοινιξ Græcis, *rubrum* significet. In hoc tamen docto illi viro non assentior, quod Phœnices proprie dictos ab Idumæis ortos opinatur; hi enim ab Edom filio Iacob oriundi, illi è posteris Canaan; sed quod Idumæa Phœnices late sumptæ pars fuerit, ut Phœnicen Strabo lib. 16 ab Orthosia ad Ægyptum protendit, cujus sententiam & hic Dionysius sequitur. Nomen igitur partis hujus Ægypto vicinæ, quam incolæ Edom dixerunt, Græci per interpretationem quandam Φοινίκη reddidisse videntur; deinde nomen quod primo parti huic proprium, toti litorali oræ commune feciſe, (ut Palæstinæ & Iudææ nomina Ptolemæus longe ultra terminos proprios protendit, & inter se confundit,) & specialius quidem de alia parte

ſurpaſſe quam de ea cui primo impoſita eſt, ut de nomine ſyriæ notatum in verſ. 772.

V. 907. Οἱ πρῶτοι νήεσσι] Phœnices mercatura & nautica e celebres fuiſſe paſſim perhibetur: (unde כנענים *Cananæi*, orum reliquiæ Phœnices, pro *mercatoribus* ponuntur Iobi 40.) *mare navibus adire eos commentos* refert Mela lib. 1. cap. 12. tronomiæ etiam inventum, ὡς ἐμπορικὸν καὶ ναυκληρικὸν, *mercaturæ & nauticæ arti commodum*, Sidoniis tribuit Strabo: ſuccinit Plinius, his alia etiam addens, lib. 5. cap. 12, *a gens Phœnicum in gloria magna literarum inventionis, & ſyde-n, navaliumque & bellicarum artium.* Sed quod ad Aſtrono-am attinet (neque enim alia de cauſa literarum inventum iis ui videtur, quam quod Græci earum uſum à Cadmo Phœ-e edocti fuerint,) rudimenta tantum quædam intelligenda t, ut nomina ſyderibus quibuſdam impoſita, & eorum nverſiones obſervatæ ad navigationes nocturnas dirigen-s; circulorum enim cœleſtium inventionem, & perfectio-n Aſtronomiam Ægyptiis tribuit Dionyſius verſ. 236; alii yloniis, ut ibi notatum.

V. 909. βαθὺν πόρον] Βαθὺν vel Metaphorice hic ſumitur, *ntellectu difficilem* notat, ut ab Heſychio ἐμβαθυνὸς pro *ſa-te* ponitur, quippe qui *profunda & obſcura* rimatur; vel oc-um ſyderum, & depreſſionem reſpectu horizontis (poſt nmam elevationem, alternis factam) denotat.

V. 910. Οἵτ' Ἰόπην, καὶ Γάζαν] Hæ Palæſtinæ proprie tæ urbes ſunt, quam pro Phœnices parte habet Dionyſius. tota in litorali ora poſita eſt Ægypto vicina; ab ea vero Iu-a, cujus metropolis Hieroſolyma, in mediterranea verſus phaltiten lacum (de quo vide Plin. lib. 5. cap. 13 & 14) re-it. Sed Palæſtina ab auctoribus pleriſque laxius ſumitur, & ra terminos proprios ad vicina extenditur. Iudæa etiam do ſtricte, modo late ſumitur: & *Palæſtinam* quidem, ſeu *æam* late ſumptam (ea enim pro ſynonymis habet) Ptole-eus, lib. 5. cap. 16, ab Ægypto & Arabia ad Carmelum ntem protendit, qua à Phœnice dirimitur. Sic nomine æſtinæ, ſeu Iudææ late ſumptæ, *Palæſtinam proprie dictam*, u terram Philiſtim) *Idumæam*, *Iudæam proprie dictam*, (ſic catam, quod maximam ejus partem tribus *Iuda* occupa-,) *Samariam* (ab urbe primaria appellationem ſortitam,) & *lilæam* (ſic dictam à גלול *Galil*, *limes*, quod limitanea ſit ræ Iſraeliticæ regio Phœnicen & Syriam verſus,) Ptole-eus comprehendit. Ioppe urbi fabula de Andromeda affin-

gitur,

gitur, ut supra notatum. *Gazam* vero sic dictam censet Mel lib. 1. cap. 11, *quod cum Cambyses armis Ægyptum peteret, hu belli opes & pecuniam intulerat, ærarium enim Persæ gazam vo cant.* Sed fallitur, dum ab hac causa Gazam dictam putat, ga za enim pro thesauro, ut notat Martinius, per ג scribitur, a hujus urbis nomen per ע, עזה quod *validam* seu *munitam* significat; quod nomen jure ei competere ex ipso Mela con stat, *munita* (inquit) *admodum Gaza*: quod & Alexander Ma gnus, Curtio teste, expertus est. Nomen etiam illud urb huic longe ante Cambysem natum impositum fuisse ex sacri literis constat. Cum vero Phœnices ipsi dictæ περιήγησιν, cuju partem Palæstinam statuit, ab Australi parte Dionysius ordia tur, urbes has non recto ordine recenset; primo enim occu rit Gaza, deinde Ioppe.

Ἐλαῖδα τ'] *Elais* hæc obscurior vicus fuisse videtur, qui apud Geographos melioris notæ nulla ejus mentio fit. Ἐλαῖς autem quandam juxta Tyrum & Sidonem statuit Stephanus quod ex hoc loco sumpsisse videtur. Eleas etiam vicus ab He gesippo, & Isidoro, Orig. lib. 14, cap. 3, in Samaria nomi natur, cujus mentio etiam extare videtur Maccab. lib. 1. cap. 5 *Samaria incipiens à vico cui nomen est Eleas*, Isid. Ea quidem E lais Dionysii esse videtur, atque eadem etiam esse cum Ela Stephani.

V. 911. Καὶ Τύρον ὠγυγίην] Ad Phœnicen proprie dictar jam accedit, cujus duæ primariæ urbes Tyrus & Sidon. Ty rus, quidem maxima, & ipsa admodum vetusta fuit, und hic ὠγυγίη dicitur; *Sidon* tamen (*Thebarum Bœotiarum parens, c vitri artificio celebris*, teste Plinio) antiquitate ei non cedit, e Strabonis sententia: imo Sidonem Tyri parentem esse prod Iustinus lib. 18. Ipsa autem Tyrus, in insula sita, donec ag gere Alexander continenti eam adnecteret, non tantum mer catura & purpuræ tinctura, ut jam notatum, verum & *urb bus ex se genitis clara est, Lepti, Vtica, Gadibus, & Carthagi Romani imperii olim æmula*, Plin. lib. 5. cap. 19. De Tyri no mine aliquid dictum in vers. 906: Phœniceas vero urbes no recto ordine hic recenset Dionysius; Tyro enim proxima el Sidon, deinde Berytus, & post hanc Byblus.

V. 913. ἐφ' ὕδασι Βοστρηνοῖο] *Bostreni* fluvii non alibi, quo sciam, mentio extat. Dubium an Tamyras sit Strabonis, quen inter Sidonem & Berytum statuit, qui proculdubio is est quem Leontem vocat Ptolemæus, situs enim omnino convenit, & juxta Tamyran Λεόντων πόλιν locat Strabo. Aut igitur hæc

omni

nia synonyma sunt, aut Bostrenus fluviolus est alius, ab Tamyræ seu Leontis latere quod Sidonem spectat.

V. 914. Καὶ Τρίπολιν] Tripolis sic dicta est tam quod è us urbibus condita est, Tyro, Sidone, & Arado, teste bone lib. 16, quam quod è tribus quasi urbibus consta- Tyriis illis, Sidoniis, & Aradiis, separatim ibi habitanti-, ut Diodorus lib. 16 testatur.

V. 915. Λαοδίκην θ'] Finita jam Phœnices proprie dictæ riptione, ad Syriæ proprie dictæ regionem acceditur, *Seleucis* lato sensu à Strabone vocatur; quam & *Tetra-* dictam testatur *à 4 urbibus* illustribus, quæ sorores vo-, à Seleuco Nicatore ibi conditis, quarum maximam à is Antiochi nomine *Antiochiam* denominavit, munitissi- à nomine suo *Seleuciam*, tertiam *Apamiam* ab uxore Apama, quartam à matre Laodice *Laodiceam*. Hæ sin- e singulas satrapias habuere ab ipsis denominatas; uni- as tamen sub nomine *Seleucidis* late sumpto comprehen- Geographus, sub nomine *Antiochenæ* Mela lib. 1. cap. 12, ium nomina per Synecdochen toti imponentes.

κεῖται] Videtur hoc à Dionysio additum, ut Laodiceam , maritimam urbem, ab alia mediterranea distingueret, Laodicea ad Libanum Straboni vocatur.

. 916. Καὶ Ποσιδήϊα ἔργα] *Posidium* oppidum sic περιφράζει, ens fortasse à Neptuno conditum fuisse, ut de Ilio fabu- ur, vide vers. 817. A Neptuno quidem, qui Græcis Πο- ν, sic dictum fuit, sive quod maritimus esset locus, un- lurima promontoria & loca maritima eodem nomine llantur; sive quod fanum aliquod ibi conditum esset uno sacrum, unde *Posidium* Bithyniæ promontorium ropontidem *Neptuni fanum* vocat Mela.

ἱερὰ τέμπεα Δάφνης] Periphrasis *Daphnes* vici Antio- vicini, ubi Apollinis & Dianæ fanum, cum luco iis- sacro, aquis fontanis irriguo teste Strabone lib. 16. un- ρὰ τέμπεα hic vocat Dionysius; Græci enim loca irri- & arboribus opaca, qualia sunt *Tempe* Thessalica, com- ter τέμπεα vocare solent.

917. Ἦχι πρ' Ἀντιόχοιο] A nomine Antiochi, qui Se- Nicatoris pater fuit, Antiochiæ nomen inditum modo uimus: quod vero juxta Daphnen Antiochia hæc con- sset, hinc Ἀντιόχεια ὀπὶ Δάφνῃ vulgo vocata est, distin- is causa, cum plures essent huic cognomines urbes, uti res Seleuciæ, Apamiæ, & Laodiceæ, quæ fere om-

nes à Macedonicis Asiæ & Syriæ regibus in variis impe sui partibus conditæ sunt; quarum celeberrimæ Seleucia Tigrin, & Antiochia hæc, regia sedes, & Syriæ metropol teste Strabone.

V. 920. Ἀντιόχοιο μέσην διὰ γαῖαν ὁρίζων] Tmesis, p γαῖαν διορίζων. Sive autem Antiochenam regionem, sive ipsa urbem Antiochiam hic intelligat, utramque Orontes fluvi (ab Oronte satrapa sic vocatus, qui eum ponte junxit, te Strabone) mediam secat: quod de regione quidem e dens est; de urbe vero ipsa idem affirmat Plinius lib. 5. c. *Antiochia libera Epidaphnes cognominata, Oronte amne di ditur.*

V. 921. Πᾶσα δέ τοι] Ad totam Syriam (sub qua & Ph nice comprehenditur) hoc refertur, non tantum ad Ant chenam, cum ad Arabiam Petræam eandem produc vers. 923. Non injuria vero Syriæ fertilitatem deprædic quippe cujus maxima pars rerum omnium eximie ferax fu ut ex Strabone & aliis constat, cum vicina Arabia sterilis deserta fuerit. Inter cæteras vero arbores nobiles fuere q balsamum in Iudææ parte circa Hiericuntem olim protu runt, vide Strab. lib. 13, & Solin. cap. 38; & quæ styrac circa Casium Seleuciæ montem, Plin. lib. 12. cap. 25.

V. 923. Τῆς δ' ἂν ἴδοις προτέρω] Ad Arabicum sinum que Syriam protendit; cujus duo sunt μύχατοι πόροι, hoc *extremi recessus*, quorum alter Ægypto propior *Heroopol sinus*, ab Heroum urbe ei imposita, vocatur; alter, ad Ori tem & Arabiam vergens, *Elanites*, ab Elanis urbe, qui Dionysii sententia Syriam ab Arabia disterminat, cum Pto mæus, lib. 5. cap. 16, & lib. 6. cap. 7, eum inter Arabi Petræam & Felicem terminum constituat. Ita Syriam ul constitutos à Ptolemæo terminos Dionysius extendit: cum plerisque triplex sit Arabia, *Petræa, Deserta*, & *Feli Petræa*, à *Petra* primaria urbe sic vocatæ (quæ & ipsa sic di est quod in *petra* condita esset, ut ex Strabone liquet,) p tem saltem Occidentalem Syriæ Dionysius accenset, si eadem tertia Palæstina Stephano dicitur, Πέτρα πόλις νῦν τρίτης Παλαιστίνης, *Petra, urbs tertiæ Palæstinæ jam dictæ*; Pa stinam vero Syriæ partem habitam supra ostensum. Str etiam lib. 16 Syriam terminari affirmans πρὸς νότον τῇ εὐδ μονι Ἀραβίᾳ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ, *Felice Arabia & Ægypto ad Me diem*, eandem sententiam manifesto amplectitur. Regio mirum inter Iudæam & Arabicum sinum interjecta part

rabibus, ex Ismaelitarum genere, qui late diffusi, vide
f. cap. 25, vers. 18. partim ab Idumæis tenebatur; sed
quando Judæi, aliquando Syri imperarunt ad Elana us-
ut è 2 Reg. cap. 16. vers. 6 constat: hinc fieri potuit ut
à quibusdam accenseretur, quod Syris pareret. Ve-
men quod plerique ejus incolæ νομαδικῶς degerent, &
ici generis haberentur (Saracenos enim quosdam ibi
it Ptolemæus, ut alios in deserta Arabiæ Felicis parte,)
plurimi Arabiæ eandem accensent. Ita etiam Mesopo-
e partem, in qua urbes Edessa, & Carræ Crassi clade
es, quia ab Arabibus Scenitis tenebatur, Arabiæ adji-
inius lib. 5. cap. 24. Totam vero Mesopotamiam alii
yria late sumpta comprehendunt, ut supra notatum.

925. Ἀραβίαν ἐρυθραίαν] Epitheto hoc innuere videtur
abiam Felicem intelligere, ad quam usque Syriam pro-
, consentiente ea in re Strabone, ut modo notatum:
& vers. 927.

926. ἄχρι Σελανῶν] Lectionem hanc agnoscit Eusta-
& Selanos Arabicam esse gentem affirmat. Sed corru-
esse scripturam illam satis manifestum est, & ἄχρις Ε-
legendum esse; quia nulli ibi Selani à Geographis no-
ntur; Ἔλανα autem urbs ad illum μάλιστα πόρον est cu-
c mentio sit, qui inde Ἐλανίτης dicitur, ut apud Ptole-
n lib. 5. cap. 17, & alios videre est. Hanc lectionem
mat etiam Prisciani auctoritas, qui locum hunc sic
,

Et tangit vergens Orientem versus Elanos.

λανῶν eum legisse ex ipsa versione constat; *Elanos* ta-
ro gente accepit, cum tamen Ἐλανῶν nomen non à
deductum sit (nulli enim Elani reperiuntur, nisi ut-
us incolas pro Elanitis Elanos vocarit) sed ab urbe
ἡ Ἔλανα dicta, quibusdam etiam Αἴλανα: sic Plinius
cap. 11, *Inter duo oppida, Ælana, & in nostro mari Ga-*
Hebræis Elath dicitur, 1 Reg. 9. v. 26, & 2 Reg. 16.
.

927. ὀλίζων Ἀραβίων] Recte hic Eustathius, οἱ ὀλίζοι
, τουτέστιν οἱ εὐδαίμονες, ut auctor epitheto hoc notet
æ illius incolas quam Græci Εὐδαίμονα vocant, Latini
ne *Felicem*, Plinius lib. 5. cap. 11, & Solinus eum
us *Beatam* interpretantur. Arabiæ hujus terminos con-
, ab Oriente sinum Persicum, ab Occidente Arabi-
Meridie & Ortu brumali Oceanum, quem Rubrum

vocant : & iidem quidem termini Arabiæ Felicis, peninsul in modum inter hæc maria exporrectæ, à Ptolemæo statuu tur. Arabiæ autem nomen deductum censetur ab ערבה *Arabah*, quod Hebræis *solitudinem* seu *campestrem regione* notat, & primo quidem Arabiæ desertæ inditum fuiss postea vero ad loca ulteriora protensum.

V. 929. ἑκάτη] Metri gratia, pro ἑκατέρα, nam de duob tantum loquitur, sinu Persico & Arabico, cum ἑκάτη pr prie ad plura referatur.

V. 931. Πέζα δὲ] Australe scil. latus, quæ infima pa est respectu horizontis loci illius ubi Dionysius versabatu sive is in Græcia, sive in regione aliqua vicina fuerit : vi in vers. 138.

V. 934. πολύολβα καὶ ἀγλαὰ φῦλα] Arabum horum, qui rabiam Felicem dictam incolunt, divitias passim celebr auctores. Plinius lib. 5. cap. 11. Arabiam Felicem πασαρ ζων, *odoriferam illam*, & *divitem*, & *Beatæ cognomine inclyt* vocat. Sic Horatius,

Icci, beatis nunc Arabum invides
Gazis. ---

Sed plura ea de re dicendi occasio mox dabitur.

V. 936. κνώεσσα θυόις] Vox κνώεσσα proprie significat qu dum incenditur suavem reddit odorem, ut suffimentis p cipue conveniat, cum à καίω *uro* vox deducta sit, ὅτι τὰ θυ τὰ θυμιάματα, teste Hesychio, licet abusive pro re qua suaveolente quandoque usurpetur. Suffimenta vero qua odorata θύα hic dici videntur, (sicut eadem θυμιάματα vu vocantur, voce à θύω *sacrifico* deducta) quia aris inspers adoleri solita : sic aromata generaliter θύα dici ex Calli cho notat Hesychius ; & Suidæ θυόεις τεθυμιαμμένος & reddit eadem tamen vox particulari cuidam odoramento mox s cialiter à Dionysio tribuitur.

ὑπὸ λαῆν ὄδωδεν] Tmesis, pro λαῆν ὑπόδωδεν. Non λαῆς, *gratum & jucundum* significans, à λα particula ep tica (quæ valet λίαν *valde*) & ἀρηῆς, quod *acceptum & tum* significat, deduci videtur. Λαῆς, inter alios sens περισωὴς, ἡδὺ, à Suida redditur. Conformia vero sunt quæ ab auctore hic traduntur, iis quæ refert Plinius de rabia ab aliis veterum narrari, *Inenarrabilem* scil. *quendam litum ex illa peninsula existere, tot generum auræ spirante con tu ; Magnique Alexandri classibus Arabiam odore primum tiatam in altum.* Et ipse Plinius, lib. 12. cap. 17, refert Sa

is coquere thuris ligno aut myrrhæ, oppidorum vicorumque non quam ex aris fumo atque nidore. Similia habet Artemidorus ud Strabonem lib. 16.

V. 937. Ἢ θύου] Θύον, quod pro quovis odoramento à onysio usurpatum est loco modo exposito, hic pro specia- uodam odoramento ponitur, quod à thure & myrrha di- nguitur. Θύου, tanquam rei ad suffitus aptæ, meminit Ho- rus Odyss.

— τήλοσε δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
Δαιομένων. —

— *Procul vero odor*
Cedri fissilis & thyi per insulam redolebat,
Quæ incendebantur.

hoc de ligno quodam odorato intelligendum recte censet hius, lib. 13. cap. 16, quia cum cedro ibi conjungitur. Ipse dem *citrum*, unde *citreæ mensæ*, maximi apud Romanos tii (alia enim est huic ὁμώνυμος arbor, quæ *mala citrea*, *Medica* profert, teste ipso Plinio capite eodem) Home- esse θύον vel θύαν arbitratur; quod admitti potest, si citri num incensum ullam odoris gratiam habeat. Arborem ν, seu θυΐαν, aut θύον describit Theophrastus, hist. plant. 5. cap. 5, quod sit arbor procera, cupresso similis, ligno do, odorato, instar cedri: hanc ἀγριοκυπάρισσον aliqui in- pretantur. Sed quamvis concedatur hanc Homeri θύον , incertum tamen est an eadem res ab auctore nostro hic elligatur; neque enim arborem illam in Arabia nasci cer- n est, nec cum arborum lignis, sed cum thure & myrrha jungitur; ut non prorsus absurda mihi videatur Avieni erpretatio, qui θύον hoc loco *ladanum* reddit, *eo* enim *ad itus Arabes plurimum utebantur*, teste Herodoto, θυμιῶσι μάλιστα τοῦτο Ἀράβιοι. Fortasse etiam suaveolens illud θυ- μα apud Sabæos nascens, quod λάριμνον apud Strabonem bitur, non aliud est quam quod λάδανον aliis dicitur, Γίνεται ν τοῖς Σαβαίοις λάριμνον εὐωδέστατον θυμίαμα. An λάδανον pro ριμνον substituenda sit, quærant eruditi.

σμύρνης] Hæc Hebræis est מוֹר *mor*, à quo factum nomen ticum μύῤῥα, & hinc Latinum *myrrha*; quod Iones per ωθεσιν τοῦ σ, ut cum σμικρὸς pro μικρὸς ab iisdem dicitur, cundo etiam ρ in ν mutato) σμύρνα fecerunt. De myrrhi- a arbore & myrrhæ generibus, apud Minæos & alias Ara- as gentes provenientibus, legatur Plinius l. 12. c. 15, & 16.

ἢ εὐόδμου καλάμοιο] Vox κάλαμος, quæ *arundinem* qua vis significat, hic pro specie illa ponitur quam Græci p rique κάλαμον ἀρωματικὸν, ab aromatico odore & sapore, P nius & Solinus *calamum odoratum* appellant, ut Dionysi hic εὔοδμον aut εὐωδέα. Eum in India nasci plerique affirma Theophrastus ad Libanum montem: Plutarchus, & Ar midorus apud Strabonem lib. 16. Dionysio nostro conse tiunt, in Arabia provenire affirmantes. In omnibus his locis nasci refert Plinius lib. 12. cap. 22, *Calamus odoratus Arabia nascens, communis Indis atque Syriæ est.* Hic hodie v notus est, neque enim in has oras afferri solet; Clusius t men se vidisse affirmat à monacho è Syria allatum: sed que vulgo Seplasiarii *calamum aromaticum vocant*, non aliud e quam acori veri radicem Manardus, Mathiolus, & docti pl rique medici hodie statuunt. Notas enim non habet calam aromaticus vulgo dictus quæ calamo aromatico à Diosco de tribuuntur lib. 1. cap. 18, & à Plinio lib. 12. cap. 22; in ne ex arundinaceo quidem genere est, ut nomen calami congruere non possit, quod arundinem significat, uti & H bræa vox קנה *canna*, quam etiam pro calamo odora poni Ezech. 27. vers. 19. docti plerique statuunt. Olim v ro calami aromatici vice acorum substitutum fuisse consta quod Græci recentiores calamum aromaticum acorum exp nunt, Κάλαμος ἀρωματικὸς ὁ ἄκορος, Neophytus: vide S mas. in Solin. p. 1301.

V. 938. πεπαινομένου λιβάνοιο] Quod Latinis dicitur *thu* voce deducta à θύος aut θύον, (ut *pus* à πύος aut πύον) quo suffimentum suaveolens aris adoleri solitum generaliter si nificat, sicut idem hodie Italis *incenso*, & Gallis *encense* v catur, voce generali ad specialem significationem per Syne dochen restricta, hoc Græcis λίβανος dicitur, voce origi Hebraica, Hebræis enim לבנה, *lebona*, dicitur. Nomen i lud à לבן, *laban*, quod *album* notat, deducitur, (ut ca didus thuris color inde notetur) unde & *Libanus* mons n men sortitus, à nivium scil. candore; non quod in eo th cresceret, quod in una tantum Arabiæ Felicis parte prov nisse; quam inde Λιβανοφόρον χώραν vocarunt, Plinius lib. 1 cap. 14. & alii veteres magno consensu testantur. Multipli quidem errore Isidorus *Libanum* montem (quem in Syria es quis nescit?) in Sabæis statuit, quod ab eo *thus* λίβανον d ctum censeret. Epitheto autem πεπαινομένου Dionysius limp dum illud & candidum thus significare videtur, quod Au

tumn

mno colligitur sole æstivo excoctum, cum ruffum sit quod ie colligitur, solis calore non maturatum, nec priori n parandum, teste Plinio lib. 12. cap. 14. Quod ad epi- eton θεσπεσίου attinet, illud impositum esse constat ob uris in sacris usum, quia aris adoleri solitum.

V. 939. Ἡ κασίης] Cortex hic aromaticus Latinis etiam *sia* dicitur, eamque describunt Theophrastus lib. 4. (qui m auctore nostro, cui & alii veteres Græci consentiunt, in rabia nasci affirmat,) & Plinius lib. 12. cap. 19, qui tamen, p. 18, *cinamomum & Casiam Arabum non esse* affirmat; quod hodierna confirmat experientia, neque enim alibi quam India aut Indicis insulis (præcipue vero in Zeilan) repe- ur: quia vero ex India in Arabiam, & inde in alias regio- s ferretur, Græci quidam in Arabia nasci opinati sunt. t vero arboris cortex odoratus, qui, quum decerptus in so- arefit, convolvitur instar fistulæ, (unde veteres fabulati nt lignum interius putrescens à vermiculis erodi, cortice licto, vide Plin. loco citato) atque inde Græcis quibusdam ία σύριγξ, *casia fistula*, dicitur; quod nomen recentio- s ab hac ad catharticum quoddam siliquosum veteribus notum transtulerunt. Eadem etiam hodie Italis *canella*, mine à canna deducto, (quod idem valet quod σύριγξ) mmuniter appellatur; nam quod hodie vulgo canella & namomum vocatur, veram esse veterum casiam multis pro- t Salmasius in Solino, cui medici non pauci & alii docti nsentiunt. Et quod ad casiam jam vulgo dictam, quæ in- lora fere est, eam veterum pseudocasiam esse Fuchsius alii- ie contendunt, cum casiæ veræ notæ ei non conveniant, am describunt Galenus, & Dioscorides lib. 1. cap. 12, iod colore sit ruffo, gustu dulcis & simul mordax, aro- atico & vino simili odore: quæ canellæ conveniunt, ne- aquam casiæ vulgo vocatæ. Nomen κασία deductum est ab ebraico קְצִיעָה, *ketsia*, quod eo sensu accipitur Psal. 45. rs. 9: nam cum Græci myrrham, casiam, cinamomum, & ia aromata & odoramenta ex Orientalibus regionibus pete- nt, nihil mirum si nomina cum rebus ipsis ex Oriente ac- perent.

V. 940. Ζεὺς ἀυτὸν Διόνυσον] Fabulosam hic causam poe- co more reddit, cur Arabia hæc odoramentis & aromati- s, aliisque benignæ naturæ dotibus, adeo abundet, ut δαίμων dici mereatur; quod scil. Bacchus ibi in lucem edi- s fuisse dicatur (è Iovis femore, in quo eum aliquandiu

occultatum ferunt) & natali loco hæc munera contuliſſ: Vulgata ſcil. fabula eſt, Iovem ex Semele Bacchum genuiſſe eam vero Iovis fulmine arſiſſe, infantemque imperfectum adhuc ex utero prodeuntem Iovis femori inſutum, (und εἰεραφιώσης dicitur verſ. 576) donec juſtum partus tempu impletum eſſet, unde *bis natus* dicitur: ſic Ovidius Metam lib. 3.

Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo
Eripitur, patrioque tener (ſi credere dignum eſt)
Inſuitur femori, maternaque tempora complet.

Si ad fabulam hanc explicandam illud Curtii, lib. 4, affer rem, (quod & Mela, lib. 3. cap. 7, & alii tradunt) *Nyſam natalem Bacchi locum*, (quem ipſe in India, aliqui vero i Arabia ſtatuunt,) *eſſe ſub radicibus montis quem Meron inco vocant, inde Græcos mentiendi ſumpſiſſe licentiam, Iovis femine Liberum patrem eſſe celatum, quod μηρὸς femur ſonet*; verec ne hoc eſſet tantum ὑφεσπλογεῖν (ut Strabonis verbo utar) *fabulam fabula ſolvere velle.* Bacchum eundem cum Sole eſ probant Macrobius Saturn. cap. 18, & Diodorus Siculus biblioth., ſic Ulpianus in Demoſt. τὸν Διόνυσον καὶ Ἀπόλλω καὶ ἥλιον καλοῦσι. Hic *Iovis* filius dictus, hoc eſt *ætheris*, & hi Latinis *Liber*, quaſi *Iovis liber*, hoc eſt *filius*, ut Proſerpi (quæ Luna eſt) Κόρη, & Latinis *Libera*, hoc eſt Iovis, a Cereris, *filia. Ignigena* dicitur Bacchus, quia Sol natu igneæ eſſe videtur: *Iovis femore occultatus*, & *bis natus* fi gitur, quia in inferiore ætheris parte, (quæ femori comp ratur, quod ex inferioribus humani corporis partibus eſt altero ſcil. hemiſphærio, nocte conditus (quo in ſtatu Αἰδω νεὺς dicitur, teſte Archia in Epigram.

Βάκχῳ ἐνὶ ζωοῖσιν, ἐνὶ φθιμένοις Αἰδωνεύς.)

inde rurſus emergit, quaſi iterum natus, ut Horatius Phœbo,

— *aliuſque & idem*
Naſceris. —

Eadem plane ratione qua Sol modo Bacchus, modo Aide neus eſt, Proſerpina, hoc eſt Luna, modo apud Cerere matrem, hoc eſt ſupra terram, modo cum Plutone in inf ris, in altero ſcil. hemiſphærio, agere dicitur. Quia vero Orientali plaga Sol primo apparet, inde dicitur in Ny (Arabiæ urbe, ut vult Diodorus, vel Indiæ, ut à Curtic Strabone, & Mela ſtatuitur) educatus fuiſſe: atque hinc fe tur Διόνυσος dictus ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Νύσης, à *Iove*, cujus filii

perh

perhibetur, & *Nysa*, ubi educatus fertur. Fingitur etiam Bacchus (uti & Hercules, qui etiam Sol est, vide in vers. 454) omnia ab Indis usque & ultimo Oriente victoriis peregrasse, ut Solis cursus, quo orbem terrarum circuit, denotetur. Tandem hic vini (& aliorum etiam fructuum, ut aliqui statuunt) auctor perhibetur, quod Solis calore uvæ & alii fructus maturentur: sicut nomine *Osiridis frugiferi* Sol ab Ægyptiis colebatur, ut supra notatum, quem quidem Herodotus & alii Græci Διόνυσον interpretantur. Sic Ausonius in Epigram.

Ogygia me Bacchum vocat,
Osirin Ægyptus putat.

Cur vero *Nysam*, qui natalis Bacchi locus habebatur, alii in Arabia, alii in India statuerent, jam explicandum. Ninirum veteres quidam Græci sensisse videntur Arabiam, quia longe à Græcia ad Orientem recedit, in extremo Oriente sitam fuisse; quos & Ovidius imitatur, lib. 1, apud Nabathæos, Arabiæ gentem, Eurum & Auroram statuens,

Eurus ad Auroram Nabathæaque regna recessit.

Hinc Διόνυσον, hoc est Solem, ibi natum fuisse fabulati sunt, ti & Mimnermus in Colchide, qua Orientalior maxima Arabiæ pars, Solis cubile locat;

Αἰήταο πόλιν, τόθι δ' ὠκέος ἠελίοιο
Ἀκτῖνες χρυσέῳ κείαται ἐν θαλάμῳ.

Æetæ urbem, ubi velocis Solis
Radii in aureo jacent cubili.

Alii vero, quod Indiam longe ultra Arabiam ad Ortum siam agnoscerent, Bacchum in India ortum tradunt, atque ibi etiam Nysam constituunt. Utramque opinionem miscuit Dionysius, Nysam quidem in India statuens v. 1159, Bacchū amen in Arabia editum tradens. Alia etiam ratio potest eddi cur aliqui in Arabia, aliqui etiam Thebis, Bacchum ditum ferunt; quod scil. antiquissimus esset in Arabia Dioysi seu Bacchi cultus: sic Herodotus de Arabibus, Διόνυσον δὲ θεὸν μοῦνον καὶ τοῦτο Οὐρανίην ἡγέονται εἶναι, ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον Οὐροτάλτ, τὴν δὲ Οὐρανίην Ἀλιλάτ: *Bacchum & Vraniam solos esse deos censent, Bacchum vero appellant Vrotalt, Vraniam autem Alilat.* Ubi ut nomine Οὐρανίης Luna, *cœli regina*, ita nomine Διονύσου Sol intelligendus, ex doctorum sententia. Ab Arabibus ad Phœnices, ab his ad Thebanos eorum colonos derivatus videtur hujus dei cultus, quem

cum

cum Græciæ Thebani primum inducerent, hinc eum Thebis natum Græci plerique fabulati sunt.

V. 941. Τῷ καὶ γειναμένῳ] Sic de Apolline in Delo nato Theognis, Πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη
Ὀδμῆς ἀμβροσίης. —

Aromatum autem & rerum odoratarum in Arabia proventum Baccho acceptum referre poterant, quod Solis calorem ea desiderant ut maturentur: quin & ipsius Solis radiis halitus suavis ex iis expirat, ut videre est apud Plinium, lib. 12. cap. 19. Auri etiam abundantia, de qua vers. 951, Baccho tribui potest, quod in terræ visceribus Solis calore percoqui censeatur. Cætera quæ hic habentur, de densis ovium velleribus, & aquis sponte scaturientibus, quasi ad terram rigandam, de suo addit poeta, omnimoda bona in gratiam Bacchi ibi editi Arabiæ huic collata affirmans; quæ & poetico more amplificat Euripides in Bacchis. Sed lepide hæc irridet Plinius lib. 12. cap. 18, maximas Arabum divitias, quas Baccho ibi edito acceptas referunt, ab odoramentorum mercatura comparatas fuisse indicans, quæ cum ad cadaverum condituram præcipue insumi solerent, hinc festive ludens ille, *Felix appellatur Arabia, falsa & ingrata cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, cum plus ex eo inferis debeat. Beatam illam facit hominum etiam in morte luxuria, quæ diis intellexerat genita adhibens urendis defunctis.*

V. 944. Ὄρνιθες δ' ἑτέρωθεν] Fabulam vulgatam hic innuit, qua ferebatur cinnamomum ab avibus è desertis quibusdam insulis in Arabiam delatum, ut eo nidos extruerent, inde vero plumbatis sagittis ab Arabibus decuti. Ita Plinius lib. 5. cap. 12, *Cinnamomum & casias fabulosa narravit antiquitas, princepsve Herodotus, avium nidis, & privatim phœnicis, in quo situ Liber pater educatus esset, ex inviis rupibus arboribusque decuti.* Ex fabula ea elici potest, ut recte notat Eustathius, ignorasse veteres illos ubi cinnamomum nasceretur, cum ex *insulis non habitatis* (quas & *incognitas* fuisse oportet, alioqui enim homines, non aves solæ, inde petiissent) ab avibus afferri affirmant. Hebræis quidem קנן, *kinnen*, est *nidificare*: fortasse nomen inde ortum aliqui opinati sunt, & inde fabulæ occasio. In Arabia quidem nasci Græci plurimi statuunt; Plinius negat, in Æthiopia (ubi & *Cinnamomiferam regionem* statuunt Ptolemæus & Strabo) nasci affirmans, inde vero in Arabiæ portum Ocilam deferri. Verum ut rarum omnino apud veteres fuit, adeo ut duplo auro re-

pen-

penderetur, ut è Plinio probat Salmasius; ita hodie huc afferri desiit, & nobis prorsus ignoratur, ut Salmasius in Solin. pag. 1305, & alii docti statuunt. Nam quod vulgo *cinnamomum* & *canella* vocatur, è Zeilan insula & aliis Indiæ locis allatum, cinnamomi veterum notas non habet, sed ipsa veterum casia esse videtur. Est enim cortex instar fistulæ convolutus, ut casiam veteres describunt: cinnamomum autem veterum in surculis, non cortice solo, afferebatur; Theophrastus enim ῥάβδους vocat, Dioscorides ῥάβδια (qui cinnamomum illud optimum esse statuit quod sit λεπτὸν τοῖς ῥαβδίοις καὶ λεῖον) Galenus πλανία, Herodotus κάρφεα: quæ voces inanem corticem (qualis est quem vulgo cinnamomi nomine hodie appellant) notare non possunt, cum *ramulos*, *virgulas*, aut *surculos* significent: & quod lauri surculis cinnamomum adulterari soleret, constat ipsum cinnamomi in surculis afferri solitum. Plinius etiam idem innuit, dum de casia loquens hæc habet, *corticem abire atque exinaniri, contra atque in cinnamo, pretium est.* Ubi cinnamum corticem inanem non fuisse instar casiæ, indicatur.

V. 945. φύλλα φέρουσες ἀκηρασίων κιναμώμων] Nomen κινάμωμον, seu κιννάμωμον, fit ab Hebraico קִנָּמוֹן, *kinnamon*, quod Cant. 4, & alibi in sacris literis hoc ipsum significat. Græcis autem κιννάμωμον dictum voce composita, quasi ἰνναμον ἄμωμον, censet Salmasius. Quod si ita se habeat, epitheton ἀκηρασίων à Dionysio hic additum videri possit, ut Etymologiam istam insinuaret, idem enim valet ἀκήρατον & ἄμωμον, *sincerum* scil. & *non adulteratum.* Ἀκήρατον deducitur, vel ab α priv. & κῆρ (quod non tantum *fatum* significat, verum & vitium quodvis quo aliquid corruptioni obnoxium redditur) ut valeat *quod ab omni vitio & corruptionis labe immune est*, vel ab α priv. & κηρὸς *cera*, ut proprie congruat nelli puro, quod nihil ceræ admixtum habet, inde vero ad lia transfertur: & cinnamomo epitheton hoc additur ut sinerum cinnamomum intelligi lector cognoscat, *Cinnamomum* nim *styrace & tenuissimis lauri surculis adulterari solitum* scrit Plinius. Iure tamen dubitari potest an κιννάμωμον comosita sit dictio, nam nomen κίνναμον apud Græcos raro ocurrit (quibus fortasse vocalem longam ῑ per α potius quam er ο reddere placuit, terminatione postea addita linguæ ropriæ conveniente) & apud Latinos cinnamum & cinnaomum tanquam synonyma mera usurpantur. Sed veram ominis originem Dionysium latuisse verisimile est, eumque

que à Græco nomine ἄμωμος tam ἄμωμον herbam quam κιννάμωμον deduci arbitratum, utrumque hic confundere; quod & ab Hesychio fieri à Salmasio notatur, dum κιννάμωμον πόαν εὐωδεστάτην, *herbam suavissimi odoris* interpretatur. Folia quidem cinnamomi nullo in usu fuerunt: cum igitur folia cinnamomi ab avibus in Arabiam delata hic tradat auctor, quod Herodotus de surculis affirmat, eum credidisse verisimile est amomi folia, unguentis suaveolentibus misceri solita, ex frutice fuisse cujus surculos cinnamomum vocarunt.

V. 946. νεβρίδα] Vide in vers. 703.

V. 947. Κισσῷ δ'] Vide in vers. 573. Baccho autem, ut vini auctori, risum & hilaritatem tribuit vers. 949, quippe quæ vino poto excitari solent; & talem hic ejus habitum & gestum describit, qualis partim Bacchantibus partim ebriis convenit. Bacchantes quidem hedera se coronasse, & thyrsos, hoc est hastas hedera (ut Baccho sacra) involutas gestasse vulgo notum. Sidonius Apollin. Carm. 5,

— *rotat enthea thyrsum*
Bassaris, & maculis Erythrææ nebridis horret.

V. 948. Ἀκροχάλιξ] Eustathio ἀκροχάλιξ est ἄκρος κεχαλασμένος, *summe relaxatus*, vel per Syncopen quasi ἀκρατοχάλιξ, *mero relaxatus*, ὁ τῷ ἀκράτῳ χαλασθεὶς τοῦ φρονεῖν. Sed cum vocem χάλιξ *vinum* significare Grammatici testentur, inde ἀκροχάλιξ dici posse videtur *qui perpotat vinum infundens ad summum usque poculi marginem.*

V. 951. Οὔρεα δὲ χρυσῷ] Aurum in Arabia & è terra effodi, & flumina ejus ramenta deferre refert Artemidorus apud Strabonem, lib. 16, qui & de aurea Arabum, Sabæorum præcipue & Gerrhæorum, supellectile, & cæteris divitiis mira refert, sed vix credibilia. Sabæorum etiam regionem non tantum thuris, verum & auri feracem esse, non modo Plinius (qui eorum bona sic enumerat, lib. 6. cap. 28, *Sabæos ditissimos sylvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræque proventu*) verum & sacræ literæ indicant, ut Esaiæ cap. 60. vers. 6.

ποταμοὶ δ'] Ita refert Artemidorus apud Strabonem, ἐν ταῖς ποταμίαις, *in locis fluminibus irriguis*, qualia multa ab illo describuntur, thus, myrrham, & aromata nasci.

V. 954. Ἀλλ' ἤτοι πρῶτοι μὲν] Quanquam à Syria (sub qua Arabiæ Petrææ partem comprehendit) ad Arabiam Felicem, ei circa Elana contiguam, mox transierit, nulla habita Arabiæ desertæ mentione; hic tamen, ubi ad gentium enumerationem

ationem acceditur, Arabiæ Petrææ & deſertæ etiam po-
ulos commemorat, Nabathæos, Chablaſios, & Agræos,
& Arabiæ initium à monte Libano facit, propè quem Syriæ
ontermina eſt Arabia deſerta, inter ipſam & Arabiam Feli-
em interjecta.

ὑπὲρ κλιτῶν Λιβάνοιο] Ὑπὲρ pro *ultra* hic ſumendum eſt, ut
ntelligatur Nabathæos ultra Libanum ad Auſtrum habita-
e, nonnihil etiam Ortum verſus vergentes.

V. 955. Ναβαλαῖοι] Hi à *Nebaioth* Iſmaelis filio, de quo
ide Geneſ. cap. 25, originem traxerunt, ut à *Kedar Cedræi*,
uos his vicinos ſtatuit Plinius; & ipſa Nabathæorum regio
Nebaioth dicitur Eſaiæ cap. 60. Eos quidem in Arabia Pe-
æa, quæ ſinui Arabico vicina, plerique ſtatuunt, nam ipſam
etram Nabathæorum urbem vocant Strabo lib. 16, & Pli-
ius lib. 6. cap. 28; potuere tamen eorum termini à Petra
ropius Libanum extendi, quod hic innuere videtur Dio-
yſius, ad ultimos ſcil. verſus Septentrionem Arabiæ *Pe-*
ææ terminos, à Libano non longe diſſitos. Eos divites hic
ocat auctor, reſpectu ſcil. Chablaſiorum & Agræorum, quos
roxime memorat, qui Arabiam deſertam incoluerunt, cum
atis culta & fertilis fuerit Petræa, quam Nabathæi tenue-
unt. Veruntamen & ipſam Petræam ſub deſertæ nomine
omprehendit Eratoſthenes apud Strabonem, qui Arabiam
niverſam in duas partes dividit; πρὸς ἄρκτον καὶ ἐρήμην, *Septen-*
rionalem & deſertam, quam tenuere Nabathæi, Chaulotæi, &
Agræi; & Εὐδαίμονα, *Felicem*, quam tenuere (præter quoſdam
Scenitis paſſim per loca inculta vagantibus) quatuor præ-
ipuæ gentes, in Auſtrali ejus parte adverſus Æthiopiam ſi-
æ, Minæi, Sabæi, Catabanes, & Chatromotitæ: atque hu-
us quidem veſtigiis in gentibus enumerandis Dionyſius hic
nſiſtit. Sed ut Arabiæ Felicis deſerta memorat Ptolemæus,
ta in Arabia Deſerta Eratoſtheni vocata quædam felicia lo-
a fuiſſe nihil prohibet. Pecoris quidem in Nabathæa regio-
ne abundantia ut ab auctore notatur, ita innuitur Eſaiæ
60, 7.

V. 956. Ἄλλοι δὲ Χαλδαῖοί τε καὶ Ἀγραῖοι] Hæ duæ gentes
Arabiæ deſertæ partem tenuerunt, ut ex Eratoſthene modo
ndicavimus. Dionyſius vero poetico more terminationes
& literas quaſdam mutaſſe videtur; qui enim hic Χαλδαῖοι
καὶ Ἀγραῖοι, Eratoſtheni & aliis Χαυλοταῖοι, voce metro mini-
me idonea, καὶ Ἀγραῖοι nominantur. *Chaulotæi* ſeu Chaula-
æi terræ *Chavilah* ſeu *Havilah* in ſacris literis dictæ incolæ
fuerunt;

fuerunt; (à *Chavilah* filio Cush, nepote Cham, de quo Gen. 10. cap. 7, denominatæ) literam vero *vau*, quam per *v* alii reddiderunt, Dionysius per β expressit, (ut in nomine *David*, quod Græci Δαβὶδ scribunt, & aliis fit,) quod probabile est Græcos veteres instar *v* consonantis enuntiasse, ut à Græciæ ipsius incolis hodie fieri solet. *Agræi* iidem esse videntur qui *Agareni* seu *Hagareni* in Sacro Codice nominantur; *Ismaelitæ* enim ab *Ismaele* filio Hagar oriundi maximam Arabiæ Desertæ & Petrææ partem tenuerunt, *à Chavilah* Babyloniæ propinqua *ad Ægypti confinia*, Gen. 25. 18.

εἰς ἣν γαῖαν Χαλεκμὶς ἐναίει] Ad Arabiam Felicem jam acceditur: hæc autem verba ita accipienda ut illud Virgilii,

Proximus huic, longo sed proximus intervallo:

hæc enim gens, cum reliquis tribus quæ vers. 959 nominantur, τὰ ἔσχατα πρὸς νότον, teste Eratosthene apud Strabonem, *extremas ad Meridiem Arabiæ Felicis partes* tenuerunt, ut maxima Arabiæ Felicis pars inter gentem hanc & illas modo memoratas interposita fuerit, quod è Ptolemæi descriptione etiam constat. Sed ignobiles fuere reliquæ Arabiæ, quamvis *Felicis* vocatæ, gentes (quanquam numerosas fuisse Dionysius hic indicet vers. 961.) Magnam quidem ejus partem tenuere *Scenitæ*, sic dicti quod in tentoriis νομαδικῶς viverent; qui *Saraceni* postea appellati, teste Ammiano lib. 23. non à *Sara* sic vocati, (quasi à libera, non serva, se ortos jactent, ut quidam prodidere) sed à *sarak*, quod Arabice *vagum* & πλανητικὸν notat, ut à Fullero & aliis doctis observatum, in quorum regione Madiama à Ptolemæo statuitur, quæ & olim Madianitarum caput fuisse videtur, & hodierna Medina esse, ubi Mahometis sepulcrum visitur. Quatuor vero gentes hic memoratæ thure, myrrha, aliisque odoramentis apud ipsas nascentibus celeberrimæ fuere; è quibus Chatramitæ quidem, ex Strabonis sententia auctoris nostri methodo congruente, propius Arabiam desertam positi fuere quam reliquæ tres gentes, quamvis & ipsi longe diffiti fuerint. Sed de situ harum gentium, ut & nominibus, mox agetur. Notandum interim vocem ἐναίει passive hic usurpari pro *incolitur*: quod quamvis Salmasius non ferat, qui legendum censet Χαλεκμὶς ἠδὲ Μάκαι, Prisciani auctoritate fretus, qui locum sic vertit,

Chatramis atque Macæ contra sunt Persidis æquor;

nulla tamen necessitas cogit receptam lectionem solicitare, cum passive, eodem plane modo, voce simplice ναίω utatur Ho-

Homerus (quem imitari solet auctor) Iliad. β'.

Νήσων αἱ ναίουσι πέρην ἅλος, —

Insularum quæ habitantur ultra mare.

& notum sit Dionysii interpretes non pauca de suo interserere.

V. 959. Μιννᾶιοί τε, Σάβαι τε, καὶ ἀγχίγυοι Κλεταβηνοὶ] Varie apud varios scriptores concipiuntur harum gentium nomina: qui enim hic Μιννᾶιοι, quibusdam Μειναῖοι· qui hic Σάβαι, aliis Σαβαῖοι· qui hic Κλεταβηνοὶ, aliis Κατταβανοὶ, Κιτιβαινοὶ, & Καταβανεῖς vocantur: & fortasse hic Καταβηνοὶ scribendum, cum Καταβανεῖς ab Eratosthene nuncupentur, quem in his gentibus enumerandis Dionysius imitatur. Quos etiam Chatramitas vocari innuit Dionysius, dum regio ipsa Χατραμὶς ab eo nuncupatur, aliis Χατραμιτῖται & Χατραμῶται & Χατραμωτῖται nominantur. De situ vero harum gentium longe majus dissidium, cum Græcis & Romanis parum cognitæ fuerint hæ regiones, ut ex Strabone & aliis constat. Plinius quidem sibi & aliis pugnantia de Arabicarum gentium situ scribit, Solinus ἀτοπώτατα, neque omnium ea de re sententias conciliare possibile est; tentabimus tamen Græcorum Geographorum opiniones, qui Latinis ea ex parte faciores extitere, cum auctoris nostri sententia, quantum fieri potest, concordes reddere. Eratosthenes (ex quo auctor noster pleraque sua excerpere solet) *Minæos*, teste Strabone, *in Arabiæ parte statuit ad Rubrum mare sua, post hos Sabæos, deinde Catabanenses ad fauces Arabici sinus, ultimos vero ad Orientem Chatramotitas.* Ita ab Occidente ad Orientem gentes has enumerando pergere videtur, nam Minæi & Sabæi ex his maxime ad Occidentem vergunt, ex Ptolemæi & aliorum sententia. Sed qui fieri potest ut Minæi, & post hos Sabæi, ad oram Maris Rubri siti sint, & tamen Catabanenses ad ipsas fauces Arabici sinus positi sint, ubi Rubri maris initium est, si eo nomine non nisi Oceanus Meridianus intelligendus sit, quem solum eo nomine notare solet Dionysius? Videri possit Eratosthenes nomine Rubri maris non Oceanum tantum Arabiam alluentem, verum & sinum Arabicum comprehendere, juxta quem Minæorum & Sabæorum sedes. At hoc à Dionysio certe non fit; quanquam enim hic Minnæos, Sabæos, & Catabenos ad Arabiæ latus Mare Rubrum spectans statuat, ipse tamen Mare Rubrum, à Meridie Arabiam alluens, à sinu Arabico, Occidentali ejus termino, distinguit vers. 930 & 931, ut πλεῦρον Ἐρυθραίης θαλάσ-

σης

ens non stricte hic sumendum videatur de ipsa Rubri maris ora, sed laxius de ulteriore Arabiæ parte, quæ Marc Rubrum spectat, nec longe ab eo remota est, cum ab Oceano illo longe distet magna Arabiæ Felicis pars à Scenitis & aliis gentibus occupata, atque aliquanto etiam longius ab Oceano illo Chatramitas, propius Persicum sinum, statuat Dionysius. Ut vero constet quæ ex his gentibus Oceani Rubri accolæ sint, quanto vero intervallo reliquæ distent, quærendum ubi habendus sit Oceani finis & Arabici sinus principium. Nimirum ubi fauces sunt seu angustiæ maximæ: Ita Marcianus Heracleota, Μετὰ τὰ στενὰ τῦ Ἀραβίε κόλπε ἐκδέχεται ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, *Post Arabici sinus fauces excipit Rubrum mare.* Atque illi quidem Oceani parti à faucibus istis ad Syagrum promontorium Rubri maris nomen proprium facit Ptolemæus, lib. 6. cap. 7. Quod ultra Syagrum est non Rubrum mare, sed mare à Persico sinu effusum vocat. Arabici sinus fauces, sinum ipsum ab Oceano disterminantes, sunt juxta Diren Troglodyticæ promontor., Plin. lib. 6. cap. 29, cui adversa est Ocelis Arabiæ emporium; hinc non longe Minæi ad Septentrionem siti, ut ad Arabiæ latus Mare Rubrum spectans (hoc est, Oceanum, quem ea parte Azanium vocat Plinius) situm eorum vergere recte dici possit. Sabæos prope ipsas Arabici sinus fauces sitos, ex Arriani & aliorum sententia, manifestum est Maris Azanii (quod *Rubrum* peculiariter vocatum est) accolas fuisse; eorumque fines aliqui longissimo tractu protendunt, secundum Maris Rubri seu Azanii oram: Pars enim eorum Atramitæ, ex Plinii sententia lib. 6. cap. 28, qui & alias gentes vicinas iisdem adjicit, Thuriferam regionem intra eorum terminos statuens, quam Ptolemæus sub Cattabanis locat, Κατταβανοὶ μεχρὶ τῦ Ἀσαβὰν ὄρεος, ὑφ' ὃς ἡ Λιβανοφόρος: *Cattabani usque ad Asabos montes; sub quibus est Thurifera regio:* cui etiam Eratosthenes & alii plerique in hoc consentiunt, thuriferam regionem apud Catabanos statuentes. Sed omnes fere Arabes Oceani accolas, quanquam particularibus appellationibus inter se distinctos, sub communi tamen Sabæorum nomine Plinius comprehendere videtur; *Sabæi* (inquit) *Arabum propter thura clarissimi, ad utraque maria porrectis gentibus.* Sic quamvis Sabæa stricte & proprie sumpta, in qua Sabe regia, prope Arabici sinus fauces sita fuerit; eadem tamen late sumpta totam Oceani oram usque ad Sachaliten sinum, ubi Thurifera regio, complexa est: unde Thurifera-

ram

n regionem apud Sabæos (ut Myrrhiferam tam apud eos-
n Sabæos quam Chatramitas & Minæos) non modo Pli-
s statuit, verum & alii Latini: sic Virgilius Georg. lib. 2.

—— solis est thurea virga Sabæis.

quis tamen censuerit hos in eo deceptos fuisse, quod in Sa-
a thus nasci putarent, ideo quod à mercatoribus inde pete-
ur, quanquam eo ab aliis locis antea allatum, & eosdem,
ignorantiam locorum istorum, vicinas gentes cum Sabæis
fudisse; cum eo non contendam. Ex Esaiæ quidem cap. 60.
stat è *Sabæa* (quæ in Sacris literis *Sheba* dicitur, nomine à
ba è posteris Chus, Gen. 10. 7. vel à *Sheba* filio Ioctan de-
to, Gen. cap. 10. vers. 28.) thus exportari solitum, sive
natum, sive aliunde antea advectum. Quod ad Cataba-
um sedem spectat, eos Eratosthenes statuit πρὸς τὸ στενὸν καὶ
ξασιν Ἀραβίας κόλπου, *ad fauces & trajectum Arabici sinus:*
tra Ptolemæus prope Persicum sinum, Dionysius Sabæis
pinquos facit; ut Solinum mittam, qui eos in Arabia de-
a absurde locat. Discrepantes ea in re Eratosthenis & Pto-
æi sententias conciliare impossibile, veram gentis sedem
ere haud facile est; facillime tamen cum utravis sententia
ciliari possunt Dionysii verba. Sabæa enim stricte sum-
vicina fuit faucibus Arabici sinus, ubi Catabanos statuit
tosthenes; eadem vero late sumpta, secundum Plinii & a-
um sententiam, usque ad Thuriferam regionem pertingit,
ta quam Catabani à Ptolemæo locantur. Sed quod ad ve-
i Catabanorum sedem, Salmasium & Bochartum, magnos
os, ad Eratosthenis sententiam accedere video; quæ & au-
tis nostri verbis optime congruit, & Plinii auctoritate sta-
ri videtur, qui Catabanos Gebanitis conjungit, lib. 6. cap. 28,
n idem Gebanitas ad Arabici sinus fauces statuat, *Ocelin*, seu
lam, *Gebanitarum emporium* vocans. A Ptolemæo vero Ca-
ani ultra Sachaliten sinum statui videntur, quod Thurifera
o ibi sita fuerit, & à Catabanis thus afferri plurimi veterum
entur; quod tamen aliunde, (ab Adramitis scil. ex Plinii
entia, aut à Sachalitis) ad ipsos antea advehi potuit, ut
Sabæis modo notatum. Plinium quidem consentaneum
Catabanos & Gebanitas, uti & Atramitas, pro parte Sa-
rum habere, quos variis gentium particularium nomini-
ad utrumque mare exporrigi affirmat. Eosdem fuisse Ca-
anos & Gebanitas, eosque Catabanos à Syris mercatori-
, quasi *scribas*, vocatos, à כתב *catab*, quod est *scribere*, Ge-
itas vero à גבא *gaba*, quod est *tributum exigere*, probabi-

liter ſtatuit Bochartus, quod vectigalia pro thure expor
ipſis penderentur, teſte Plinio lib. 12. cap. 14: *Evehi thu*
potest niſi per Gebanitas; itaque & horum regi penditur vecti
ſunt & quæ ſacerdotibus dantur portiones ſcribiſque regum c
Chatramotas ſeu Chatramotitas (ſic enim plerique voc
ab Hebraico חצרמות *Hatſermoth*, quod Arabice effertur
dramauth ſeu Chadramoth, & *mortis atrium* ſignificat (q
peſtilens ibi aer ſit, uti de locis ubi thus naſcitur teſtatur
rianus, ὀδύνοισι δεινῶς εἰ τόποι καὶ θανατώδεις, quodque lethi
ſerpentibus loca ea infeſta ſint, teſte Diodoro lib. 3.) ded
Bochartus, Geog. lib. 2. cap 16. *Hatſermaveth*, ſeu *Ha*
moth, inter filios *Ioctan* numeratur, Gen. cap. 10. verſ.
quo innuitur, *Chatramotas* hos ab uno ex poſteris Ioctan
tos: quanquam *Hatſermoth* regionis, non hominis nomen
videatur; neque enim hominum ſemper particularium,
aliquando gentium nomina, ut Iebuſæi, Amorræi, &c. in
nealogiis illis filiorum loco recitantur. Terram autem Ha
mauth à mediterraneis verſus Arabicum ſinum recedentil
ubi Chatramitas ſtatuit Dionyſius, (uti & Ptolemæus &
Chatramotitas in mediterraneis locant) uſque ad Ocear
ram, ubi Atramitæ à Ptolemæo locantur, ab Arabe geogra
protendi affirmat Bochartus; unde *Atramitas* & *Chatran*
eandem eſſe gentem affirmat late protenſam, ſed literam
aliis prorſus omitti, ab aliis per χ reddi, quod & in aliis
cibus fit.

V. 961. Ἄλλα δέ τοι καὶ πολέσσι] Reliquarum Arabica
gentium, quæ his minus celebres fuere, nomina videre l
apud Ptol. lib. 5. cap. 19, & lib. 6. cap. 7, & Plin. lil
cap. 28.

V. 962. Τῆς δὲ πρὸς ἀντιπέρηαι] E regione Arabiæ jam
ſcriptæ, ab altero (hoc eſt Occidentali) Arabici ſinus late
inter ſinum ipſum & Nilum fluvium, qui Dionyſio Africa
Europæ terminus habetur, unde Troglodyticam regior
Arabiæ hic accenſet.

V. 963. ἔδυς Ἐρεμβῶν] *Troglodytarum regio*, quos Hom
eo more *Erembos* nominat, (vide in verſ. 180.) & epitheto
dito ὀρεσκώους etiam vocat, ab ὄρος *mons*, & κέω inuſitat.
de κεῖμαι *jaceo*, quod cavernas terræ ob aeris æſtum pro
mibus haberent, (unde tam Τρωγλοδυτῶν quam Ἐρεμβῶν
pellatio deducta) ferarum inſtar, quæ & inde ὀρέσκωοι ab H
mero vocantur. Troglodytas autem alii Arabibus, alii
thiopibus, ob viciniam, accenſent, alii ab utriſque diſtingui

t apud Strabonem (qui lib. 7° Τραγλοδύτας Ἄραβας vocat, li-
ro vero 17° Æthiopibus eos accenset) & alios videre est: uti
x Hebræum nomen כוש *Cush*, à *Cush* Chami filio dedu-
tum, Gen. 10. 7. Arabum parti cum Æthiopibus commune
sse docti statuunt.

V. 965. ὀπιδεύεες] Ab ὀπὶ, & δεύομαι, per *Epenthesin poeticam*
ro δέομαι, *indigeo*.

V. 968. ἀβροβίων Ἀράβων] Ita Sabæos, Arabiæ Felicis gen-
em, *molles* vocat Virgilius, Georg. lib. 1.

— *molles sua thura Sabæi.*

V. 969. δαίμων] Δαίμονες plerunque pro *diis inferioribus* po-
untur, quos & ἥρωας vocant; unde apud Aristoph. θεοὶ καὶ
αίμονες quasi diversa ponuntur: hic vero δαίμων pro summo
eo ponitur, qui providentia sua res humanas gubernat.

V. 970. ὑπὲρ Λιβάνοιο πρὸς αὐγὰς] Ὑπὲρ hic, quamvis Geni-
vo junctum, ab ipso Hen. Stephano redditur *ultra*: quod si
dmittatur, versu hoc & proximo de Palmyrene tantum agi-
ur, ubi alterius Syriæ principium, & proximis regiunculis,
uæ à Libano ad ortum jacent Babyloniæ & Mesopotamiæ
onfines, & proinde ultra Libanum respectu Græciæ, quæ
onge inde ad Occidentem sita. Versu vero 973 indicatur quan-
spatio reliquus Syriæ istius tractus inde ad Septentrionem
otendatur, scil. usque ad Sinopen in Ponti Euxini litore si-
m.

V. 971. Τῆς ἑτέρης Συρίης] *Alteram* hanc *Syriam Cœlesyriæ*
pponit, totam Syriam in duas partes dividens; (*cœlesyriam*
si dictam, ad Occasum brumalem à Libano sitam, vide vers.
01, & *alteram*, de qua hic loquitur, cujus prima pars extra
aurum jacens ad Ortum æstivum à Libano sita est, Mesopo-
miæ contermina, (ad quam referenda verba illa ὑπὲρ Λιβά-
ιο πρὸς αὐγὰς,) reliqua vero in Septentrionem ad Pontum us-
ue exporrigitur. Ita altera hæc Syria, de qua hic sermo,
yriæ extra Taurum mediterraneam partem, (in qua Hierapolis,
targatis seu Syriæ deæ sacris clara, & Samosata Luciani pa-
ia) à Palmyrene ad Amanum montem complectitur, (totam
him fere maritimam oram sub Phœnices nomine Dionysius
omprehendere videtur, vide vers. 905.) & *Cappadociam utram-
ue*; *magnam* scil. seu proprie dictam, quæ & *Cappadocia ad
aurum* vocata est, & alteram, quæ *Cappadocia ad Pontum* Stra-
oni & aliis nominatur.

V. 974. Καππαδόκαι] Cappadociæ magnæ, seu proprie
ctæ, incolas præcipue hic intelligit Dionysius; cum eos ab

Assyriis ipsi vocatis distinguat, quorum regio pars Cappadociæ quam ad Pontum vocant ab aliis habetur, & *strictius Leucosyria* dicta est, cum Leucosyriæ nomen late sumptum Cappadociæ universæ commune fuerit. Ita Cappadoces in medio statuit hujus Syriæ à Libano ad Pontum patentis, quippe qui inter *Syros* τοὺς ἐντὸς Ταύρου & *Assyrios* hic vocatos siti sunt. Cappadociæ hujus urbes olim celebres fuere Comana Cappadociæ, (cui alia cognominis Pontica cognominata) Mazaca postea Cæsarea vocata, & Tyana, Apollonii magi celeberrimi patria. De nomine Cappadociæ, uti & Assyriæ, jam satis dictum in vers. 772. Adagio vero isto, Τρία κάππαδοκίζει *Tria Cappadocissima*, Cappadocum, Cretum, & Cilicum more notantur.

V. 975. Λευκόσυροι] *Leucosyri* stricte, vide in vers. 772.

V. 977. Εὐφράτου] Fluvius hic (quem ἀπειρέσιον merito vocat Dionysius, uti & *fluvius magnus*, & *fluvius* κατ' ἐξοχὴν in Sacro codice quandoque vocatur,) Hebræis Pherath dicitur à פרה *fructuosus fuit*, ut ab Isidoro innuitur, *à frugibus vel à bertate nomen accepit*, quod scil. Mesopotamiam inundatione fertilem reddat, uti à Plinio, & Solino cap. 40, indicatur. In nomine isto, addita syllaba ευ, nomen Εὐφράτης seu Εὐφρήτης Græcis formatum est. Integer ejus cursus à Plinio lib. 5. cap. 24, & Strabone lib. 11. describitur.

V. 978. ἀπ' ὄρεος Ἀρμενίοιο] A Tauri Septentrionali brachio in Armenia majore, teste Strabone, quem *Capoten* ibi ab indigenis dici tradunt Plinius & Solinus. Straboni quidem *Abus* dicitur, qui & Araxen ex eodem monte oriri affirmat qua in re ei cum Plinio convenit, *Araxes eodem monte quo Euphrates oritur*, lib. 5. cap. 9. Is vero Paryardis pars esse videtur, qui & ipse Tauri brachium habetur in Septentrionem excurrens.

V. 979. Μακρὸς ὅπη νότον εἶσι] Triplicis hujus fluvii flexus Plinius & Strabo meminerunt, quorum primum hic omittit Dionysius. Primo quidem per Armeniam majorem ad occasum fertur, Pyxirates ibi nominatus, si Plinio fides; deinde ad Meridiem flexus, ut hic indicatur, Armeniam majorem à minore dirimit, & *postquam Taurum perrupit*, *Euphrates tum demum nomen tus*, Syriam à Mesopotamia disterminat; deinde, relicta Syria, circa Thapsacum ad Orientem flectitur Babylonem versus, *flexu cursui solari contrario*, ut à Dionysio hic indicatur, cum sol diurno suo motu ab Oriente in Occidentem feratur. Mediam autem Babylonem permeare, cum auctore,

refert

fert Plinius, lib. 5. cap. 26; uti & Solinus, qui *Babylonem ividere* affirmat.

V. 981. Περσίδος εἰς ἁλὸς οἶδμα] Cum auctore nostro con-entit Strabo, qui de flexu Euphratis ad Orientem Babylo-em versus, cujus hic meminit Dionysius, & ingressu in sinum ersicum, hæc habet; Πρόεισιν ἐπὶ τὴν Συρίαν, καὶ λαμβάνει πάλιν λλην ἐπιστροφὴν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν καὶ τὸν Περσικὸν κόλπον, *Pro-dit in Syriam, & alium denuo flexum habet in Babyloniam & ersicum sinum.* Dissentire vero videtur Plinius, lib. 5. cap. 26, ui *altero alveo per Seleuciam vadere, & Tigri infundi, altero Ba-ylonem petere, & distrahi in paludes*, affirmat. Alveus etiam nedius fuit inter eum qui Seleuciam & eum qui Babylonem etit, Assyriis *Armalchar* dictus, Plinio teste, rectius *Naarmal-ha*, ut habet Ammianus, rectissime *Nahar malcha*, quod *flu-ium regium* sonat; sic dictum, quod alveus fuerit regio sum-tu scissus, unde eundem Βασίλειον *Regium*, per interpretatio-em nominis illius, Ptolemæus appellat. Plinii etiam senten-am modo recitatam amplecti videtur Ptolemæus, cum nulla uphratis ostia, sed bina Tigridis, nominet, Teredonem ur-em ambientia, lib. 6. cap. 20. Sed non difficile est sententias as conciliare. Euphrates enim altero alveo juxta Seleuciam, tero è paludibus prodeunte juxta Apamiam, cum Tigri com-iscetur, Ptol. lib. 6. cap. 18. Ostia igitur ista Teredonem nbientia vel Tigris vel Euphratis haberi possunt, cum in su-erioribus locis uterque fluvius commisceatur: & plurimi uidem ea pro Tigris ostiis habent, quod is rectiore cursu eo ratur; unde *Tigris* à Solino, cap. 40, dicitur *Euphraten defer-in sinum Persicum.* Dionysius vero eadem pro Euphratis quippe fluvii insignioris) ostiis habet, aut saltem, cum Stra-one, ostium occidentale Euphratis, orientale vero Tigris esse nset; quamvis ostium occidentale, quod Euphratis habea-ir, ante ætatem suam *ab accolis agros rigantibus præclusum* fuis-Plinius affirmet.

V. 983. ποταμῶν ὤκιστος ἁπάντων Τίγρις] Fluvio huic in Ar-enia etiam orto à *celeritate nomen* ipsum *inditum* Plinius lib. 6. p. 27, (ubi integrum eius cursum describit) Solinus cap. 40, ti & Strabo, aliique affirmant; *sic enim sagittam*, ipsis testi-us, *Medi appellant*. Negat vero Plinius nomen illud per tegrum decursum fluvio huic convenire, *qua tardior fluit Di-ito, unde concitatior à celeritate Tigris incipit vocari*: ut propius ntes Diglito, postquam vero è Thonitide palude egressus t, ubi concitatius fertur, teste Dionysio, aut postquam Tau-

rum transiit, Tigrin appellari innuat. Sed nomen *Diglito* Arabum esse notat Salmasius, à quibus *Degel* vel *Deglath*, ipso teste nominatur, voce deducta ab Hebraico חדקל *Hiddékel*. Cum igitur nomen *Hiddékel* fluvio huic in inferiore etiam parte in Sacris literis tribuatur, nomen *Diglito* non potest superiori tantum partis proprium haberi; sed nomen *Hiddékel*, aut *Degel*, vel *Deglath*, nomen fuisse videtur Syris & Arabibus usitatum, Tigris vero Medis, si verum sit eos sagittam sic appellasse. Merito tamen dubitari potest an à Græcis nomen hoc inditum non fuerit à *tigri animali*, de quo ambigit Eustathius cum appellationi illi Græcæ occasio etiam dari potuerit à fluxus celeritate, quod tigris omnium velocissimum sit animal. Opinioni huic favet quod refert Eustathius, oraculum quod dam Juliano redditum promisisse eum illustria facturum πρὸς ἐπὶ τὸν ποταμόν, *ad fluvium bestiæ cognominem*: & fluvios duos Assyriæ in Tigrin se exonerantes, Λύκον & Κάπρον, bestiarum nomine, similiter Græci appellant.

V. 984. ῥοὸν ἴσον ἐλαύνων] Euphrati diu quasi parallelus fluens, cum uterque à Septentrione in Meridiem feratur, & hic ab Orientali latere Mesopotamiam claudat, Euphrates vero ab Occidentali, donec tandem Euphrates in Orientem conversus relicto recto illo cursu, ipsum adit, ut cum eo misceatur.

V. 987. Ἔστι δέ τις καὶ μέσσε] Non quidem in *medio* plane Tigris fluvii cursu, seu medio inter fontes & ostia spatio, est *Thonitis palus*; nam in Armenia est, Strabone teste, in qua Tigris oritur, & prope fontes ejus *Thospitis palus* (quæ eadem cum *Thonitide* esse videtur) à Ptolemæo statuitur: sed *medium* hic vocari videtur quicquid extremum non est; neque enim ex ipsa palude prima fluvii origo est, sed loco paulo superiore ortus in paludem hanc influit, & rursus egreditur. Fortasse autem apud Eratosthenem, aut alium auctorem, legerat Dionysius Tigrim in Thonitidem paludem influere κὴ μέσου, quod Dionysius de *medio fluvii cursu* accepit; cum nihil aliud intelligeretur, quam Tigrim *in mediam paludem* influere; ut habet Strabo lib. 16, Διαῤῥεῖ δ' ὁ Τίγρις τὴν Θωνίτην καλουμένην λίμνην κὴ πολύστομον μέσην, *Fluit Tigris per lacum qui Thonitis dicitur, per medium secundum latitudinem.*

V. 988. Ὄνομα Θωνῖτις] Paludem hanc *Thonitin* cum auctore nostro Strabo appellat, qui tamen eandem *Arsenen* etiam dictam refert. Idem vero lacus Plinio, lib. 6. cap. 27, & Ptolemæo, lib. 5. cap. 13, Thospites vocari videtur; quem à Tigri fieri prope fontes Ptolemæus affirmat, Plinius vero inferiore

iore loco statuit, Tigrin affirmans *primo per Arethissam nitrosum lacum labi, non permistis undis ob cursus velocitatem*, (quod de Thonitide seu *Arsena* refert Strabo,) *postea vero Taurum montem subterraneo meatu perrumpere, & postquam emersit alterum transire lacum qui Thospites appellatur, rursusque in cuniculos mergi.* Hoc quidem eidem è Thonitide egredienti contingere affirmant Strabo & Dionysius, ut Thospiten & Thonitin eundem esse oporteat: quamvis Thospitæ alienus locus à Plinio tribui videatur, dum Tigrin alium lacum perlabi, & Taurum perrumpere statuit, antequam ad Thospiten perveniat, cum ipsum Thospiten prope Tigris fontes statuat Ptolemæus. E tanta quidem opinionum diversitate haud facile est veritatem elicere; sed ex nominum similitudine verisimile fit *Arethissam* Plinii non aliam esse quam *Areesam* Ptolemæi, inter quam & Tigrin fluvium intervallum non exiguum ab ipso statuitur. Sin verum sit, Tigrin *Arethissam* perlabi, eadem certe erit cum *Thonitide*, eamque πολυώνυμον esse oportet, ut Ἀρσηνῆς nomen Latini scriptores in *Arethissam* seu *Arethusam* mutarint, eadem vero à *Thospia* urbe vicina *Thospites* dicatur, quod nomen Strabo & Dionysius paulo aliter efferunt, Thonitin appellantes. Straboni quidem fides non deneganda videtur, qui paludem eandem, binominem faciens, Arsenen & Thonitin vocari affirmat, Ἀρσηνὴ, ἣν καὶ Θωνῖτιν καλοῦσι, lib. 11: certissimum enim esse videtur illius indicium, cum ipse Armeniam peragrarit. Potuere vero Plinio duo ista nomina imponere, ut duos esse lacus crederet.

ἧς ἕλκετ' ἐς μυχὰ Τίγρις, Δύνων πολλὸν ἔνερθε] Hæc verba ita sonare videntur, ac si de flumine absorpto in lacus penetralia intelligenda essent: eaque Priscianus & Avienus ita reddunt, ac si sensus esset, Tigrin Thospiten lacum intrantem ita per eum fluere, ut aquæ non misceantur, sed disclusa hinc inde stagni aqua quasi solidis ripis valletur. Ita hæc verba ad illa Strabonis accommodant, qui de Thonitide palude loquens hæc habet; Φέρεται δι' αὐτῆς ὁ Τίγρις ἄμικτον φυλάττων τὸ ῥεῦμα διὰ τὴν ὠκυτητα, *Fertur per illam Tigris impermistum servans fluentum ob celeritatem.* At si Tigris εἰς τὰ μυχὰ, ut habet Dionysius, *in intima lacus penetralia*, seu *fundum*, absorbeatur, quodnam indicium erit aquas non misceri, cum nec *fluvii cursus, nec color dissimilis*, in profundo conspici possit; quibus argumentis utitur Plinius ut probet Tigrim cum Arethissa lacu non misceri? Melius Eustathius, qui hic intelligi censet, Tigrin κατὰ μυχὸν τῆς λίμνης εἰς βάραθρον ἐμπεσεῖν, *in penitiore lacus parte in barathrum, seu cuniculum subterraneum,*

raneum, absorberi, & longo decursu sub terra fluere, deinde rur emergere; ut alia Strabonis verba quæ de eodem fluvio & la habet hic respiciat Dionysi s, Κατὰ δὲ τὸν μυχὸν τῆς λίμνης βάραθρον ἐμπεσὼν ὁ ποταμὸς, καὶ πολὺν τόπον ἐνεχθεὶς ὑπὸ γῆς, ἀν τέλλει κατὰ τὴν Χαλωνῖτιν. Sed constat ex Strabone, lib. 16, ut r cte notat Salmasius, non *in intima voragine*, seu *fundo* paludi Tigrin terram subire, ipse enim ibi affirmat eum *per media paludem fluere, & postquam ad alteram ripam pervenit, tum demu terram cum multo sonitu subire*; Διαῤῥεῖ δ' ὁ Τίγρις τὴν Θωνῖτιν κ λουμένην λίμνην κατὰ πλάτος μέσην, περαιωθεὶς δ' ὅπῃ θάτερον χ λος κατὰ γῆς δύεται μετὰ πολλοῦ καὶ ψόφου καὶ ἀναφυσημάτων. Plini etiam Tigrim, *postquam transiit lacum qui Thospites appellatu in cuniculos mergi* affirmat. Itaque ut Dionysius cum Strabo & Plinio, & ipse Strabo secum consentiat, nomine μυχοῦ nc intelligendus est fundus, seu intimæ paludis partes; sed μυχὸς τοῦ κόλπου est *ultimus sinus alicujus recessus*, τῷ στόματι seu fa cibus oppositus, ita μυχὸς τῆς λίμνης est *extrema lacus pars*, qua vulgo *caudam stagni* vocant, ut στόμα pars superior, ubi fluvi in ipsum ingreditur, sicut à Clar. Salmasio recte notatun Ἕλκεται vero nihil aliud hic valet quam *fertur*, aut *fluit*, ut alil apud Dionysium Ἕλκεται ὠκεανός: quo etiam sensu σύρεσθαι ab e dem usurpatur, ut de Tanai, vers. 16, Σύρεται ἐς Σκυθίην -- I sensus hujus loci est, *Ferri Tigrin per Thonitin lacum usque ad ult mum ejus recessum, deinde terram subire, & post longum subterraneu cursum rursus emergere, atque exinde velocius fluere quam superio sui parte antequam lacum ingressus est.*

V. 993. μέσσην ποταμῶν ἐνέπουσι] Ut Neapolin νέην πόλιν, it Mesopotamiam μέσσην ποταμῶν vocat, per *tmesin*, seu *dialysi* compositæ dictionis. Cum vero regionem hanc, inter Tigri & Euphraten comprehensam, Niphate vero monte ab Arme nia divisam, Mesopotamiam ab incolis vocari affirmet, ho de sensu intelligendum, non de ipsa voce (nisi ad Græcos tan tum incolas referatur, ab Alexandro & Seleucidis, Syriæ regi bus, eo deductos) apud indigenas enim Græca lingua in usi non fuit; sed Hebræis, quorum lingua Syriacæ affinis, ארם נחרים, *Aram Naharaim*, quasi *Syria interamnis*, dicitur, quo nomen Græci Μεσοποταμίαν recte interpretati sunt. Male han cum *Mesene*, insula amnica, inter duo Tigris fluvii brachia in tercepta, in qua Apamia urbs, recentiores nonnulli confun dunt. Mesopotamiam plerique Syriæ adjiciunt, quorum sen tentiæ nomen Hebraicum favet: Plinius vero partim Syriæ partim Arabiæ; quippe cujus partem non exiguam Arabe

occupa

occuparant. In ea celebres fuere urbes Edessa & Nisibis, & *Carræ* (in Sacris literis *Charran* seu *Haran*) Crassi cæde nobilitatæ, nec non Nicephorium in Euphratis ripa ab Alexandro conditum. Clarissima vero *Seleucia*, Seleucidarum regia, *Babylonia* seu ad Tigrin cognominata, quæ à Seleuco Nicatore condita est in Euphratis & Tigris confluente, teste Plinio lib. 6. cap. 26, Babyloniorum colonia eo deducta; cujus vicinia Babylon paulatim exhausta est, teste Strabone lib. 16; uti & *ad hanc exhauriendam*, cum libera ageret, *Ctesiphon* postea *in proximo à Parthis condita est*, & eorum regia (teste Plinio) constituta.

V. 994. Οὐ μέντοι κείνης] Uberi pascuorum fertilitate Mesopotamiam hic celebrat, uti & fructuum proventu vers. 997, & Cerealium frugum vers. 998, pulchroque ipsorum hominum aspectu vers. 1000. *Seleuciæ* quidem *agrum totius Orientis fertilissimum* esse affirmat Plinius, lib. 6. cap. 26; reliqua etiam Mesopotamia εὔβοτος χώρα καὶ εὐερνὴς à Strabone vocatur (quod tamen non de tota, sed præcipua saltem parte, intelligendum) & *annuis Euphratis fluvii inundationibus invectam Mesopotamiæ soli fœcunditatem* refert Solinus cap. 40; quam quidem *tam uberi & pingui solo* esse affirmat Curtius, lib. 5, *ut à pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat.*

V. 995. Οὐδ' ὅστις σύριγγι] Periphrasis *upilionis*, seu *ovium pastoris*. Hoc vero hominum genus, uti & cæteros pastores, Pana præcipue præ reliquis diis coluisse, eosque *lentos in umbra jacentes* fistula se oblectasse, cujus inventionem Pani tribuunt, ex Theocrito & Virgilio in Bucolicis constat.

Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit; Pan curat oves, oviumque magistros.

κεράνυχα Πᾶνα] *Panos* nomine totam mundi compagem veteres colebant, consentiente ipso nomine (πᾶν enim Græce *universum* sonat) & *Panos* ipsius effigie, quæ præcipuas quasque Universi partes aliqua ex parte repræsentavit. Cornutus fingebatur, ad radiorum solis & cornuum lunæ similitudinem (sicut numina solem aut lunam particulariter repræsentantia cornuta ficta sunt, vide in vers. 140, & vers. 212;) rubuit ejus facies, ad ætheris imitationem; in pectore nebridem maculosam habuit, cœli stellati imaginem, vide in vers. 703; pars ejus inferior hispida fuit, propter arbores & virgulta, quibus consita est terra, & feras ibi alitas; caprinos pedes habuit, ut epitheto κεράνυχα hic innui videtur (quo *ungulas instar cornu* eum habuisse indicatur) ad soliditatem terræ, infimæ Universi partis,

partis exprimendam. Eustathius quidem κεφάλυχα hic ὀξύκερων reddit, quasi *acuta cornua habentem*, ac si ὄνυξ nihil aliud quam *acutum* hic significaret: sed hoc nimis coactum videtur, neque enim ulla vel auctoritate vel analogia probari potest ejusmodi significationem voci ὄνυξ convenire posse. Fistula, quam gestavit Pan, ex septem disparibus calamis compacta, sphærarum cœlestium harmoniam à philosophis quibusdam decantatam notasse videtur. Ideo vero pastorum deus habitus est, quod in Arcadia antiquissimus esset ejus cultus, atque inde ad alias gentes derivatus, (unde Virgilio *deus Arcadiæ* vocatur) Arcades vero pastoralem vitam maxima ex parte agerent.

V. 997. ἀθερίσασθο] Homerica dictio, Il. α'. usurpata, quæ notat *contemnere tanquam aristam* (rem nullius pretii,) quæ Græcis ἄθηρ dicitur; ut ἀθερίζειν æquipolleat phrasi Latinæ, *flocci* aut *pili facere*.

V. 1002. Ἀνέρες Ἀρμυρίοι τε] *Armenia* duplex fuit, *Minor*, (quæ pro Cappadociæ late sumptæ parte habita est) ad Occidentalem Euphratis ripam sita, & *Major*, de qua sola hic agitur, à Mesopotamia monte Niphate divisa, Araxe fluvio & Euphratis ac Tigris ortu clara, in qua urbes etiam inclytæ Artaxata, Arsamosata, & Tigranocerta. Armenios autem Syris cognatos esse, quod prodit Strabo lib. 1, argumento est tum nomen ipsum (quod ab Armenio nescio quo Iasonis comite quidam fabulose deducunt) Aramæorum nomini, quo Syri se appellant, non dissimile, tum similitudo tam morum quam linguæ, teste Strabone. Linguam quidem Syriacæ cognatam fuisse indicio est, quod urbium plurium nomina in *certa* terminantur, quod fit à Syriaca voce קרת urbem significante: sic Tigranocerta nihil aliud quam Tigranis urbem denotat. Terminatio etiam *sata* Syris, quibus urbs est Samosata, cum Armeniis communis est, facta fortasse à שתו *fundatio*, quod deducitur à שתו *posuit*.

Ματιανοί] *Matiana*, seu *Mattiana*, Mediæ regio est, ex Herodoti & Stephani sententia, sed in Occidentali ejus latere sita qua Armeniæ contermina est, ubi *Matiana palus*, quæ Ptolemæo *Martiana* vocatur, quam quidem Strabo in Armenia majore statuit, Matianam tamen regionem tam ab Armenia quam Media distinguens. Atque huic consentire videtur Dionysius, Matianos Mediæ non accensens, quippe qui solam Mediam magnam, ubi Ecbatana urbs, pro Media proprie dicta habet: vide vers. 1020.

V. 1003. Οὔρεσι κεκλιμένοι] Montes Moschici, Paryardes Abos

bos, Niphates, Gordiæi, in Armenia; aut circa illius termi-
os, à Ptolemæo statuuntur, lib. 5. cap. 13, & Strabone lib. 11;
uxta Matianam vero Chaboras & Caspii montes; quæ qui-
em singula Tauri brachia habentur.

ποταμοῦ πρόπας Εὐφρήταο] Hoc ad Armenios præcipue refe-
endum, cum in Armenia majore Euphrates oriatur, ut supra
otatum: Matiani quidem (qui quasi obiter hic nominantur,
t Armeniis finitimi) ab Euphrate longius remoti sunt.

V. 1004. Πίονες ἀφνειοί τε] Armeniam magna ex parte mon-
osam & sterilem esse, planities vero quasdam eximie fertiles
abere, præcipue Araxenos campos, cum vicina *Sacasena* re-
ione (quæ Ptolemæo *Sacapene* est, unde *Sagapenum* allatum)
x Strabone constat, qui & Matianæ felicitatem prædicat. Idem
tiam Armeniæ terminos, cum primo angusti fuerint, incola-
um fortitudine, quæ hic notatur, auctos fuisse indicat, idque
rtaxiæ præcipue, à quo Tigranes genus duxit, & Thariadæ
pera, qui ab Antiocho magno desciscentes in Armenia re-
na duo erexerunt, domitis etiam finitimis quibusdam genti-
us, ipsisque regionibus Armeniæ adjectis.

V. 1005. Πρὸς δὲ νότον Βαβυλὼν ἱερὴ πόλις] Descripta jam Ar-
enia ad Septentrionem à Mesopotamia sita, Babyloniam
m regionem adit, ab urbe Babylone denominatam, quæ ab
ustrali Mesopotamiæ latere posita est. Tota ea regio Plinio
Solino Chaldæorum (qui Hebræis *Chasdim*, à *Chesed* filio
achor, gentis auctore, sic dicti) sedes haberi videtur, dum
abylon chaldaicarum gentium caput ab ipsis nominatur: Ptole-
æus vero & Strabo Chaldæos in sola ejus parte Arabiæ de-
rtæ contigua statuunt. Chaldæos astrologiæ studio (de quo
de in vers. 236.) adeo deditos fuisse constat, ut hinc astro-
gi, tanquam communi nomine, Chaldæi dicerentur. Baby-
n autem (quæ *diu summam in toto orbe claritatem obtinuit*, teste
linio lib. 6. cap. 26.) ἱερὴ hic dicitur, seu tanquam magna,
ide in vers. 298, ἱερῷ, θείῳ, ἤτοι μεγάλῳ, Suidas; sive quod
onditor ipsius Belus pro deo coleretur. Nomen Βαβυλὼν à
iræcis factum à nomine בבל *Babel* (quo ab Hebræis appella-
ur) *confusionem* notante, quod pro בלבל *balbel* factum esse, al-
ro ל extrito, ex Onkelo notat Bochartus, qui habet Gen. 10. 9,
deo vocavit nomen ejus Babel, quia ibi בלבל *bilbel*, id est *confudit*,
ominus sermonem totius terræ.

V. 1006. Τείχεσιν ἀῤῥαγέεσσι Σεμίραμις ἠστεφάνωσε] Semiramin
ginam aliqui urbis hujus conditricem fuisse ferunt: ita Mela
b. 1. cap. 11, & Strabo lib. 16, Ὁ μὲν Νῖνος ὁ τὴν Νῖνον ἐν τῇ

Ἀτȣ-

Ἀτουρίᾳ κτίσας· ἡ δὲ τούτου γυνὴ Σεμίραμις, ἧς ἐστι κτίσμα ἡ Βαβυλών *Ninus qui Ninum urbem in Assyria condidit; uxor vero ejus Semiramis, cujus structura est Babylon.* Plerique vero non urbem ipsam ab ea conditam, sed muris tantum cinctam, cum auctore nostro produnt; non quidem æreis (ut ex fabuloso nescio quo auctore hic refert Eustathius) sed *ex cocto latere, bitumine interstrato.* Ita Justinus lib. 1, & Ovidius,

— ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Ex ea quidem materia turrim Babel extructam sacræ literæ docent. Id de muris à Ctesia etiam proditum, uti & ab aliis Græcis, ut ab Eustathio infra indicatur. Centum vero æneas portas habuisse refert Herodotus. Urbem sexaginta millia passuum amplexam muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis, refert Plinius lib. 5. cap. 26: murosque eos inter septem θεάματα, seu orbis miracula, habitos refert Strabo lib. 16, dimensiones tamen illas aliquanto moderatius tradens, urbisque ambitum 385 stadiis definiens; à quo minimum discrepant Herodotus & Curtius. Notandum, Seleuciam hic ab Eustathio perperam cum Babylone confundi, quod tamen & à Stephano fit, Βαβυλὼν Περσικὴ πόλις Σελευκία καλουμένη, & eandem tam ab hoc quam ab illo *Persicam urbem* vocari. Sed Babylonem Persicam urbem vocant, non quod in Perside sita fuerit, sed quod ad Persicum imperium post Cyri regnum pertineret; ut Parthiæ nomen ad totum Parthorum imperium à Solino extenditur, cap. 59. Alter vero error hinc ortus videtur, quod *Seleucia*, non longe ab antiquæ Babylonis sede condita, *Babylonia* διακριτικῶς, à regione, cognominata fuerit, ut à *Seleucia Pieria* & aliis hujus nominis urbibus distingueretur; hinc factum ut *Seleuciam* cum ipsa urbe *Babylone* (quam & *Babyloniam* nonnulli vocant, licet regioni nomen illud magis proprie congruat) auctores hi confuderint.

V. 1007. μέγαν δόμον εἵσατο Βήλῳ] Beli templum intelligere videtur, cujus Herodotus, Plinius, & Solinus, locis mox citandis, meminerunt. *Domum* autem pro *templo* poni ut Hebræis frequens, sicut è sacris literis constat (ubi inter cætera *Beth baal, domus Baal*, pro templo Baal ponitur, 1 Reg. cap. 16.) ita Latinis & Græcis non prorsus inusitatum est; unde ὁ πρόναος πρόδομος etiam dicitur: Ita Pollux de templo, Τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ πρόδομος, καὶ τὸ κατόπιν ὀπισθόδομος. Belus vero hic primus Assyriorum rex Servio dicitur, eumque Babylonem condidisse (quam postea Semiramis mœnibus cinxit) testantur

tantur tum alii, tum Dorotheus Sidonius, Ἀρχαία Βαβυλὼν Τυ-ῶν Βήλου κτίσμα, *Antiqua Babylon Tyrii Beli structura.* Ambigit ea de re Curtius lib. 5. *Semiramis eam condiderat, vel, ut plerique credidere, Belus, cujus regia ostenditur.* Notandum vero eum Dorotheo Tyrium vocari, & tamen Babylonis conditorem statui, ut idem videatur esse Belus quem Phœnices regem Virgilius & alii statuunt, quippe qui non modo Assyriæ & Babyloniæ, verum & Syriæ postea stricte vocatæ, cujus pars Phœnice, imperarit. Eo nomine Nimrodum, qui *Babel* condidit, primæ monarchiæ fundamenta jecit, (vid. Gen. 10,) ab ethnis appellatum Theologi statuunt; vide Voss. de orig. Idol. lib. 1. cap. 24. Hunc à Nino filio (sic dicto à נין *nin*, quod filium notat) à quo Assyria monarchia in majus provecta, pro deo consecratum testantur tum alii, tum Hieronymus in Hoseæ cap. 11. *Ninus in tantam pervenit potestatem, ut patrem suum Belum referret in deum, qui Hebraice dicitur* בל Bel. *Hunc Sidonii & Phœnices appellant* בעל Baal. Hoc vero nomen *dominum* significare notum, ideoque tanquam cognomen merito Nimrodo addi potuit, qui dominium in gentes plures sibi assumpsit. Belum nunc *Iovem* Græci quidam & Latini (quasi summum illarum gentium numen) interpretantur. Ita Herodotus templum Beli, cujus hic mentio, ἱερὸν Βήλου Διὸς appellat; & Solinus cap. 60, de Babylone loquens, *Beli ibi Iovis templum, quem inventorem cœlestis disciplinæ tradidit etiam ipsa religio, quæ deum credit;* quæ ex Plinio habet, lib. 6. cap. 26. Dubitatur tamen an Sol nomine Baal seu Bel non coleretur, quod Servio in Æneid. 1 visum: *Assyrios constat Saturnum (quem eundem & Solem dicunt) Iunonemque coluisse, quæ numina etiam apud Afros postea culta sunt, unde & lingua Punica* Bal deus *dicitur: apud Assyrios vero* Bel *dicitur quasi sacrorum ratione & Saturnus & Sol.* Et hoc quidem eo probabilius redditur, quod *Baal* seu *Beel* à Phœnicibus cultus inter cætera cognomina *Beelsamen*, quasi בעל שמים *dominus cœli*, diceretur, ut ex Sanchoniathone notat Eusebius, Evangel. præp. cap. 7. Τὸν ἥλιον θεὸν νομίζουσι μόνον, οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην, καλοῦντες, *Solem deum unicum existimarunt, cœli dominum, Beelsamen, vocantes.* Quo nomine quod aliud Soli convenientius? Is quidem & Adoneus Arabibus aut Syris dictus, teste Ausonio Epigr. 29, ab אדון *Adon*, *dominus*; unde Græcorum Ἄδωνις, qui & Sol est, Macrob. Sat. lib. 1. cap. 21, ut supra notatum. Belum etiam eundem cum Ammone facit Nonnus, quem solem esse probatum est in vers. 212; atque is Jupiter Ammon, ut hic Belus Jupiter dicitur, diversa nomina Ammonis

monis & Beli apud gentes diversas sortitus,

Βῆλος ἐπ' Εὐφρήταο, Λιβὺς κεκλημένος Ἄμμων.

Ad Euphraten Belus, in Libya Ammon vocatus.

Verisimile igitur Soli, seu cœli domino, & Belo regi, terrestri domino, eos cultum communem tribuisse.

V. 1009. Καὶ τῆς τοι πεδίον περιώσιον] Ita de Babylone Herodotus, κεῖται ἐν μεγάλῳ πεδίῳ, *in magna planitie sita est*; quam *planitiem*, seu *campum*, *terræ Sinaar* sacræ literæ vocant, Gen. 11.2. Nec tantum de vacuis campis urbem circumjacentibus verum etiam de ipso solo ab urbe, cum arce & hortis pensilibus, occupato, hoc auctoris intelligendum videtur, ut eorum magnitudo insinuetur.

V. 1010. Ἀκρόκομοι φοίνικες ἐπηρεφέες] *Palmæ* duplici epitheto hic ornantur, ob ipsam arboris naturam, & crescendi modum, ex Eustathii sententia. Ἀκρόκομοι enim dicuntur quia in summitate sola ramis ornantur, eosque non in latum spargunt, sed in altum efferunt; ἐπηρεφέες vero Eustathio dici videntur, quod in modum tecti fornicati rami fastigiantur. Dubitari tamen potest an horti pensiles Babylonii, ab auctoribus passim celebrati, hic non notentur, ubi super pilas lapideas fornicatas, terra instrata, arbores proceræ consitæ fuerunt; de quibus consuli potest Strabo lib. 16, & Curtius lib. 4. Ita φοίνικες ἐπηρεφέες πεφύασι hic reddendum erit, *Palmæ super tectum crescunt*: ut enim ἀνηρεφὲς est *quod tecto caret*, Apollon. in Argon. ita ἐπηρεφὲς hic erit *quod super tectum nascitur*: sic significatio præpositionis ἐπὶ, quæ sæpe valet *super*, ut in ἐπίπεδας, ἐπιχθόνιος, & similibus, melius retinebitur. Et verisimile est auctorem majus aliquid indicare voluisse quam palmas in Babyloniæ campis nasci; cur enim hoc memorabile videretur, cum in Africa & Asia passim proveniant? Sed communem sententiam, quæ satis commoda est, non rejicio, nec sententiam meam profero, sed conjecturam tantum propono, quam doctiorum judiciis subjiciendam censeo.

V. 1012. Ὑγρῆς βηρύλλου γλαυκὴν λίθον] *Beryllum* in Babylonia nasci refert, quam auro præfert; uti & Plinius, lib. 37. cap. 5, de eadem gemma loquens, *Indos* affirmat *carere auro malle*. Eam ὑγρὴν *liquidam* vocat (male enim *humidam* H. Stephanus interpretatur) propter pelluciditatem, sicut *liquidi amnes* Latine dicuntur, & *liquidus æther*, Horat. unde *liquidum* pro *claro & manifesto* usurpatur. Recte notat Eustathius ὑγρὰν dici τὴν βήρυλλον ὡς τῶν γλαυκῶν σωμάτων ὑγρῶν ἐν δοκοιούτων διὰ τὸ διαφανὲς, *quod corpora glauca liquida esse videantur propter pellucidi-*

pelluciditatem. Sic Plinius de ſmaragdo, *Doſque eorum eſt in colore liquido imitante translucidum maris*: & paulo poſt *dilucidum* ac *liquidum* ab eo, tanquam ſynonyma, conjunguntur. Glaucum vero colorem, qui beryllis hic tribuitur, felinorum oculorum colorem imitari è Servio notat Salmaſius in Solinum; qui & aquas marinas berylli colorem nonnihil referre ex Epiphanio indicat, qui berylli colorem ſic deſcribit, ἐστὶ γλαυκίζων μὲν ἐστι θαλασσοβαφής, *ad glaucum quidem accedit, marino colore tinctus.*

V. 1013. ἐν προβολῇς, ὀφιήτιδος ἔνδοθι πέτρης] Non recte προβολὰς *effluvia torrentium* hic reddit H. Stephanus; inde ſcil. in errorem ductus, quod beryllos naſci ἐν προβολῇσιν ἀναύρων verſ. 1115. legeret, atque ibi *effluvia torrentium* ſignificari putarit, & eundem utrique loco ſenſum congruere exiſtimarit. Sed aliud eſt ἐκβολὴ, quod *effluvium* recte reddi poteſt, aliud προβολὴ, quod *prominentiam* notat: προβολὴ, ἐξοχὴ, & προβολοι, λίθοι, Heſychio. Ita προβολαὶ ἀναύρων, verſ. 1118, ſunt *eminentes fluviorum ripæ*; hic vero προβολαὶ (ut recte notat Salmaſius, not. in Solin. pag. 341.) ſunt *prominentiæ cautium in quibus cæditur Ophites marmor.* Ὀφιῆτις pro Ὀφίτης hic dicitur per *Epentheſin poet.* ut πολιήτης pro πολίτης: eſt autem marmoris ſpecies à ſerpentium maculis ſic dicta, teſte Plinio lib. 36. c. 7. Errat igitur interpres Avienus, cui Ὀφιῆτις πέτρα pro proprio loci nomine accipitur, dum hæc Dionyſii verba ſic reddit,

— *Ophietidis arcis in arvis*:

nec diſſimili modo Priſcianus, in eodem errore verſatus,

— *Ophianæ ad mœnia petræ.*

Beryllum intra Ophiten lapidem naſci tradit hic Dionyſius; neque hoc mirum, ſimilia enim ab aliis feruntur: ita Theophraſtus de lapidibus, οἱ δὲ καὶ ἐν ἑτέροις εὑρίσκονται διακοπτομένοις, *inveniuntur aliqui in aliis lapidibus dum cæduntur.* Sic Plinius de Sarda, *Laudatiſſima circa Babyloniam, cum lapidicinæ quædam aperirentur, hærens in ſaxo, cordis modo*; ſcil. ut cor in medio corpore. Et ſimiliter beryllos ibidem natos fuiſſe nihil prohibet. Ita & hic Euſtathius, metaphora non ineleganti, beryllum μαρμάρῳ λίθῳ ἐνθαλαμεύεσθαι, *in marmore tanquam in thalamo recubare*, affirmat, neſcius interim Ophiten marmoris eſſe ſpeciem, ſed pro loco accipiens; verba enim ejus ſic ſe habent, Τόπος μάρ τις ἐκεῖ ὀφίτης ἐκβάλλων μάρμαρον λίθον, ᾧ ἡ βήρυλλος ἐνθαλαμεύεται. niſi ὀφίτην pro ὀφίτης ibi legendum ſit, quod illum nobis conciliabit.

V. 1014. ὑπὲρ Βαβυλῶνος ἐπὶ πνοιὴν Βορέαο] A Babylonia jam

jam ad Assyriam proprie dictam transit, Nino urbe, Babylone olim majore, & prima insigni monarchia celebrem (in qua etiam Arbela urbs tertia Alexandri victoria clara) quæ incolis propria dialecto *Aturia* dicta est, teste Strabone; ut אתור pro אשור apud Chaldæum paraphrasten perpetuo legitur. De nominis Assyriæ ratione jam dictum in vers. 772. Cum vero Græci sub Assyriæ nomine, quod postea in Syriam mutarunt, regiones pleraque Assyrio imperio subditas comprehenderent, ut ibi notatum, hinc factum ut alii alias hujus imperii partes Assyriæ stricte sumptæ nomine notarint. Et Dionysius quidem Leucosyriam, aut ejus partem, pro Assyria stricte sic vocata sumit: hinc licet gentes quasdam Assyriam incolentes enumeret, regionem tamen ipsam Assyriam non nominat, quippe quam longe alibi statuit. Gentes quas hic recenset ὑπὲρ Βαβυλῶνος, hoc est *ultra Babylonem*, ad ortum scilicet sitas esse affirmat, ita tamen ut ad Boream simul vergere indicet: quod de Messabatis quidem & Chalonitis, Assyriæ incolis, verum est; de Cissis vero quid sentiendum sit mox disquiretur. Obiter interim notare libet eam Assyriæ partem in qua Ninus, seu Ninive, urbs sita (quam quidem alii ad Tigrin, alii ad Lycum fluvium statuunt, qua de re vide Fulleri Miscell. lib. 3. cap. 6.) *Adiabenen* dictam; quod nomen licet Græci ab α priv. & διαβαίνω deductum opinati sint, Fullerus tamen, Ammiani auctoritate fretus, qui *à fluvio Diava* sic vocatam refert, fluvium illum Syris ואבא ab Hebræa voce זאב *lupus*, ab Assyriis vero, ז in ד verso, דאבא dictum censet, atque inde regionem *Adiabenen* nominatam, quam Ἀυιάβην interpreteris; sicut Græci fluvium ipsum Λύκον, & hinc Latini *Lycum*, per nominis interpretationem reddiderunt.

V. 1015. Κισσοὶ] Interpres Dionysii Avienus non Κισσοὶ sed Κοσσοὶ hic legisse videtur, ipse enim *Cossi* reddit. Et profecto Cossorum, seu Cossæorum, situs non male huic loco congruit. Polybius & alii Mediæ eorum regionem accensent, Ptolemæus in Susianæ parte Assyriæ proxima locat, Strabo Elymæis conjungit. Ex his vero omnibus, atque etiam ex Plinii lib. 6. c. 27, constat eos montana tenuisse inter Assyriam, Mediam, & Susianam interjecta; unde regionem eorum in ipso confinio sitam alii Mediæ, alii Susianæ adjiciunt. Ita ad Orientem quidem respectu Babyloniæ siti sunt, inde vero nonnihil ad Boream potius quam ad Austrum vergunt, situ populo hic nominato satis conveniente. Cissios quidem eosdem cum Susiis facit Strabo lib. 15, Ἀσσυρίαν δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι, ac si plane syno-

nonyma forent: Ptolemæus vero Ciſſiam Suſianæ partem
cit; ſed ab Aſſyria remotam, & ad Auſtrum magis quam
oream à Babylone vergentem, qui ſitus huic loco non conve-
it. Sed Ciſſios aliqui à Suſiis prorſus diſtinguunt, ut à Ca-
ubono in Strabonem ex Æſchylo notatur; & Philoſtratus qui-
em in Media Ciſſiam ſtatuit, ſed non longe à Babylone: ut
x collatis horum ſententiis colligi poſſit eos in Suſianæ, Me-
iæ, & Aſſyriæ collimitio ſitos fuiſſe, ubi plerique Coſſæos
iam ſtatuunt; ut dubitari poſſit an eadem non fuerit gens
uam antiquiſſimi Græci Ciſſos & Ciſſios, (quos & aliqui poſt-
a ſequuti) poſteriores vero plerique Coſſos & Coſſæos ap-
ellarint. Et hoc quidem propius ad nomen *Chus* accedit quam
iſſiorum nomen, quod tamen à *Chus* deducit Bochartus, *Ciſ-
os* è poſteris *Chus* filii Cham fuiſſe cenſens, à Nimrodo (qui
abyloniæ & vicinis regionibus imperavit) huc deductos.
tolemæus tamen pro diverſis gentibus Ciſſios & Coſſæos ac-
epit, quod diverſa hæc nomina apud diverſos auctores inve-
erit, & ſitum non prorſus eundem, cum vagi fuerint, & ſparſi
egerent; unde vox νέμονται, quæ hic à Dionyſio uſurpatur,
lomadicis gentibus congrua, his & Meſſabatis optime con-
enit. Coſſæos quidem latrociniis deditos fuiſſe, & ex alieno
ivere ſolitos, refert Geographus, quod & innuit Plinius, *Coſ-
æos latrones* vocans: atque aliquam eorum partem in Mediæ
ontanis prope Parthiam vixiſſe iidem teſtantur.

Μεσσαβάτην τε] *Meſſabatas* in Perſide juxta Paræticenen ſta-
uit Ptolemæus, lib. 6. cap. 4: idem vero Sambatas in Aſſy-
a nominat, lib. 6. cap. 1, prope Sittacenos & Apolloniatas:
bi dubito an Σαβάτην non ſcribendum ſit, quod eodem ſitu
rbs Sabata à Plinio ſtatuatur, lib. 6. cap. 27, & Meſabatene
b eodem ſupra Coſſæos ad Septentrionem poſita eſſe dicatur,
uod in eundem ſitum cum urbe Sabata regionem illam dedu-
t, Dionyſii etiam deſcriptioni convenientem. Strabo etiam,
b. 11, Σαβατικῶ ad Zagrium montem Mediam ab Armenia
irimentem ſtatuit; ubi tamen Μασσαβατικῶ legendum monet
aſaubonus, quod Μασσαβατικὴν ab eodem, lib. 16, eo ipſo in
u ſtatuatur, quam Ἐλυμαίας ἐπαρχίαν ibi vocat. Utcunque ve-
b de ea dictione ſe res habeat, ibi certe Meſſabatarum regio
iit, ex Dionyſii, Plinii, & ipſius Strabonis ſententia, ubi Sam-
atæ (niſi corrupta ſit ea ſcriptura) à Ptolemæo ſtatuuntur:
uos & Sabatas dici potuiſſe non modo ex Strabone, lib. 11,
t urbe quæ Sabata Plinio vocatur, verum & inde arguitur,
uod *Sabtha* Hebræis dici tradit Arias Montanus, ſi Ortelio

fides. Levem quidem esse servilis literæ ס, cum vocali adju
cta, adjectionem vel jacturam norunt Hebraicæ linguæ peri
cui cognatæ harum gentium linguæ. Quod si Messabatæ etia
aliqui in Perside fuerint, ubi à Ptolemæo statuuntur, hoc in
contigisse censendum quod vaga gens fuerit, latrociniis vi
nos infestans, & aliena loca occupans; quod de Elymæis, qu
rum pars Messabatæ, tradit Geographus, & de Cossæis m
do notatum.

Χαλωνῖταί τε] Chalonitis Assyriæ regio inter Ctesiphonte
urbem & Zagrum montem à Plinio, lib. 6. cap. 27, statuitu
ab eodem etiam, cap. 26, *Ctesiphon* ipsa, Parthici regni cap
in Chalonitide à Parthis condita fuisse dicitur. Prope Zagru
etiam Chalonitis à Polybio, lib. 6, statuitur, uti etiam à St
bone lib. 16, ut à Casaubono locus ille restituitur, cum in e
tis plerisque Χαωνῖτις scribatur. Ita de situ hujus gentis nullu
restat dubium.

V. 1016. Ἀρμενίων ὀρέων] Non eosdem *Armenios mon*
hic intelligit è quibus Euphraten oriri vers. 978 affirmarat:
Abo enim seu Paryardis parte Euphratis origo est, Caspii v
montes Ptolemæo vocati, quos sub Parachoatræ nomine St
bo complectitur, Armeniam à Media disterminant. Un
constat, quod alibi notavimus, Dionysium nomine Arme
montis, quod sæpe usurpat, non particularem aliquem mo
tem, sed quemvis qui intra Armeniæ terminos est, inte
gere.

V. 1017. Μηδικὰ τέμπεα] Mediam περιφράζων Μηδικὰ τ
πεα vocat, quod inter montes sita sit, & maxima ex parte aq
irrigua, & sylvis opaca (unde vers. 1032. λασίας εἰαμενὰς, *pr*
densis arboribus consita, in eadem nominat) quæ propriæ s
notæ locorum quæ *Tempe* vocantur, qualia sunt Thessalica
inter Ossam & Olympum per quæ Peneus fluit. Τέμπη κοι
ματα μεταξὺ τῶν ὀρῶν, καὶ οἱ συνδένδροι τόποι, *Tempe convalles*
ter montes, & loca arboribus consita, Suidas.

V. 1019. Γηλοί τε, Μάρδοι τε, καὶ ἀνέρες Ἀτροπατηνοὶ] De C
lis (quos eosdem cum Cadusiis facit Plinius) & Mardis ja
dictum in vers. 732. Eos in Atropatena regione plerique
tuunt: ipsos tamen ab Atropatenis distinguit Dionysius, n
nisi cultiores regionis illius incolas Atropatenos vocans; c
Geli, Mardi, & alii monticolæ μετανάσται καὶ λῃστρικοὶ, *latrones*
aliunde eo migrarint, teste Strabone lib. 11, & quidem Scyt
ci generis, fuerint. Cætera Atropatenes εὐδαίμονα χωρία, *fel*
loca, vocat Strabo, ut Dionysius hic ἐριθηλέα γαῖαν. Atropat

v

vero seu Atropatia, sic dicta ab *Atropato* duce, qui eam à Macedonum imperio liberam servavit, teste Strabone lib. 11. (pro qua falso Ptolemæus provincias duas, quarum alteram *Tropatenen*, alteram *Antropatiam* vocat, substituit, ut ante nos notavit Salmasius) Mediæ late sumptæ pars est. *Medorum, quorum pars sunt Atropateni*, Plin. lib. 6. cap. 13. Mediam enim in *Atropatenen* hanc, quæ Borealior, & *Mediam magnam* Persis proximam (cujus maximam partem *Choromithrenen* vocat Ptolemæus) dividit Strabo; & Ptolemæus Mediam ab Hyrcanio mari ad Persidis terminos extendit. Dionysius vero Mediæ tantum Magnæ nomen Mediæ tribuit, quippe quæ à solis Medis coleretur sine Scythicarum gentium mistura, quæ maximam Atropatiæ partem occuparant.

V. 1020. ἀγαυῶν ἔθνεα Μήδων] Mediæ Magnæ, seu propriè dictæ, Persidi vicinæ, incolæ (quos ἀγαυὸς vocat, ob imperium quod, victis Assyriis, diu tenuerunt) ubi Ecbatana urbs, Medorum olim regia, & in qua Macedonicis & Parthicis regibus æstiva sedes, ut hyberna illis in Seleucia, his in Ctesiphonte, este Strabone.

V. 1021. Κείνης τοι γλυκέης] A Medea Medorum originem fabulose deducit, Mediam ἐμώνυμον γαῖαν, ipsi *cognominem terram* vocans vers. 1026. (quam ἐπώνυμον potius cum Strabone dicere debuit, neque enim idem plane nomen Μήδεια fœminæ, & Μηδία regionis appellatio:) uti apud Græculos vulgatum fuit à Medo Medeæ filio, aut ipsa Medea, Medorum originem accersere, ut ex Strabone lib. 11. constat. Sed ex sacris literis facile colligi potest, quod statuit Josephus, à *Madai* filio Japheth, de quo Gen. cap. 10, Medorum nomen deductum; perpetuo enim gens ea in Scriptura sacra *Madai* vocatur, & cum Elam jungitur.

V. 1022. ἀμώμου θ' ἡρῴνης] Medea hic ἡρῴνη dici potest, uti & modo ἡρωϊδὸς dicta est, tam ob fortem & heroicum animum ac inclyta facinora, quam quod genus à diis ducere proferetur, & proinde ἀμίθεος haberi potuerit. Ea enim Æetæ Colchorum regis filia fuit; eum vero Solis filium fuisse fabulati sunt, quod Colchidem, quia ibi ultimus est ad Orientem interni maris processus, antiquissimi Græci pro ultimo Oriente, & loco unde Sol ipse oriretur, acciperent, ut è Mimnermo notatum in vers. 940. Ob ejusmodi vero causas heroas dictos testatur Suidas, Ἥρως, ἡμίθεος, δυνατὸς, γενναῖος, *Heros, semideus, potens, generosus.* Quis autem Medeam *inculpatam* dici feret, ut vocem ἀμώμου hic reddit H. Stephanus, cum veneficii, quo

Thesea privignum è medio tollere conata est (ut cætera horrenda illius facinora mittam) à Dionysio hic accusetur? Censendum igitur nomen ἀμύμονα (quamvis Grammatici plerique *inculpatum* reddant, quasi ἄμωμον dictum opinantes) *inclytam* potius aut *strenuam* hic significare, ut in illo Homeri loco,

— ἀμύμονά τε κρείοντά τε.

Ἀκταίοιο παρὲξ ῥόον Ἰλισσοῖο] Athenis, quas Ilissus fluvius præterlabitur, qui Ἀκτὴ & hic dicitur, quod Attica, in qua Athenæ, olim Ἀκτὴ vocaretur. vide in vers. 423.

V. 1024. γόνῳ Πανδιονίδαο] Thesei, cujus pater Ægeus rex Athenienſis Pandionis filius, qui cum ex priore uxore Æthra Thesea genuisset, postea Medeam ab Iasone repudiatam matrimonio sibi junxit. Ea vero Iasonem, qui diu domo abfuerat, reducem, nec à patre cognitum, veneno tollere conata est: unde ipsa ab Ægeo (agnito postea filio) Athenis pulsa est, teste Plutarcho in Theseo, aut præ pudore fugit, ut auctori nostro placet; deinde cum Medo filio ab Ægeo suscepto in Mediam, à Colchide patria non longe dissitam, eam concessisse fabulantur, cum in Colchidem reverti non auderet. Paulo aliter has Græculorum fabulas refert Justinus lib. 41 Iasonem narrans cum Medea in has oras venisse, & à Medo Medeæ filio Mediam, ab Armenio Iasonis comite Armeniam denominatam: uti & Albanos ab Iasone ortos refert Pliniu lib. 6. cap. 12, & Persas à Perse Medi filio Eustathius & al denominatos tradunt: tam late arma sua Iason & ejus comites, aut Græculi certe fabulas suas, circumtulerunt!

V. 1028. Οὐ οἱ ἔλω] Ἔλω hic significat *licebat*, sicut ἔξεστι pro ἔξεσται à poetis Græcis sæpe ponitur, & aliquando *est* pro *licet* apud Latinos, ut apud Horatium,

Mansuri oppidulo quod versu dicere non est.

V. 1029. πολυφάρμακοι ἄνδρες ἔασι] Nescio cur Medos accusetur quasi veneficiis deditos, tanquam à Medea hoc edoctos; nisi forte propter oleum quod Medicum vulgo vocatum est de quo Solinus, cap. 24, de Mysia agens, *Apparet herba qua inficitur oleum quod vocant Medicum; hoc ad incendium excitatum, obruere aqua gestias, ardet magis.* Ammianus etiam, lib. 23, i Persida affirmat oleum confici Medicum, quo illitum telum, hæserit uspiam tenaciter, cremat. Idem & Φαρμακὸν & Μηδικὸν dici interpres Nicandri testatur. Μηδείας ἔλαιον, *Medeæ oleum* Procopio dicitur, Goth. lib. 4, ex quo (uti etiam è Plinio lib. 11. cap. 105) naphtham sic vocatam constat. Φάρμακα (inquit Procopius) ἔνιοι Μηδικὰ μὲν νάφθαν καλοῦσιν, Ἕλληνες δὲ Μη-

δεία

δείας ἔλαιον: *Pharmacum quod Medi naphtham vocant, Græci vero Medeæ oleum.* Medeæ oleum hoc vocarunt, quod eo crederetur Creüsam pellicem à Medea crematam, ut Plinius testatur. Medicum vero, tam quod Medi eo crebro uterentur, quod innuit Procopius, quam quod in Media, aut saltem prope Mediam (in Astacene scil. Parthiæ regione Mediæ proxima, Plinio teste) ebulliret: nisi forte Medicum per errorem aliqui nominarint, cum ἔλαιον Μηδίας, *Mediæ*, legerent, quod Μηδείας, *Medeæ*, scriptum fuit. Non tamen simplex naphtha Medeæ oleum plerisque dictum est, sed σκευαστικὸν φάρμακον, *pharmacum factitium*, ex naphtha herba quadam infecta, ut modo è Solino notatum. Herbam eam Κολχικὸν & ἐφήμερον vocarunt: Colchicum quod in Colchide nasceretur; ephemerum, quod gustata uno die interimeret: de qua Dioscorides lib. 6, Ἐφήμερον, ὃ ἔνιοι Κολχικὸν, διὰ τὸ ἐν Κολχίδι γενέσθαι, *Ephemerum, quod aliqui Colchicum vocant, propterea quod in Colchide nascatur.* Ea ipsa herba Μηδείας τῦρ à Nicandro vocatur; vide Cl. Salmasium in Solinum p. 241, cui nos hæc debere fatemur. De oleo hoc Priscianus Dionysii interpres,

Ignipotens oleo commisto gignitur herba,
Medica cui nomen, cujus compescere flammas
Si quis aqua cupiat, plus ignis pascitur illa.

Sed ut Mediæ nomen pharmaco hoc deleterio infame redditum est, ita prima alexipharmacum protulit non incelebre, citrea scil. mala, quæ & Medica vocata, de quibus Virgilius Geo. g. lib. 2.

Media fert tristes succos, tardumque saporem
Felicis mali, quo non præsentius ullum,
Pocula si sævæ quondam infecere novercæ.

V. 1030. οἱ μὲν ἐπ' αὐτὰς Πέτρας --] Innuit Mediæ partem cautibus asperam esse, extimas scil. oras, ubi Zagrus, Parchoatras, & alii montes; atque in cautibus iis Narcissiten lapidem obscuri coloris nasci affirmat, cujus meminit Plinius lib. 37. cap. 11, quem à narcissi floris colore sic dictum Eustathius arbitratur. Cæteris vero partibus, quæ à montibus longius abstant, pascua læta esse affirmat Dionysius, quod & Strabo lib. 11. confirmat; eo enim teste, in vallibus εὐδαίμων σφόδρα ἐστὶ, καὶ ἄμφορος, πλὴν ἐλαίας, ἱππόβοτος δὲ διαφερόντως, *uberrima est, & omnium ferax, dempta olea, equis vero alendis aptissima*, præsertim in Nisæo campo: uti & oves optime alere Dionysius hic affirmat. Et Strabo quidem herbam quandam, quæ equos

maxime alit, *Medicam*, quod in Media abundet, appellatam notat: ea trifolii species est.

V. 1034. ἄχει πυλάων Κασπαίδων] Κασπαίδων hic legendum esse ex Eustathio constat, qui hæc sic repetit, οἱ Μῆδοι ἄχει τῆς Κασπαίδων διήκουσι πυλῶν, infra etiam notans Caspias portas Κασπάδας à Dionysio vocari παρωνύμως, οὐχ ὑπονοεῖ τικῶς; *denominative, non diminutive.* Obstat quidem metri ratio ne Κασπαίων legatur, ut à Stephano editum est (ministrorum forte incuria) tunc enim penultima produci deberet, ut vers. 1039. Caspiæ hæ Portæ (quæ Mediam ab Oriente termi nant, ut hic indicatur, ultra quas Parthia ad Ortum sita est, vers. 1039.) Πύλαι, seu *Portæ* dicuntur, quod inter invios montes & scopulos angustus ibi transitus sit, quasi per *portam*; Caspiæ vero quod ad loca Caspio mari vicina è Parthia & Persidis parte non alibi transitus pateat, vide vers. 1038. Portæ hæ describuntur à Plinio, lib. 6. cap. 14, & Solino cap. 50. *Caspiæ portæ* (inquit Solinus) *panduntur itinere manu facto, longo octo millibus passuum, nam latitudo vix est plaustro permeabilis.* Et quod de rupibus impendentibus hic habet Dionysius à Plinio confirmatur, *Dextra lævaque ambustis similes impendent scopuli.*

V. 1036. Κληῖδες γαίης Ἀσιήτιδος] *Asiæ claves*, si proprian vocis significationem spectes (quanquam *claustra* non male reddat Hen. Stephanus, cum κλεὶς *clavis* à κλείω *claudo* derivetur) quod ibi tantum aperiatur, & quasi referetur, iter, tam Media & aliis regionibus quæ ad Occidentem spectant in Parthiam, Arianam, & alias Orientales regiones tendentibus quam è Carmania, Persidis parte, & aliis Meridionalibus regionibus (uti hic indicatur) ad Hyrcaniam, & alia loca Septentrionalia Caspio mari vicina. Minus probabile est ex nulla Persidis parte alibi quam per Portas has ad Hyrcaniam transitum datum, sed de Persidis parte Orientali Parthiæ vicina hoc intelligendum videtur, unde (intercluso recto aditu in Median objectu Parchoatræ invii montis) per Parthiam & Portas has in Septentrionem iter facere necesse habebant. Fortasse Dionysius, dum è Perside ad Caspium mare & Hyrcanios per Caspias Portas transiri affirmat, partem Carmaniæ desertæ Ptolemæo vocatæ Persidi accensет; quod à Strabone, lib. 16, fit dum Carmaniam à Septentrione Perside ambiri affirmat: Τὴν μὲν ἐν Καρμανίαν ἐγκυκλοῦται πρὸς Ἄρκτον ἡ Περσὶς πολλὴ ἐστι, *Carmaniam à Septentrione circumdat Persis, quæ magna est regio.* Sec per Caspias Portas è Media & regionibus Caspio mari vicinis in Orientem præcipue itinera facta (& è converso) è Strabone constat;

:onstat, qui intervallum à Caspio mari per Caspias Portas ad Bactra, & ab ipsis Caspiis Portis ad Indiæ fines, ex Eratosthe-ie commemorat. Quod vero ibi celeberrimus esset in media ere Asia transitus, hinc Geographi in dimensionibus itine-um per Asiam describendis, ad Caspias Portas præcipue respi-iunt, distantiam locorum ab illis notantes, ut apud Strabo-em lib. 2. & 11, & alios videre est. Sic Plinius, lib. 6. cap. 15, e Portis his loquens, *Hunc cardinem Alexandri Magni itinera :cere.*

V. 1040. Πάρθοι ναιετάουσιν ἀρήϊοι] Ad Parthiam seu Parthye-en describendam jam accedit, proxime Caspias Portas ad O-entem sitam. Parthiam quidem à Parthyene, ut totum à par-:, distinguit Ptolemæus, Parthyenen Parthiæ provinciam fa-ens: sed ab eo hac in re dissentit Strabo, lib. 11, cui tota re-io quæ Parthia Ptolemæo est Parthyene dicitur; cum quo olybius & alii consentiunt. Ut enim eadem regio Bactria & actriana, atque incolæ Bactri, Bactrii, & Bactriani vocati; ita e hac gente & regione se res habuit, Stephano teste, Λέγονται καὶ Πάρθοι καὶ Πάρθιοι καὶ Παρθυαῖοι· καὶ Παρθυαία ἡ χώρα καὶ αρθυήνη. Regionem scilicet quam Parthi incoluerunt anti-uiores plerumque *Parthyenen*, posteriores vero scriptores (La-ni præsertim) *Parthiam*, ut & incolas Parthos, appellarunt. ed cum antiquæ Parthorum sedis limites perangusti fuerint, uos sensim ad vicina propagarunt, teste Justino lib. 41, re-iunculam quam primo tenuerunt, nomine antiquiore; *Par-yenen*, totam vero regionem quam ante Arsacis imperium :cuparunt *Parthiam* nominat Ptolemæus, Hyrcania, Media, armania, & Aria cinctam, quæ etiam tota *Parthyene* Straboni ocatur: & de ea quidem tota à Dionysio hic agitur. Recen-ores vero Latini aliquando Parthiæ nomen ad totum Parthi-im imperium sub Arsacidis acquisitum extendunt: Ita Soli-is, cap. 59, *Parthiam, quanta omnis est, à Meridie Rubro mari, à :ptentrione Hyrcanio claudi* affirmat, & *regna in ea duodeviginti* imerat. Parthos è Scythia primum profectos Parthiam ab sis dictam occupasse refert Justinus, lib. 41, idque nominis dicio probat, quod *Scythico sermone Parthi exules dicantur*, iod & Eustathius aliique confirmant. Huc accedit quod ser-o ex Scythico & Medico mixtus esset, & armorum Scythi-s mos, teste eodem Justino: utraque quidem gens sagittis æcipue usa est, ut de Parthis hic affirmatur, de Scythis vero rs. 740.

V. 1041. οὐ γὰρ ἀρότρῳ] Parthorum horum (quorum belli-

cam fortitudinem hic celebrans auctor, eos neque agriculturæ, neque nauticæ rei, neque armentis aut gregibus pascendis deditos esse affirmat, sed ab infantia bellicis studiis, equitatione scilicet & sagittarum jactu exerceri) mores & instituta legi possunt apud Iustinum, loco citato, ubi etiam de imperii Parthici (ab Arsace erecti, & ab ejus posteris ab Ariana ad Euphraten propagati, ut Romani imperii æmulum esset) origine & incremento agitur.

V. 1045. Νηπίαχοι τόξοισι] Hoc non de ingenuis tantum pueris, verum etiam de servis (è quibus maxima exercituum Parthicorum pars constabat) intelligendum esse docet Iustinus; de servis enim agens, *Hos*, inquit, *pari cura ac liberos suos habent, & equitare & sagittare magna industria docent.*

V. 1050. Φέρβονται δ' ἄγρῃσι] Ita Iustinus, *Carne non nisi venatibus quæsita vescuntur.*

V. 1052. Αὐσονίου βασιλῆος] Incertum est an Augustum intelligat, quod Eustathius opinatur, & his verbis ad pacem & amicitiam Romanam à Parthis tunc quæsitam, remissis signis Crasso ablatis, respiciatur, (hoc enim Romanis armis non effectum, nisi arma alibi terrarum mota intelligas, quibus Augustus terrorem nominis sui late circumtulit) an Neronem potius, cujus auspiciis res magnæ in Armenia à Corbulone contra Parthos gestæ, donec Tiridates supplex pacem à Nerone peteret, & obsidem filiam traderet. vide Tacit. Annal. lib. 15.

V. 1053. Εἰ δέ σε καὶ Πέρσας] *Persarum* nominis haud certa origo est: indicio quidem est à *Perse* aut *Perseo* aliquo deductum esse Περσειδῶν apud ipsos familia, cujus meminit Herodotus, (unde à *Perseo* illo fabula de Andromeda liberata decantato, aut *Perse* nescio quo, quem Medi filium, Medeæ nepotem fingunt, Græculi nomen deducunt;) alioqui doctis judicandum relinquerem an à פרס *paras, divisit*, *Persis* vocata fuerit, quod perpetuis montium jugis à Media & Susiana dirimatur: vide vers. 1063. Ab Elymæis (ab *Elam* filio Shem denominatis) Persas originem trahere affirmat Iosephus, Antiq. lib. 1. cap. 7; unde עלם *Elam*, in sacris literis Persas significare interpretes plerique arbitrantur. *Elymæis* quidem nomen illud *Elam* primario convenit, quorum regio Mediæ, Persidi, & Susianæ ex plurimorum sententia interjecta est: sed *Elam* seu *Elymaidem* olim latius extensam fuisse, & magnam Persidis postea dictæ partem inclusisse probabile est; unde Persarum apud sacros scriptores nulla est mentio ante Cyri tempora, sub quo

nomen

nomen ipsum ortum videtur, frequens vero in Daniele, Ezechiele, Esther, & aliis libris sub Cyro, aut post ejus regnum, scriptis. Hoc à Bocharto notatum, cujus sententiam (non nisi nuper mihi cognitam post cætera hac de re exarata) de nominis Persarum origine, cæteris repudiatis, libens jam amplector. Nimirum is *Persas* post Cyri imperium sic dictos putat, quasi *equites*, ob summum post Medos victos equitandi studium, (nempe à פרש *paras, eques*) vix enim unquam melioris notæ quisquam pedes conspiciebatur, teste Xenophonte, Οὐδεὶς ἂν τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἑκὼν ὀφθείη Περσῶν οὐδαμοῦ πεζός. Pluribus hoc probatur tam à Bocharto quam Brissonio de regno Pers. lib. 3.

V. 1056. Ἀσίης βασιλεύτατον ἔθνος] Nulla nimirum Asiatica gens tantum imperium tenuit quantum Persæ, quippe qui imperio illi quod Assyrii & Medi antea tenuerunt Lydorum etiam regnum & Ægyptum adjecerunt, imperii sui terminis ab Indiæ finibus ad Hellespontum usque (vel, ut testantur sacræ literæ, Esther. cap. 1, ab India ad Æthiopiam) prolatis. Hinc Persarum rex ὁ βασιλεὺς, *Rex*, κατ' ἐξοχὴν, & Μέγας βασιλεὺς, *Rex Magnus*, appellatus est; εἰθισμένων τῶν Περσῶν βασιλέα Μέγαν προσαγορεύειν, *cum soliti essent Persarum regem Magnum appellare*, Plutarch. in Apophtheg. Imo & *Rex regum*, ut tam historia sacra, Ezræ cap. 7. vers. 12, quam profanæ testantur. De origine imperii hujus (quod Cyri virtute acquisitum est) consulatur Herodotus, & Iustinus lib. 1. De interitu ejusdem (Dario ultimo rege ab Alexandro magno tribus præliis superato) legantur Curtius, Iustinus, & Plutarchus in Alexandro.

V. 1058. Ὁππότε Μηονίην] Innuit ditissimos antea habitos Lydos, qui & Μήονες dicti, quorum præcipua urbs Sardes, Crœsi regia (cujus divitiæ in adagium abierunt, uti & Pactolus fluvius Sardes alluens χρυσοῤῥόας dictus, vide in vers. 832.) Persas vero Lydorum spoliis adeo ditatos, ut equi virique postea auro fulgerent: qualem Persicorum armorum apparatum in prælio ad Issum cum Alexandro gesto describit Curtius lib. 3. *Illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant, manicatasque tunicas gemmis etiam adornatas.* Et quod ad aureos frænos attinet, eorum meminerunt tum alii, tum Dion Chrysost. Orat. 2. de Regno; ubi cum mentionem fecerit χρυσῶν φαλαρῶν καὶ χαλινῶν, *phalerarum & frænorum aureorum*, subdit, ὁποῖα τοὺς Πέρσας φασὶν ἐπιτηδεύειν, *qualia Persas affectasse ferunt.* Et splendidis hisce indumentis post victum demum Crœsum eos consuevisse testatur Ammianus lib. 24, *Armillis uti, monilibusque aureis, & gemmis*

mis assuefacti post Indiam victam & Crœsum: priscam enim eorum frugalitatem describit Xenophon, Κύρ. παιδείας lib. 1, & constat apud omnes ante Cyri imperium Persas inopes fuisse. Indiæ vero nomine apud Ammianum Ariana intelligenda videtur, quam aliqui Indiæ adjiciunt, vide in vers. 1107. India enim proprie dicta nunquam Persis paruit.

V. 1064. Καστπαδῶν πυλέων] Verum quidem hoc quod à Caspiis Portis ad meridiem Persis sita est, non tamen ipsæ Portæ Persidem attingunt; eæ enim inter Mediam & Parthiam, inter Mediam vero & Persidem Parchoatras situs, Ptol. lib. 6. cap. 4, qui Persidis terminus Borealis fuit, ut Persicus sinus Australis, vide vers. prox. Eratosthenis vero sententiam Dionysius hic sequi videtur, qui Persidis terminum Borealem facit Caspias Portas; sive quod Carmaniæ desertæ & Parthiæ partem sub Persidis nomine comprehendat, vide in vers. 1036, sive quod montes ipsos in quibus *Portæ* proprie dictæ (qui quidem ad Persidem procurrunt) *Caspias Pylas* vocet κατα χρηστικῶς (quomodo & Thermopylarum nomen à quibusdam usurpari in vers. 438 notatum:) sic Mela, lib. 1. cap. 15, inter Tauri brachia Caspias Pylas, cum Paropamiso & Niphate, nominat.

V. 1069. Περῶται Σάβαι] Tribus hisce gentibus triplicem situm sigillatim assignare videtur, quem diversis Persidis populis competere præcedentibus versibus indicaverat; ut prope Parachoatram montem, qui Mediam à Perside disterminat, sint Sabæ seu Sabæi, in Persidis mediterraneis Pasargadæ, in maritima ora Tasci. Certe hic non recensentur maritimæ tantum gentes ultimo loco nominatæ, ut statuit Salmasius; cum Sabæi à mari longe dissiti fuerint, & Pasargadæ urbs satis à mari remota, ut ex Ptolemæo & aliis constat. Σαβαῖοι, quos in Persidis ora Carmaniæ obversa supra Suzæos versus Mediam habet Ptolemæus (ubi corrupte interpretes Stabæos reddunt) illos esse quos hic Σάβας vocat Dionysius (ut his ἐμωνύμως Sabæos Arabicos Σάβας etiam vocat) apertius est quam ut probatione indigeat. Probabile mihi visum fuerat, ut *Sabæos* Arabas à *Sheba* & *Seba* posteris Chus oriundos, ita *Sabas* seu *Sabæos* hos à *Sheba* filio Ioktan ortos fuisse, cujus posteros Orientalia loca tenuisse historia sacra testatur, Gen. 10. vers. 30. Sed doctissimus Bochartus mihi plane persuasit Arabiam felicem posterorum Ioktan sedem fuisse; cui rei ipsorum Arabum scripta fidem facere testantur.

μετὰ δὲ Πασαργάδαι] *Pasargadæ* Persidis urbs fuit prope Carmaniam, à Cyro ibi loci condita ubi Astyagen prælio vicit:

cit: & nomen quidem ipsum Περσῶν στρατόπεδον, *Persarum castra*, significare, testatur tum Eustathius, tum Stephanus de urb. cujus verba sic se habent; Τὰς δὲ Πασαργάδας ἔκτισεν ὁ Κῦρος ἐφ' ᾧ τόπῳ παρατάξαμενος Ἀστυάγει ἐνίκησεν· ὀνομάζεται δὲ ἡ πόλις διερμηνευθεῖσα Περσῶν στρατόπεδον. *Pasargadas vero condidit Cyrus, quo in loco instructa acie Astyagen vicit: urbs vero, si interpreteris, Persarum castra nominatur.* Hebræis scil. (quorum linguæ aliæ Orientales cognatæ fuere) פרסי־גדוד *Parsi-gedud*, valet *Persarum exercitus*, פרסי־גדר vero, *Parsi-gader*, Persarum φραγμα seu *septum*. Urbem hanc veterem fuisse Persarum regiam, & Cyri monumento nobilem, testatur Strabo, cui Persicis literis hoc inscriptum fuisse refert; ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς Πέρσαις κτησάμενος, καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσας, μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος· *O homo, ego Cyrus sum, qui imperium Persis acquisivi, & Asiæ imperavi; monumentum igitur mihi ne invideas:* una cum hoc Epigrammate Græco,

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων.

Urbis hujus meminit Ptolemæus lib. 6. cap. 4. (ubi interpretes corrupte *Pasarracha* habent) eamque in extremis Persidis finibus, ubi Carmaniæ conjungitur, describit; cui & Strabo consentit, Persepolin & Pasargadas in ferace Persidis convalle Carmaniæ juncta statuens, & Plinius, lib. 6. cap. 26, *Passargadas castellum quod Magi obtinent* in Orientali Persidis parte describens. Hic vero Dionysius Pasargadas non tanquam urbem, sed tanquam gentem, nominat; cui genti procul dubio Pasargadæ urbs, quam cum locis vicinis tenuere, nomen dedit. Hoc indicat Stephanus, qui monet urbem τὰς Πασαργάδας θηλυκῶς, *Pasargadas fœminine*, τοὺς δὲ οἰκήτορας τοῦ Πασαργάδας ἀνδρογύνως, *incolas vero Pasargadas masculine* dici oportere: uti & Curtius, qui, quas alii Pasargadas, *Pasargadûm urbem* appellat, incolas Pasargadas dici innuens. Nec alii certe sunt Pasargadæ illi quos inter Persidis populos Herodotus recenset, & nominatis aliis populis mox subdit, Πασαργάδαι εἰσὶν ἄμισοι, ἐν τοῖσι καὶ Ἀχαιμενίδαι εἰσὶ φρήτρη. Ptolemæus tamen, lib. 6. cap. 8, populum Pasargadas, uti & Corium fluvium qui Pasargadas urbem alluit (qua de re vide in vers. 1073) in Carmaniæ partem à Perside & Pasargadis urbe satis diffitam ablegat, inde fortasse deceptus, quod aliqui (inter quos est Eratosthenes apud Strab. lib. 15.) Persepolin Orientalem Persidis terminum statuunt; ex qua sententia sequi deberet Pasargadas, cum Corio fluvio, extra Persidem, & quidem in Carmania proxima ad Orientem regione, statuendos. Ex horum igitur sententia populum Pa-

sargadas

sargadas in Carmania locat Ptolemæus, quamvis ipse ex communiore sententia Pasargadas urbem in Persida statuat, Persidem longe ultra Persepolin ad Ortum producens. Curtius quidem, lib. 9, Alexandrum ab India reducem in Carmaniam processisse affirmat, cujus Satrapes erat Aspastes: libro vero 10, *Ventum est*, inquit, *inde Pasargadas; Persica est gens, cujus Satrapes Orsines erat*: & mox subjicit Alexandrum Cyri sepulcrum ibi aperuisse (quod in urbe Pasargadis fuisse Strabo, Plinius, Solinus, Arrianus, & tot alii affirmant:) ut dubitari non possit quin in Persida cum Pasargadis urbe cognominis etiam gens statuenda sit.

ἔχει δὲ Ταοκοὶ] *Tascorum* non alibi mentio fit; Salmasio igitur libens assentior, qui Ταοκοὺς pro Ταόκους in auctore aliquo male exarato Dionysium legisse arbitratur. In maritima enim Persidis ora, non longe à Pasargadis, *Taocene* regio, ubi *Taoce* urbs cum promont. cognomini, à Ptolemæo statuitur; & Taoces hujus meminit tum Arrianus, tum Strabo lib. 15, urbem regiam nominans; ubi enim in editis libris est ἐν τῇ παραλίᾳ κατὰ τὸν Ὦκλον λεγομένῳ, pro τὸν Ὦκλον Ταόκλῳ legendum esse equidem Casaubono & Salmasio assentior. Ut vero regio in qua urbs ea sita Ταοκλωὴ, ita & incolæ Τάοκοι dici poterant, ut vicinæ Mardienes incolæ Mardi vocati.

V. 1070. Ἄλλοι δ' οἳ ναίουσι] Aliarum Persicarum gentium, ut & fluviorum, nomina videre licet apud Ptolemæum, lib. 6. cap. 4; in quibus tamen nominandis plurimum variant auctores, cum ea loca parum cognita habuerint, utpote extra Romanum imperium sita, nec à Macedonibus diu retenta. Notare vero libet fluvium Persepolin, regiam Persarum urbem, alluentem, qui Ptolemæo *Rhogomanes* dicitur, à Strabone, Curtio, Diodoro, & plerisque aliis *Araxem* vocari, idque eodem sensu, ut Salmasius opinatur, Plin. exercit. p. 202.

V. 1073. Χωρὶς μὲν Κόρος ἐστὶ μέγας] Doctissimo Salmasio facile assentior, qui hunc versus hujus sensum esse statuit, quod ab una Persidis parte sit Corus fluvius, ab altera Choaspes; Corus scil. ab Orientali latere, Choaspes ab Occidentali, circa Susa; nam Susianam ipsam aliqui pro Persidis parte habent, sic Strabo lib. 15. χέδον δέ τι καὶ ἡ Σουσὶς μέρος γεγόνοτα τῆς Περσίδος, *Susiana Persidis quasi pars est*. Corus hic Straboni Κῦρος dicitur, (quamvis alius ab hoc Cyrus sit Mediæ fluvius) quem à Cyro rege sic nominatum esse, & Pasargadas præterfluere, affirmat. Ἔστι δὲ καὶ Κῦρος ποταμὸς διὰ τῆς κοίλης καλουμένης Περσίδος ῥέων περὶ Πασαργάδας, (ἐκ μετέβαλε τὸ ὄνομα ὁ βασιλεὺς) ἀντὶ Ἀγραδάτου

μείωνο-

μετωνομασθεὶς Κῦρος: *Est & Cyrus fluvius per Persidem, quam cavam vocant, juxta Pasargadas fluens, cujus nomen mutavit Cyrus rex, ut pro Agradato Cyrus vocaretur.* Κόρον à Dionysio hic vocatum *Cyrum* reddit ejus interpres Avienus, Strabonem imitatus: Priscianus vero *Corum*, uti & Mela, lib. 3. cap. 8, *Zethis per Carmanios, in Pasargadis Coros effluunt.* Parum quidem inter nomina hæc interest: ad primitivam linguam magis respiciunt qui Κόρον, ad Græcum loquendi morem qui Κῦρον vocant; ipse enim rex qui Græcis Κῦρος, Hebræis כורש *Coresh* dicitur. Quod si Pasargadas præterfluat Corus hic seu Cyrus, Bagradam Ptolemæi esse oportet, quem ille Persidem à Carmania disterminare affirmat; & *Bagradæ* quidem nomen ab *Agradato* (quo nomine fluvium hunc olim appellatum refert Strabo) non multum abludit. Eodem vero errore Κόριον fluvium (qui non alius certe est quam Κόρος Dionysii & Melæ) in Carmaniam transferre videtur Ptolemæus, & à Bagrada diversum facere, (nomina duo, quorum alterum vetus est, alterum novum, pro fluviis duobus sumens) quo Pasargadas populum procul ab urbe cognomini in Carmaniam ablegat. De Choaspe mox dicetur.

V. 1074. Ἕλκων Ἰνδὸν ὕδωρ, παρά τε ῥείων χθόνα Σούσων] Crasse hic à Dionysio erratur; Choaspen enim Indicum fluvium (cujus Curtius lib. 8. & Strabo lib. 15. meminerunt) cum cognomini fluvio Susa præterlabente confundit. Et ridicule Eustathius Choaspen ἕλκειν Ἰνδὸν ὕδωρ interpretatur, ὡς ἐκ τοῦ Ἰνδοῦ σχιζόμενον ποταμοῦ, *tanquam ab Indo fluvio abscissum*, quo quid absurdius vel fingi potest? Indicus quidem Choaspes cum Cophete in Indum fluvium fertur, non ex eo prodit; at Choaspes hic tanto terrarum spatio dissitus nihil cum Indo, nec quicquam cum Indico Choaspe, præter nomen, commune habet: in Media enim, teste Plinio, oritur. Unde facilem medelam, à Salmasio acceptam, plagæ huic adhibere possemus, legendo Ἕλκων Μῆδον ὕδωρ, nisi ex interpretum omnium consensu ipsius auctoris, non scribarum erratum esse constaret. Choaspes hic Susa præterlabens eo præcipue nomine celebratur, quod solam ejus aquam reges Persici biberent. Hoc refert Herodotus, & ex eo Athenæus lib. 2, subjungens aquam decoctam, quoquo rex iter faceret, circumferri solitam: Ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὥς φησιν ἐν τῇ πρώτῃ Ἡρόδοτος, ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεως πιεῖν λέγεται, τοῦ περὶ Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ δὲ μόνον πίνει ὁ βασιλεύς· *Persarum rex, ut libro primo refert Herodotus, aquam ex Choaspe, qui circa Susa fluit, bibere dicitur, & de hac sola bibit.* Idem refert Solinus cap. 41,

&

& Isidorus lib. 13. cap. 21; & Plutarchus, lib. de exilio, idem vulgo proditum fuisse indicat. Hinc Tibullus lib. 4.

—— *& regia lympha Choaspes.*

At nullius Choaspis in Susiana meminit Ptolemæus; & cum auctores modo citati, atque etiam Strabo lib. 15, Choaspen urbem Susa alluere affirment, idem de Eulæo ab aliis affirmatur. Sic Plinius lib. 6. cap. 27, *Amnis Eulæus ortus in Medis, medioque spatio cuniculo conditus, & rursus exortus, per Mesobatenen lapsus circuit arcem Susorum.* Et mox de Eulæo affirmat quod alii de Choaspe produnt, *Reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant.* Eadem etiam de Eulæo narrat Solinus cap. 36, quæ postea de Choaspe cap. 41. Nisi igitur Plinium aliis, Solinum vero sibi, contraria scribere putandum sit, Choaspem cum Eulæo eundem esse oportet; ut antiquis quibusdam Græcis Χοάσπης seu Χόασπις nominetur, posterioribus vero Græcis, & Latinis plerisque, Εὐλαῖος *Eulæus*, nomine à patrio vocabulo deducto, nam Hebraice אוּלַי *Ulai* dicitur, Dan. cap. 8. Quod si quis objiciat Plinium & Polycletum apud Strabonem Choaspen ab Eulæo distinguere, & à Plinio quidem, lib. 31. cap. 3, Choaspi Eulæum socium adjungi, *Parthorum*, inquit, *reges Choaspe & Eulæo tantum bibunt*, & ab eodem Plinio, lib. 6. c. 27, affirmari *Choaspem ex Media venientem in Tigrim influere*, cum Eulæus, ex Ptolemæi & aliorum sententia, in Persicum sinum se exoneret; at meminerit, non minus de Eulæo quam Choaspe hoc à veteribus quibusdam per errorem tradi; nec obstat quin qui in hoc errarint errare etiam potuerint Choaspem ab Eulæo distinguendo. Polycletus is, cujus modo meminimus, Choaspem, Eulæum, & Tigrim in lacum quendam confluere, deinde in mare exire affirmat: alii *fluvios Susa alluentes in unum Tigris fluvii alveum illabi* olim prodiderunt, teste Strabone, Ἄλλοι δέ φασι τοὺς διὰ Σούσων ποταμοὺς εἰς ἓν ῥεῦμα τὸ τοῦ Τίγρητος συμπίπτειν. ubi per fluvios Susa alluentes, Choaspem & Eulæum, tanquam diversos fluvios, intelligere videntur. Ipse vero Strabo Choaspem in Persicum mare deducit, ut Eulæum accuratiores plerique Geographi, affirmans eum εἰς τὴν παραλίαν τελεύτᾶν, *in maritimam oram desinere.* Restat igitur ut vel Choaspes sit ipse Eulæus (eadem enim de Eulæo quæ de Choaspe traduntur, Susa scil. præterlabi, & de eo solo Persarum reges bibere; utriusque ortum Plinius in Media statuit; utrumque alii in Tigrin, alii in mare Persicum exire affirmant) vel cum duplicem Eulæi fontem statuat Ptolemæus, in Media alterum, alterum in Susiana; ex horum altero Choaspem proprie dictum,

ex

ex altero Eulæum prodire censendum, eosque circa Susa confluere.

χθόνα Σούσων] Susa urbs, à qua regio circumjacens Susiana dicta est, una fuit è regiis Persicorum regum urbibus, & gazophylaciis celeberrimis, ubi reges vere agebant (ut æstate Ecbatanis, hyeme vero Babylone) teste Xenophonte Κύρου παιδ. ob loci scil. amœnitatem. Susa enim à floriditate sic dicta vere scribit Eustathius, Τὰ δὲ Σοῦσα οὕτω καλοῦνται διὰ τὸ τοῦ τόπου ἀνθηρὸν, Σοῦσα γὰρ ἐγχωρίως τὰ κρίνα· *Susa sic vocantur à floriditate loci, lilia enim vernacula ipsorum lingua susa nominantur.* Nec dissimiliter Stephanus, lib. de urb. Susa vocata ait, ἀπὸ τῶν κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφύκει ἐκείνῃ, *à liliis, quorum multa in regione illa nascuntur.* Nec de hisce nominis rationibus dubitare licet, cum norimus שושן *Shushan*, quod Hebræis ipsissimum urbis nomen est, Esth. cap. 1, *lilium* illis significare. Vrbem hanc à Dario Hystaspis filio conditam refert Plinius, lib. 6. cap. 27: sed ea verba non aliter accipienda, quam quod à Dario aucta, & ædium regiarum magnificentia ornata fuerit, quod testatur Ælianus lib. 1. cap. 59. A Memnone quidem primo condita fuisse dicitur, unde Μεμνόνειον ἄστυ Herodoto lib. 5. vocatur, uti & regia βασίλεια Μεμνόνεια. Sed alium oportet hunc Memnonem fuisse ab eo cujus nomen tot in Ægypto monumenta servant, cujus meminit Dionysius vers. 250, quamvis fabulæ eos confundant. Nec constat an Memnon hic qui Susa condidisse fertur rex fuerit, an potius architectus: hoc potius innuit Cassiodorus lib. 7. Epist. 15, *Cyri regis domum, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricavit*, inter septem orbis miracula numerans. Fortasse tamen Memnonem illum decantatum alii Æthiopem, alii Susium faciunt; ob gentium ὁμωνυμίαν, quod nomen *Chus* Susianæ incolis (qui Græce Κίσσιοι, nomine à *Chus* deducto, ut Bocharto placet) cum Æthiopibus commune fuerit: vide in vers. 1015.

V. 1075. ἴδοις εὐωπὸν Ἀχάτην] Egregie delirat hic Eustathius, dum *Achaten*, quo nomine gemmam intelligi manifestum est, pro fluvii nomine hic accipit, ὅτι τὸν Ἀχάτην ποταμὸν ἐπὶ πλεύραις εἶναι τοῦ Χοάσπου φησὶ, &c. *Achaten fluvium ad latus Choaspis esse dicit*, quasi dici posset fluvium *instar cylindri jacere*, aut fluvium *è rupe à fluvio devolvi.* Est quidem Achates Siciliæ fluvius, à quo lapidi nomen; sed hic non de fluvio, sed lapide sermo est, quem & in Persis nasci Plinius testatur, quorum pars Susiani quibusdam habentur, Strabone & Solino testibus. Lapidem illum describit Plinius, lib. 37. cap. 10, plura ejus genera recensens,

sens, & Solinus cap. 11. his verbis, *Achaten lapidem Sicilia primum dedit in Achatis fluminis ripa repertum, non vilem cum ibi tantum reperiretur, quippe interscribentes eum venæ naturalibus sic notant formis ut, cum optimus est, varias præferat rerum imagines: talis est Indicus, reddens nunc nemorum, nunc animalium facies.* Eviluisse eum postquam pluribus locis repertus est, ex iisdem auctoribus constat: utque in Achatis Siciliæ fluvii ripis primum repertus est, ita in Choaspis ripis reperiri cylindracea forma, è petris à fluvio hybernis imbribus aucto devolutum, hic refert Dionysius. Ita cum variæ sint Achatis species, ut ex Plinio & Orpheo constat, coloribus suis distinctæ, fortasse hic est quem *Choaspiten*, eo capite in quo de Achate agitur, Plinius appellat, *Choaspites à flumine dicta est, viridis, fulgoris aurei.* Eum licet Achatis speciem esse non notet ibi Plinius, potest tamen illa Achatis species esse quam αἰγλήεντα μάραγδον *fulgentem smaragdum*, referre ab Orpheo traditur, quasi qui *viridis* sit *& simul fulgidus.*

Πολλὰ μὲν οὖν ῥέα γ' ἐστὶν Ἀχάτου χρώματ' ἰδέσθαι,
Ἐν γὰρ οἱ δήεις ὁρόων ὑάλωπον ἴασσιν,
Σάρδια θ' αἱματόεντα, καὶ αἰγλήεντα μάραγδον.

Epitheto quidem εὔωπον, quod à Dionysio hic additur, innuitur non de vulgari Achate hic agi, qui rubentibus & albis venis distinguitur, sed de nobiliore aliqua specie, quarum una est illa cujus tertio loco meminit Orpheus, quam viridi colore esse Smaragdi instar, sed fulgore simul conjuncto, indicat; quod cum Choaspitæ descriptione à Plinio tradita optime convenit.

V. 1078. λιαροῖο γεγηθότες ἐξ ἀνέμοιο] Vocem γεγηθότες notat Eustathius ab hominibus inde lætitia affectis ad fructus ipsos translatam esse; sic *læta seges* Virgilio dicitur Georg. lib. 1. Vox λιαρὸς, qua utitur etiam Homerus, Odyss. ε' & η', per Aphæresin facta videtur à χλιαρὸς *tepidus.* Notatur vero frigidis ventorum flatibus fructuum maturitatem ibi nunquam impediri; non vero perpetuum ibi esse teporem, & quasi vernam temperiem: quamvis enim cæteris anni partibus summa ibi temperies sit, unde adeo florida est regio, æstate tamen media immodicum ibi calorem esse testatur Strabo (unde reges inde Ecbatana tunc migrabant;) sed calor ille fructibus maturandis non obest, ut venti frigidi, sed potius prodest.

V. 1079. ἐπήτριμοι] vide in vers. 758.

V. 1081. πέζα] Ultima Asiæ ora Orientem versus, quæ infimo

simo loco respectu horizontis Græciæ deprimitur. vide in vers. 931.

V. 1082. παρὰ χεῦμα τὸ Περσικὸν ὠκεανοῦ Καρμανοὶ παίκαν] Indicat Carmanos juxta fauces Persici sinus habitare. Manifestus quidem in faucibus ejusmodi fluxus esse solet, quo aqua ex Oceano in sinum illabitur, vide in v. ... ideo χεῦμα τὸ Περσικὸν ὠκεανοῦ fluentum notat quod ex Oceano per fauces in Persicum sinum immittitur. A faucibus his & Persici sinus ora, juxta quam Persidi ipsi Carmania contermina est, vers. 1084, Carmaniam ad Solis Ortum exporrigi indicat, ita ut pars ejus Occidentalis Persicum sinum attingat, Orientalis vero secundum Oceani oram inde exporrigatur.

V. 1085. Οἱ μὲν ὑπερθάλλοι] Ita Carmaniam in duas partes dividit Ptolemæus: quarum alteram absolute Carmaniam vocat, à Carmana metropoli sic dictam, quæ maxima ex parte maritima est, eamque lib. 6. cap. 8. describit; alteram Carmaniam desertam vocat, quam cap. 6. describit, eaque tota mediterranea est, à Carmania proprie dicta versus Parthiam exporrecta. Prioris Carmaniæ felicitatem deprædicat Strabo lib. 15. πάμφορον, καὶ μεγαλόδενδρον, πλὴν ἐλαίας, καὶ ποταμοῖς κατάρρυτον, *omnium rerum feracem, & magnarum arborum altricem, præter oleam, & fluminibus irriguam* esse affirmans.

V. 1086. Γεδρωσῶν ἔλκεται αἶα] Gedrosia, inter Carmaniam & Indiam interjecta, Arianæ late sumptæ pars Straboni habetur; cui & Dionysium consentire manifestum, dum Arianos Ἐρυθραίους vocat, vers. 714, quasi *ad Rubrum mare pertingentes*; & Aribas seu Arbias pro Arianorum parte habet vers. 1096, quum Arbitas inter Gedrosiæ populos Ptolemæus & alii recenseant. Diodoro regio hæc Κεδρωσία vocatur. Arrianus cætera sterilem, sed nardi & myrrhæ feracem esse refert; quod & confirmat Strabo lib. 15.

V. 1087. ὠκεανοῦ μεγακήτεϊ] Epitheti vim non plene exprimit Hen. Stephanus, dum *Oceano vasto* reddit, quum *Oceano vastos cetos alenti* reddi deberet: Rubrum enim mare intelligitur, ubi immania cete esse Auctor antea indicarat, vers. 597, idque epitheto hoc innuitur. Μεγακήτης quidem Homero, Il. λ', pro *magno instar ceti* ponitur: unde Suidas, μεγακήτης, ὁ μέγας: sed sensus is huic loco non convenit; quis enim Oceanum *magnum instar ceti* dici toleraret?

V. 1088. Ἰνδὸν παρ' ποταμὸν] *Indum* fluvium, Indiæ & Arianæ terminum habitum teste Eratosthene apud Strabonem lib. 15., à quo *India* ipsa nomen sortita est, ab accolis *Sandum*

appellari refert Plinius lib. 6. cap. 20; ubi *Sinthum* pro *Sando* scribendum censet Salmasius, Arriani auctoritate motus, cui Σίνθ' & vocatur, & codicum quorundam in quibus *Sindus* scribitur: huc accedit quod unus ex Indi ostiis *Sinthus* Ptolemæo nominatur. Indum fluviorum omnium post Gangem maximum esse, & his proximos Nilum & Istrum, ex quadam Crateri Epistola refert Strabo lib. 11. Consulatur de eo Plinius loco citato.

νότιοι Σκύθαι] Quos *Australes Scythas* hic vocat Dionysius, eos *Indo-Scythas*, quasi Scythas Indi accolas, aut quasi Indicos Scythas, Ptolemæus appellat. Ii proculdubio è Boreali Scythia evagati (ut Scythicis gentibus mos, vide in vers. ...) regionem hanc occuparunt; uti hodie *Mogores*, origine Scythæ seu Tartari, magnam Indiæ partem tenent.

V. 1091. ἀπὸ Καυκάσου] Ita Plinius Indum è jugo Caucasi montis effundi affirmat: sed ψευδώνυμον esse Caucasum illum Indicum vulgo dictum (quanquam Ptolemæus Caucasios montes proprie dictos ibi statuat) supra in vers. 714 notatum. Errorem illum agnovit Strabo; cum vulgo tamen loquutus lib. 15. affirmat omnes Indiæ fluvios (memorabiles scil.) ἀπὸ τοῦ Καυκάσου τὴν ἀρχὴν ἔχειν, *à Caucaso oriri*: & Arrianus Indum oriri refert ἀπὸ τοῦ Παροπαμίσου, ἢ Καυκάσου, è Paropamiso, scil. parte ea qua Indiam contingit, ubi Caucasus à Græcis vulgo vocatus est.

V. 1092. Διαὶ δὲ οἱ στόματ' ἐσὶ] Cum Auctore nostro consentiunt Strabo, Mela, & Arrianus, hist. lib. 5 & 6, duo tantum Indi ostia nominantes: Ptolemæus tamen septem ejus ostia numerat, quæ singula nominatim percensetj cui & auctor Peripli consentit, unde eum ab Arriano diversum esse colligit Salmasius. Verisimile est quidem pluribus ostiis se exonerare, (plura enim in Tabulis recentiorum pinguntur) Dionysium vero & reliquos qui duo tantum recensent, solum præcipua aut extima duo nominare, quæ in duos diversos sinus exeunt, cætera vero ab his divisa reticere, cum omnia (præter unum quod maxime Orientale est in proprium sinum exiens) in Canthi sinum confluant. Ostia quidem extima & maxime distantia eos intelligere constat qui duo tantum nominant, cum mille stadiis ea distare ex Aristobulo tradat Strabo, quibus octingenta Nearchum addere affirmat: nec veridissimile est eos æstuaria duo, seu sinus in quos omnia ostia exeunt, ostiorum nomine intelligere.

V. 1093. Παταλήνῃ] Insula hæc inter Indi ostia concluſa, ubi

ubi jam regni Cambaiæ pars præcipua, ab urbe quæ Patala vocata nomen accepit. Straboni Πατταλλὴ vocatur geminato τ, uti & urbs ipsa Πάτταλα, Ἐν δὲ τῇ Παττάλλῃ πόλις ἐστὶν ἀξιόλογος καὶ τὰ Πάτταλα, ἀφ' ἧς καὶ ἡ νῆσος καλεῖται: *In Pattalene vero urbs est memorabilis Pattala, à qua insula nominatur.* Insulam eam *Delta* nominat Arrianus, uti & Onesicritus apud Strabonem, à similitudine Ægyptii *Delta* inter Nili ostia inclusi: & illi quidem, uti & alii plerique è veteribus Græcis, totum terræ spatium inter extima Indi ostia, seu sinus duos modo memoratos, comprehensum, Patalenes nomine intelligere videntur. Ab illis vero dissentiunt Ptolemæus & Plinius. Plinius enim duas insulas inter Indi ostia constituens, minorem *Patalen*, majorem vero *Prasianen* nominat: Ptolemæus circa primam ostiorum divisionem *Patalenen* insulam, & in ea *Patala* urbem, statuit; inferius vero ad Oceanum *Syrastrenen.*

V. 1094. Κεῖνός τοι] Indum fluvium limitem constituit Arianæ gentes ab Indicis disterminantem: ut Ariana in plures gentes divisa ab Occidentali ejus ripa sit; vide vers. 1095; India vero ab Orientali, vide vers. 1107. Ita Indum Indiæ & Arianæ terminum constituit Eratosthenes apud Strabonem, lib. 15, Arianam terminans, Ἐκ μὲν τῆς πρὸς ἕω τοῦ Ἰνδοῦ, πρὸς νότον δὲ τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πρὸς ἄρκτον δὲ τοῦ Παροπαμισοῦ· *Ad Orientem Indo, ad Meridiem mari magno, ad Septentrionem Paropamisso*: ex Eratosthene vero non modo Dionysium, verum & Arrianum, ipsumq; Strabonem, in India describenda pleraque sumpsisse, notat Casaubonus; quod de se quidem fatetur Strabo.

V. 1096. Ὠρίτας τ', Ἀρείδας π] Arianæ gentes hic enumerare aggreditur, quam quidem (ex Strabonis & aliorum sententia) Ariam strictius sumptam, Paropamisadûm regionem, Drangianam, Arachosiam, & Gedrosiam complecti supra notavimus. Particularem earum regionum situm sic describit Strabo ex Eratosthene; ut primi post Indum occurrant parte Septentrionali Paropamisadæ, & post hos ad Meridiem Arachoti, & tandem Gedrosii; post eos vero omnes ad Occidentem siti sint Arii & Drangæ: τοῖς Παροπαμισάδαις παράκειται πρὸς τὴν ἑσπέραν Ἄριοι, τοῖς δ' Ἀραχωτοῖς Δράγγαι καὶ τοῖς Γεδρωσίοις· *Paropamisadis ad Occasum adjacent Arii, Arachotis vero & Gedrosiis Drangæ.* Horum proculdubio sententiam amplectitur Dionysius, quamvis non integras regiones, sed quasdam earum gentes, nominet: 1° *Oritas*, in Carmaniæ & Gedrosiæ confinio sitos, ab *Ora* urbe sic vocatos, quam Carmaniæ accenset Ptolemæus; 2° *Aribas*, Gedrosiæ gentem, qui Straboni Ἄρβιες, Plinio

nio *Arbii*, Ἀρβίοι Arriano, quibusdam *Arbitæ* vocantur, *Arbis* fluvii (quem & Ἄραβιν aliqui vocant) accolas, eoque ab Oritis divisos; 3° *Arachotos*; 4° *Satraïdas* (quo nomine *Arii* stricte sumpti, aut eorum pars, intelligi videntur;) 5° *Paropamisadas*, de quibus mox dicetur.

λινοχλαίνους τ' Ἀραχώτας] *Arachotas*, quos aliqui *Arachotos* & *Arachosios* vocant (uti & eorum regio aliis *Arachosia*, aliis *Arachotis* dicitur) λινοχλαίνους adjecto epitheto hic vocat Auctor, innuens eos *lineis vestibus indui solitos*. Sic Indos quosdam *lineis peplis vestiri* refert Solinus cap. 55; & *centum legatos duarum gentium, quæ Arachosiis tributariæ fuerunt, lineis vestibus auro intextis indutos fuisse*, refert Curtius lib. 9. Quale fuerit hoc linum vide in vers. 1116.

V. 1097. Σατραΐδας θ'] Nusquam alias (quod sciam) *Satraïdarum* mentio est, sed *Sotira* Ariæ urbs à Ptolemæo & Stephano nominatur: cujus nomen nisi in *Sotra* Dionysius aut alii contraxerint, ut urbis illius & regionis vicinæ incolis Σατραΐδων nomen inde imponatur (pro quo corrupte Σαταΐδας per α hic legitur) sicut Paropamisadæ vocati sunt vicina gens quæ regionem Paropamiso subjectam tenuit, non habeo unde me hic expediam, aut in qua Arianæ parte Satraïdas hosce inveniam.

ὅσσοι τε παρὰ πυχὶ Παροπανισσῷ] *Paropamisadas* hic ἀμφοτέρους, regionem tenentes quam Ptolemæus *Paropanisum* vocat, monti cui subjecta est cognominem faciens; quam & ipse Παροπανισὸν vocat, uti & hic Dionysius per syncopen Παροπανισὸν, plerique vero auctores Παροπαμισὸν. De *Paropamisi* montis nomine arrideret mihi quod ab Henrico Jacobio, philologo apud Mertonenses nostros πολυγλαπάτῳ, affertur, cui Paropamisus dictus videtur quasi פאר במשא *Peer bemassa*, hoc est, *altitudine insignis* aut *glorioſus*, si probabile videretur gentes Indicas, aut Indiæ confines, linguis Hebraicæ cognatis usas fuisse; sed hoc mihi non facile persuaserit.

V. 1099. Οὐχέτι γαιετάοντας ἐπήρατον] Quam sterilis sit Gedrosia, Arianæ pars, indicio est, quod Alexandri exercitus ex Indiæ revertens tot difficultatibus ibi conflictatus fuerit, ex aquæ & victus penuria; quas multis exponunt Arrianus & Strabo lib. 15.

V. 1100. Ψάμμῳ πτληθῆναι] Ita Strabo de Alexandri itinere, Περὶ δὲ τὴν πορείαν, χαλεπὸν ὦν καὶ τὸ χωρίον, καὶ τὸ βάθος τῆς ψάμμου, *Præter regionis penuriam, molestus fuit & æstus, & arenæ profunditas*: ut præ arenis & aquæ penuria

Ly-

Libyæ desertis regio hæc non dissimilis fuisse videatur.

ῥώπεσι δασέσι] *Virgultis densam*, aut *sentibus hirtam seu asperam*: Ῥῶπες, δασέα ὄρη, ἃ κατάκεντρα καὶ πόαι τοιαῦται, Suidas. Virgultorum quorundam, uti & spinarum, ibi nascentiū meminerunt Strabo & Plinius lib. 12; quorum illa gustata Alexandri jumentis lethalia fuerunt, spinæ vero oculos contactu excæcarunt.

V. 1101. κέλευθοι] Κέλευθος hic Metaphorica dictio est, *modum* aut *rationem* significans; quo sensu *via* quandoque Latine usurpatur. vide in vers. 884.

V. 1102. ἀκήρατον] Vide in vers. 945.

V. 1103. ἠυγενὲς κοράλλιον] *Corallium*, quod Græcis recentioribus κοράλλιον, antiquioribus vero κόραλλον, (sic enim non à poetis modo, verum etiam à Theophrasto nominatur, ut notat Salmasius) passim in Ariana nasci affirmat, in Mari Rubro scil. illam alluente. Sic Plinius, lib. 32. cap. 2, de Corallio agens, *Gignitur quidem & in Rubro Mari.* Neque alibi quam in mari nasci constat: Κοράλλιον, λίθος θαλάσσιος, *Corallium lapis marinus*, Hesych. Atque hinc κόραλλον vocatur, uti innuit Plinius his verbis, *Acri ferramento præcidutur; hac de causa curalium vocitatum interpretantur*: scil. ἀπὸ τῆς κορῆς ἐν ἁλί, *quod in mari resecetur*, ut ibi notat Dalechampius. Rejiciendum igitur fabulosum ejus etymon quod affert Eustathius, ἀπὸ τῆς κόρας, à Gorgone *puella*, cujus sanguinem in corallium concrevisse poetæ fabulantur. Fateor interim Gorgoniam quibusdam vocari; hoc enim refert Plinius lib. 37. cap. 10, & ipse nominis rationem ibi reddit, *Gorgonia nihil aliud est quam Curalium, nominis causa quod in duritiem lapidis mutatur.* Nimirum quod cum molle in mari esset, & fruticis forma ibi crescret, (ut testatur ipse Plinius, lib. 32. cap. 2.) inde exemptum mox lapidescat, (uti res à Gorgone visas aut tactas in lapides transformari poetæ fabulati sunt:) quod testantur tum alii, tum Ovidius,

Sic & curalium quo primum contigit aura
Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.

Consulantur de eo Orpheus περὶ λίθων, & Plinius locis modo citatis.

V. 1104. φλέβες ὠδίνουσι] Metaphora elegans, qua gemmarum origo (de qua vide in vers. 781) partui animalium comparatur; quasi in venis petrarum, tanquam in utero, foveantur.

V. 1105. Σαπφείρου κυανῆς τε] *Sapphirum* (cujus nomen purum putum Hebraicum est, nam in sacro codice ספיר *Sappir* vocatur, Exod. 28. 18, & Cant. 5. 15) *auream* simul & *cæru-*

leam vocat, quod utrumque colorem referat, ut vere hic Eustathius, si de una tantum Sapphiri specie hoc intelligatur. Sapphirus enim quædam aureis punctis sparsa est, quæ inde χρυσοστιγὴς ab Epiphanio vocatur. Testatur & hoc Plinius, lib. 37. cap. 9, *Sapphirus & aureis punctis collucet: cæruleæ & sapphiri, raroque cum purpura.* Ubi innuitur sapphiros alias totas cæruleas esse, aut cum purpuræ mistura, (& cyaneas quidem illas mares haberi notat idem Plinius) alias cum punctis aureis interlucentibus. Species eas diversas confundere videtur Isidorus, lib. 16. cap. 9, *Sapphirus cæruleus est cum purpura, habens pulveres aureos sparsos.*

Voce πλάκα, quæ *crustam* quandoque significat, durities Sapphiri innui videtur; ut notetur Sapphiros in petris, tanquam crustas duriores, mollioribus lapidibus adhære cere.

V. 1107. Πρὸς δ' αὐγὰς] Ab Orientali scil. Indi fluvii ripa (vide in vers. 1094.) quem Indiæ terminum Occidentalem statuit Dionysius Eratosthenem sequutus; quamvis aliqui Indiam ad Arbin fluvium protendant, Arianam Indiæ adjicientes, ut ex Plinio & aliis constat.

V. 1108. Πασάων πυμάτη] Quo respectu Indiam terrarum omnium ultimam vocet mox sese explicat vers. 1110, ubi ad Ortum ultimam esse indicat. Ultima quidem ad Meridiem etiam Asiæ regio est, sed Æthiopia ulterius ad Meridiem protenditur: & dum ad Oceani litora Indiam positam affirmat, non modo Rubrum Oceanum (quo ad Meridiem alluitur) verum & Eoum intelligit, cujus pars Gangeticus sinus, à quo reliquum Eoum mare recta produci, donec Scythico Oceano conjungatur, Dionysium (cui ignota India extra Gangem) censuisse consentaneum est. His positis, congruum est ut pro ultima ad Ortum continentis parte Indiam haberet, vide vers. 1162 & 1163; Chrysen autem, quam ad Ortum ultimam statuit vers. 590, pro insula accepit mari Eoo undique circundata. *Indiam & Eoo appositam pelago, & eo quod Meridiem spectat*, refert Mela lib. 3. cap. 7; cui & Solinus consentit cap. 55: sic Indiam τελευτᾶν πρός τε τὴν ἑῴαν θάλατταν καὶ τὴν νοτίαν affirmat Strabo lib. 2.

V. 1111. ὑπὸ χρόα κυανέουσι] Tmesis, pro χρόα ὑποκυανέουσι: χρόα vero accusandi casus est per Synecdochen, vel Ellipsin præpositionis κατά. Κυανέος quidem apud Auctorem pro *nigro* ponitur, vide in vers. 586: ὑποκυανεῖν vero significat *subnigrum* seu *subfuscum esse*, præpositione ὑπὸ simplicis significationem minuente, ut in ὑπόλευκος, ὑπόπυρρος, & similibus. Indi enim

plerique

plerique fusci sunt, sed non prorsus atri ut Æthiopes: *Tinguntur sole infecti quidem, non tamen Æthiopum modo exusti*, Plin. lib. 6. cap. 19. Meridionales quidem Indos colore Æthiopes referre, aspectu tamen & capillis (qui Indis crispi non sunt) ab iis differre, Boreales vero Ægyptiis similes esse, testatur Eratosthenes apud Strabonem, lib. 15.

V. 1112. Θεσσέσιον λιπόωντες] Vel *pingui & nitido corporis habitu* eos fuisse his verbis innuit, (quem hominibus decorem conciliare veteres plerique censuerunt, unde θεσσέσιον hic additur, quasi talis corporis habitus diis ipsis similes redderet;) vel *unguentis delibutos*, quibus capillos perfundi solitos mox indicat, dum ipsos *pinguissimos* vocat.

ἐειδομένας δ' ὑακίνθῳ] *Nigras* scil.: quamvis enim hyacinthus revera cæruleo sit colore, capillis tamen colorem illum natura nullibi gentium tribuit; poetæ vero *cæruleum* cum *nigro* confundunt, ut in vers. 586 notatum; & hyacinthi quidem, uti & violæ, colorem nigrum vocat Theocritus Idyl. 10.

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος.

Plinius quidem cæruleos capillos Agathyrsis tribuit, sed supponit colorem illum *Agathyrsis*, quos *pictos* vocat Virgilius, pictura conciliatum. Quod si cui placeat de tinctura cærulea hæc etiam accipere, non repugno, cum Indos cæruleo capillos inficere prodat Solinus cap. 55. *Indis omnibus longa & promissa cæsaries, non sine fuco cærulei & crocei coloris.*

V. 1113. κράτεσφιν] Pro κρατὸς (Gen. à κρὰς *caput*) per Paragogen poet. syllabæ φιν, quæ ubi accidit vocibus 5æ Declinationis in ος terminatis, ο in ε mutatur, ut στῆθος στήθεσφι.

V. 1114. μεταλλεύουσι] Vox hæc, ἀπὸ τῶν μετάλλων deducta, proprio sensu hic usurpatur, quæ Metaphorice sæpe usurpatur de *curiosa rei cujusvis scrutatione*, sicut metallici latentia in terræ visceribus metalla rimantur. Auro quidem & argento Indiam abundare & hodie constat, & veteribus compertum fuit: unde Χρυσῶν καὶ Ἀργυρῶν χώραν Ptolemæus in ea constituit; & Plinius, lib. 6. cap. 20, Indos quosdam *late auri & argenti metalla fodere* affirmat. Segniores tamen fuisse Indos in iis eruendis, utpote rei metallicæ imperitos, prodit Onesicritus apud Strabonem, lib. 15. Οἱ δ' Ἰνδοὶ μεταλλείας καὶ χωνείας ἀπείρως ἔχοντες, οὐδ' ὧν εὐποροῦσιν ἴσασιν, ἀλλ' ἁπλούστερον μεταχειρίζονται τὸ πρᾶγμα. Μέταλλα vocata videntur quia μετ' ἄλλων, *alia cum aliis*, in eadem fodina reperiri soleant, quod quidem metallicis compertum; vel quod μετὰ τὰ ἄλλα, *alia post alia*, inveniantur, quod Plinio placet,

cet, lib. 33. cap. 6. *Vbicunque* (inquit) *una inventa vena est, non procul invenitur alia: hoc quidem in omni fere materia* (metallica scil.) *unde μέταλλα Græci videntur dixisse.*

V. 1116. Οἱ δ' ἴσασι ὑφάσιν λινεργέας] Hoc de telis è lino vero confectis intelligi potest, si verum sit, linum & milium in India seri dum imbres æstivi, qui ibi anniversarii, cadunt, quod refert Eratosthenes apud Strabonem lib. 15; & Indos quosdam lineis vestibus uti, ut in vers. 1096. è Solini cap. 55. notatum: quas quidem ab iis quæ ex arborum lana fiunt distinguit Mela lib. 3. cap. 7. Præcipue vero de telis intelligendum videtur è gossypio aut tomento ex quibusdam arborum malis in India nascentium, quod alii *lanam*, alii *linum* nominant: linum quidem vocat Plinius lib. 19. cap. 1; nec certo constat aliud illis linum fuisse. Nearchus apud Strabonem, lib. 15, arboribus quibusdam Indicis tomentum innasci refert, ἐκ τούτου δὲ τοῦ ξύλου ὑφαίνεσθαι σινδόνας, *ex hoc sindonas subtili stamine texi.* Sic Arrianus ex eodem Nearcho, Ἐσθῆτα δὲ χρῶνται λινῆν οἱ Ἰνδοὶ, λίνα τὰ ἀπὸ τῶν δενδρέων. Nec dissimiliter Plinius, lib. 12. cap. 11, *Indos suæ arbores vestiunt.* Et hic quidem frutices gossypium ferentes, ex quo Indi hodie lintea conficiunt, eo capite arbores gossampinas vocat, sed in India nasci non indicat: at è malis in arboribus genitis Indos lina carpere refert loco supra citato, & gossypii fructus malis cotoneis confert lib. 12. cap. 10. Eæ quidem præcipuæ linigeræ, seu lanigeræ, arbores fuisse videntur: alias tamen præter has lanigeras vel linigeras arbores olim fuisse, quarum veteres meminerunt, non eo inficias, (omnia enim quæ de arboribus lanigeris olim tradita gossypio vix conveniunt) uti & hodie tales reperiuntur; nuci enim Indicæ filamenta quædam innasci dicuntur velis conficiendis idonea.

οἱ δ' ἐλεφάντων] Ἐλέφας, *elephas*, sic dictus videtur ab אלף, *alluph*, *bos*; ut iidem antiquissimis Latinis *Lucæ boves* vocati, quasi *Lucanici boves*, quod in Lucania (in bello Tarentino cum Pyrrho rege gesto) eos primum conspexissent, neque aliud animal notum iis similius, quam bovem, haberent.

V. 1117. Ἀργυφέας ὀδόντας] Vox ἀργύφεος ab ἀργὸς *albus* deducitur, unde & ἄργιλος *argilla*, & ἄργυρος *argentum*; quippe quæ colore candicant. Qui vero hic *elephantum dentes* vocantur (*quod solum ebur est*, ut habet Plinius) quibusdam *cornua* dicuntur, ut hic notat Eustathius, & Plinius lib. 8. cap. 3. *Iuba cornua appellat; Herodotus tanto antiquior, & consuetudo, melius dentes.* Jubæ consentit Varro *cornua* appellans; eamque sententiam

tentiam propugnat Pausanias in Eliacis; contrariam vero Philostratus, quam & nos cum Plinio alteri præferendam censemus: quamvis enim usum cornuum præstent, cum arma elephanti sint, ut cornua cornutis animalibus, manducationi vero non inserviant; tamen si situm & ipsam eorum substantiam spectes, pro peculiari dentium genere haberi possunt. Tales enim sunt quales dentes ii quibus ex ore exertis aper armatur, quos quis unquam cornua vocare ausus est, quamvis arma sint, non manducandi instrumenta?

V. 1118. ἰχνεύουσιν] Metaphorica dictio, ab animalibus ducta quæ à venatoribus *per vestigia indagantur*; quo quidem Metaphorico sensu *investigare* apud Latinos frequenter usurpatur.

ἐπὶ προβολῇσιν ἀναύρων] *in eminentibus torrentium ripis*, vide in vers. 1013. Ἄναυρος pro *torrente* hic ponitur, ut Apollonio Arg. lib. 1, quasi *qui nullas auras expiret*, quod fluviis quibusdam peculiare esse creditur. De Nilo hoc prodit Plinius lib. 5. cap. 9, & cunctis Libyæ fluviis commune esse censet Brodæus, cap. 30, 1. Atque Anauros Thessaliæ fluvius sic vocatus creditur, quod nullas emittat auras. De eo Lucanus lib. 6.

Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec tenues ventos expirat Anaurus.

V. 1119. βηρύλλου] Vide in vers. 1012, ubi beryllum describit Auctor tanquam in Babylonia nascentem: at ibi certe rarius, hic frequentius, si Plinio fides, qui beryllos in India originem habere, & raro alibi reperiri affirmat, lib. 37. cap. 5. De Adamante etiam dictum in vers. 318. Indicum primo loco memorat Plinius.

V. 1120. ἢ χλωρὰ διαυγάζουσαν ἴασσιν] Iaspidis ἠεροέσσης & ὑδατοέσσης antea meminerat, vers. 724 & 782: jam *viridis* mentionem facit, quam & pellucidam esse indicat: ita Plinius, *Viret & sæpe translucet Iaspis.* Et viridem quidem Indiæ propriam cum auctore nostro facit Plinius, lib. 37. cap. 8, ubi de Iaspide agens, *Plurimæ*, inquit, *eam ferunt gentes, Smaragdo similem Indi.*

V. 1121. γλαυκιόωντα λίθον καθαροῖο τοπάζου] *Topazius* lapis, (Græcis etiam plerisq; τοπάζιος & τοπάζιον, Auctori vero nostro, uti & Orpheo, τόπαζος) sic dictus creditur *à Topazo Arabici sinus insula, ubi repertus est*, ut habet Plinius, quod & innuit Strabo lib. 16; aut Indiæ urbe aut insula, ut ab Epiphanio & Stephano proditum. Ipsam vero insulam sic vocatam refert Plinius, lib. 37. cap. 8, ex Jubæ sententia, *quod solicite à nautis*

quæra-

quæratur, cum topaz in Troglodytarum lingua significationem habeat quærendi. Sed Græcis (quibus τοπάζειν est conjectura aliquid indagare) potius quam Troglodytis significationem hanc habere censet Salmasius, Not. in Solin. pag. 1083, cui & ego assentior. Idem vero insulam illam, quam Τόπαζον vocant Græci, in sacris *Paz* & *Vphaz* vocari existimat, uti & Πάζιον quibusdam Græcis; quo nomine etiam gemmam ipsam ab Hesychio vocari notat: Πάζιον, τὸ καὶ τοπάζιον, λίθος πολύτιμος. Hinc כתם פז, aut כתם אופז, *Topazium lapidem* significare opinatur, quasi *gemmam ex Paz aut Vphaz*, ut כתם *kethem* sit *gemma*, *Paz* vero seu *Vphaz* proprium loci nomen, quod ad linguæ suæ formam Græci in Τόπαζον & Τοπάζιον mutarunt, quasi à verbo τοπάζω deductum. De hoc docti judicent. Interim quod ad colorem Topazii spectat, is vitro ab auctoribus comparatur, qui quidem glaucescit, ut γλαυκιόωντα τόπαζον hic vocat Dionysius; Orpheus enim ὑαλοειδέας τοπάζους vocat, & Diodorus vitro similem esse affirmat; sed ut aureum quiddam simul refulgeat: Τοπάζιόν ἐστι λίθος διαφαινόμενος, ἐπιτερπὴς, ὑάλῳ παρεμφερὴς, καὶ θαυμαστὴν ἔγχρυσον πρόσοψιν ἀποδιδούς. Colorem ejus ad viride vergere ex Plinio & aliis constat; sed peculiaris quædam viriditas intelligenda, qualis est vitri, ut Servius in illud Virgilii —— *hyali saturo fucata colore, hyali colorem vitreum & viridem* interpretatur: & Topazium aureum simul fulgorem habere (quod refert Diodorus) à Strabone confirmatur.

V. 1122. Καὶ γλυκερὴν ἀμέθυστον] *Amethyston* Græci sic vocarunt ab α *priv.* & μεθύσκω *inebrio*, quod amuleti vim habere ad ebrietatem prohibendam crederent; quod Magicæ vanitatis esse censet Plinius, lib. 37. cap. 9, *Magorum vanitas resistere ebrietati eas promittit, & inde appellatas.* Colorem ejus indicat Dionysius, quod sit ὑπηρέμα πορφυρέουσα, per *Tmesin*, pro ἠρέμα ὑπερπορφυρέουσα, *leniter*, seu *leviter*, *purpurascens*, vide in vers. 1111. Violæ colorem ejus confert Plinius tam loco citato, quam lib. 37. cap. 7, ubi affirmat *optimos esse carbunculos amethystizontas, hoc est, quorum extremus igniculus in amethysti violam exeat*; uti & lib. 21. cap. 8. *Purpureum esse* etiam affirmat Isidorus lib. 16. cap. 19, *permixto violaceo colore & quasi rosæ nitore*; qui & *Amethystum Indicum inter gemmas purpureas principatum obtinere* statuit: quod quidem ex Plinio habet, lib. 37. cap. 9: & is quidem *aspectu leniter blandum esse* ibidem affirmat, *neque oculos instar carbunculi vibrantem*; quæ plane congruunt cum his Dionysii verbis, cum γλυκερὴν καὶ ἠρέμα πορφυρέουσαν vocat.

V. 1123. Παντοῖον] Pluribus celebratur Indiæ fertilitas

&

& omnimoda felicitas ab Eratosthene & aliis apud Strabonem, lib. 15.

V. 1124. Ἀενάοις ποταμοῖσι] Ita Strabo, Ἅπασα δ' ἐστὶ κατάρρυτος ποταμοῖς ἡ Ἰνδική. Ex fluvius his *clarissimi Ganges*, *& Indus undeviginti recipiens amnes*, teste Plinio lib. 6. cap. 20; ex quibus præcipui, ex Melæ sententia, Cophes, Acesines, Hydaspes, infra memorati. *Hypasin* etiam *nobilissimum fluvium* vocat Solinus.

V. 1125. λειμῶνες ἀεὶ κομόωσι πετήλοις] Ne hyeme decidua sint plantarum folia efficit regionis calor; ne æstate exarescant, flumina quibus prata rigantur. Indiam itaque δίκαρπον καὶ δίφορον esse, *bis* scil. *in anno fructus ferre*, affirmant Megasthenes & Eratosthenes apud Strabonem, & ἄφορον μηδέποτε τὴν γῆν εἶναι, *terram nunquam fructuum expertem esse*. Ac milii quidem inter cæteras fruges sati meminit Eratosthenes, ut supra notatum in vers. 1116. æstate seri linum, milium, oryzam; hyeme alias quasdam Cereales fruges, affirmans.

V. 1127. Ἐρυθραίου καλάμοιο] Quem *calamum* aut *arundinem* hic intelligat Dionysius vix satis constat. Eustathius de *calamo aromatico* hæc accipit, Ἐρυθραίου καλάμου, τοῦ ἀρωματικοῦ δηλαδή: eum vero Ἐρυθραῖον dictum censet non *à colore*, sed quod juxta *Erythræum* seu *Rubrum mare* crescat, quod à Dionysio ad Indiam usque producitur, ut ex vers. 1133, & aliis locis constat. Dalechampius etiam, in Plin. lib. 12. cap. 22, calamum aromaticum hic intelligi vult; sed ἐρυθραῖον non à natali loco, sed à colore ruffescente, dictum censet: quæ & Prisciani sententia est, qui locum hunc sic vertit,

Et pretio rubræ perfloret arundinis illa.

Sed his objicit Salmasius, not. in Solin. pag. 1053, ἐρυθραῖον pro *rubro* positum nusquam reperiri; præterea κάλαμον hic inter res edules, cum milio scil., recenseri: nec verisimile est Dionysium, cum ὕλας, *sylvas*, vocet, de pumila planta loqui, qualis est calamus odoratus, qui inter arundines minutas numeratur, ut è Lexico medico notat Salmasius, κάλαμος ἀρωματικὸς λεπτῷ δόνακι ἐοικώς. Probabilis igitur est docti illius viri opinio, qui existimat loqui hic Dionysium de calamo illo Indico qui in proceritatem non modicam surgebat, & cujus radices edules erant Indis propter eximiam & melleam dulcedinem. Arundinem scil. saccharinam hodie dictam intelligit, unde veteres quamvis saccharum arte non conficerent, ut hodie fit, (aliud enim fuisse veterum *sacchar*, mannæ scil. speciem, seu melleum rorem, salis modo super arundinum folia concretum,

è Plinio

è Plinio, uti & Paulo Ægineta & Archigene, constat, qui & *salem Indicum* vocant) melleum tamen succum inde exugere, exprimere, & decoquere solebant. Sic de Indis Lucanus Pharſ. lib. 3.

Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos.

De eadem arundine sic canit Varro ab Isidoro citatus,

Indica non magna nimis arbore crescit arundo:
Illius è lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeant succo contendere mella.

Eratosthenes etiam de India loquens, apud Strabonem lib. 15, affirmat τούς τε ξυλίνους καρποὺς γεννᾶσθαι πολλοὺς, καὶ τὰς ῥίζας τῶν φυτῶν, καὶ μάλιστα τῶν μεγάλων καλάμων, γλυκείας καὶ φύσει καὶ ἑψήσει· *& fructus arboreos multos ibi nasci, & radices stirpium, præsertim magnarum arundinum, & natura & decoctione dulces.* Similia de arundine Indica prodit Solinus, cap. 55, maximas tamen cannas Indicas (de quarum prodigiosa magnitudine, ut scaphæ ex iis fiant, mira produnt veteres, sed quæ confirmat Christ. Acosta) cum saccharinis male confundens: *Palustria* (Indiæ scil.) *arundinem creant ita crassam, ut fissis internodiis, lembi vice vectitet navigantes: è radicibus ejus exprimitur humor dulcis ad melleam suavitatem.* Si placeat de isto calamo (saccharino scil.) Dionysii verba accipere, eum Ἐρυθραῖον dici censendum eo sensu quo Eustathius interpretatur, τοπικῶς scil. ut Ariani Ἐρυθραῖοι dicuntur vers. 714, scil. à Rubro mari.

V. 1128. Φράζεο δ' ὥς τοι σχῆμα] Indiæ, de cujus opibus & fertilitate quædam prælibaverat, formam cum fluviis & gentibus jam describere aggreditur. Eam quidem veteribus parum cognitam fuisse vere fatetur Strabo, (quamvis Mela notissimam perhibeat) prodigiosas enim fabulas de ea narrarunt Alexandri comites, (è quibus Onesicritum fabulatorum potius quam Alexandri classis ἀρχικυβερνήτην appellandum censet Strabo) & Daimachus, Megasthenes, aliique ejusdem farinæ; quorum fabulæ credulis (ut Plinio, Melæ, & Solino) imposuerunt, emunctioris vero naris hominibus ea suspecta reddiderunt quæ verius de India narrata. Eratosthenem se præcipue hic sequi, ut auctorem cæteris fide digniorem, fatetur Strabo lib. 15; & ejusdem vestigiis tam Arrianum quam Dionysium insistere notat Casaubonus: ab his tamen omnibus Plinius, & tam à cæteris, quam ab hoc ipso, Ptolemæus in India describenda plurimum recedit, nomina fere omnia aliter enuntians, neque in forma ipsa parum discrepans. Omnes vero veteres alia

plane

plane facie Indiam exhibent quam in hodiernis Tabulis depingitur.

V. 1131. ἀλιγκίη εἴδεϊ ῥόμβου] Quod quadrangularis sit Indiæ figura, non tamen æquangula, sed ῥομβοειδὴς, Auctori nostro cum Strabone convenit, (qui de Indiæ forma hæc habet, Γίνεται ῥομβοειδὲς τὸ τῆς χώρας σχῆμα) uti & de terminis omnibus præter Orientalem; cum Strabo Indiam universam, Dionysius vero solam Indiam intra Gangem, describat, ut mox dicetur. Non tamen rhombum exactum refert, ex Strabonis sententia, quamvis ῥομβοειδὴς sit latiore illo sensu quo *rhomboïdes* à Geometris accipitur. Nimirum illis aliud est *rhombus*, aliud *rhomboïdes*. *Rhombus* figura est quadrilatera, æqualia habens latera, sed inæquales angulos, duos sibi invicem oppositos acutos, alios duos sibi itidem oppositos obtusos, qualis est tessellarum vulgariũ in vitreis fenestris figura: *Rhomboïdes* vero latera etiam inæqualia habet. Disertis vero verbis de India prodit Strabo, eam longius produci ab Ortu ad Occasum quam à Septentrione ad Meridiem; & latus quidem Orientale Occidentali, Meridionale vero Septentrionali productius esse, ut *rhomboïdes* sit ejus figura potius quam *rhombus* accuratus. Ad eundẽ etiam sensum trahi possunt Dionysii verba, qui *figuræ rhombi* tantum *similem esse* refert, (quod de *rhomboïde* Geometris dicto vere affirmaveris) non rhombum prorsus repræsentare. Sed aliter se habent laterũ proportiones in India à Strabone delineata quam in ea quæ à Dionysio describitur: ille enim productiorem ab Ortu ad Occasum quam à Septentrione ad Meridiem facit; at in India à Dionysio descripta (quæ illius tantum pars est, avulsa Orientali portione) plane è contrario se res habet. Nec profecto Indiæ intra Gangem figura rhombi aut rhomboïdes (quæ ab India tota ad illam solam partem à Dionysio traducitur) recte accommodari potest, si Ganges toto suo decursu, à fontibus usque ad ostia, pro termino Orientali statuatur, nisi fluvius ipse plus æquo ad Orientem removeatur; nam Indi & Gangis adeo vicini sunt fontes, ostia vero adeo remota, ut latus Boreale ad Meridionale nullam debitam proportionem haberet. Ideo in Tabula universali, ut Indiæ figuram ῥομβοειδῆ exhiberem, terminum Orientalem punctulis signavi ab Emodis montibus ad medium Gangis cursum, ut Ganges non toto decursu, sed Meridionali tantum parte, pro termino Orientali haberetur. Quod si veram Indiæ formam spectes, ea quidem ῥομβοειδὴς est, sed ita ut anguli, non latera, quatuor mundi cardinibus respondeant; & Septentrionalis angulus sit ad Caucasios

sios montes vulgo dictos, inter Indi & Gangis fontes, Meridionalis ad Comariam promont. longe ulterius in Meridiem procurrens quam à veteribus describitur, Occidentalis ad Indi fluvii, Orientalis ad Gangis, ostia. Et sic quidem in Asiæ Tabula depinximus.

V. 1133. ἁλὸς οἴδματ' Ἐρυθρῆς] Vide in vers. 597.

V. 1134. Γάγγης δ' εἰς ἁλὸς] Tam Dionysius quam Strabo Indum fluvium pro termino Indiæ Occidentali (quamvis cis Indum Ptolemæus, nonnulli ad Arbin fluvium, Indiæ initium faciant) montes Caucasios vulgo dictos pro Septentrionali, Rubrum mare pro Meridionali constituit: sed Dionysius Gangem terminum Orientalem statuit; Strabo vero Oceano (quem Atlanticum mare vocat, toti Oceano nomen illud tribuens, vide in vers. 30.) tam Orientale quam Meridionale latus terminat; Τὸ δὲ νότιον καὶ τὸ πρὸς ἕω πλεῦρον, πολὺ μείζω τοῦ ἑτέρου ὄντα, προπίπτειν εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος. Straboni in terminis Indiæ assignandis plane consentit Arrianus, à Dionysio in hoc solo discrepans, quod ex ipsius sententia Oceano duo Indiæ latera terminantur, Τὸ πρὸς νότου καὶ τὸ πρὸς ἕω ἡ μεγάλη θάλαττα ἀπείργει· Meridionale scil. latus Mari Rubro, Orientale vero Eoo. Nimirum solam Indiam intra Gangem describit Dionysius, quippe quæ sola Græcis tunc cognita fuit ad Palibothra usque, teste ipsomet Strabone: τὰ δ' ἐπέκεινα (inquit) στοχασμῷ λαμβάνεται, *ulteriora vero conjectura deprehenduntur.* Non immerito igitur Indiam extra Gangem, tanquam *terram incognitam*, omittit Dionysius, & Gangem Orientalem Indiæ cognitæ terminum constituit: quamvis ignorare non potuerit, Indiæ partem parum detectam ulterius protensam, cum ultimam terrarum omnium Indiam constituat vers. 1108, terram vero aliquam ultra fluvium quemvis esse necesse sit; & cum Oceano terram universam circundari ab ipso statuatur, consentaneum est ut India, terrarum ex ipsius sententia ultima, ad Oceanum usque producatur. Ptolemæus Indiam ultra Gangem describit, quæ ipsius ætate plenius detecta fuit, atque etiam ultra eam ad Orientem Sinarum regionem constituit, quam antiquiores sub India complexi fuisse videntur.

ὁ δὲ Καύκασος] *Caucasus* ὄρος, qui ex Paropamiso, Imao, & Emodo montibus consistit, præcipue parte ea qua hi omnes conjunguntur: sic Strabo lib. 15, Οἱ ὀπισθότατοι τῶν μερῶν Παροπάμισόν τε, καὶ Ἡμωδὸν, καὶ Ἰμάον, καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι, Μακεδόνες δὲ Καύκασον. vide in vers. 1091.

is

ἐς πόλον ἄρκτων] *Versus polum Arcticum*, à Septentrionali sc. latere, vide in v. 582.

V. 1137. ποταμὸς μὲν ἀπειρσίης πίλας Ἰνδοῦ Δαρδανίης] Hi Plinio & Stephano *Dardæ*, Ptolemæo *Daradræ* vocantur, à quo quidem juxta Indi fluvii fontes statuuntur, situ Dionysii nostri descriptioni apprime congruente, cum Plinius ulteriore ad Ortum situ eos constituat. Quod ad fluvios à Dionysio hic enumeratos spectat, *Cophen, Acesinen, & Hydaspen in Indum influere* affirmat Mela lib. 3, cap. 7. Reliqui vero fluvii qui in Indum se exonerant à Strabone, de Indica Alexandri expeditione loquente, hoc ordine recensentur: Primi ad Occidentem statuuntur Choaspes in Cophen influens, & ipse Cophes, deinde Indus, postea Hydaspes, inde Acesines, post hunc Hyarotis, postremo Hypanis, Ἦν δὲ μετὰ τὸν Κώφην ὁ Ἰνδὸς, εἶτ' ὁ Ὑδάσπης, εἶθ' ὁ Ἀκεσίνης, εἶθ' ὁ Ὑδάσπης, ὕστατος δὲ ὁ Ὕπανις. Curtius, lib. 8, eandem expeditionem describens (ut quæ ille sparsim habet hic in unum contrahamus) Alexandrum primo Choaspen transiisse affirmat, deinde alium fluvium in Assacani regno (quem Cophen, seu Cophetem, esse convenit) deinde Indum, postea Hydaspen, post hunc Hydraoten, & tandem Hypasin. Ita præterquam quod Curtius Acesinen non inter hos, sed alieno loco nominet, & alios quosdam fluvios, quorum apud cæteros mentio, prætereat Mela, quippe qui insigniorum tantum meminit; inter auctores hos omnes satis convenit tam de nominibus, quam de ordine fluviorum qui ab ipsis hic memorantur. Ptolemæus vero nominibus plane ab his diversis plerosque ex fluviis hisce appellat: nam post innominatum quendam primo Coas ab ipso nominatur, qui aliis Choaspes dici videtur; 2° Suastus, quem, si ordinem spectes (ut recte notat Salmasius) fluvium illum esse convenit qui aliis Cophes, seu Cophen, vocatur; 3° Indus; 4° Bidaspes, qui aliis Hydaspes; 5° Sandabilis, qui aliis Acesines vocari videtur; 6° Adris, qui Curtio Hydraotes aliis Hyarotis; 7° Bipasis, qui Curtio & Solino Hypasis, Straboni Hypanis; 8° Zadadrus.

V. 1138. τὸ δὲ λοξὸν ἀπὸ σκοπίλων Ἀκεσίνεω] *Acesinen* in Hydaspen se exonerare hic refert Dionysius: at cum Hyarotide eum misceri affirmat Aristobulus apud Strabonem, & in Indum eundem influere affirmant Plinius lib. 6. cap. 20, & Mela lib. 3. cap. 7. Hæc tamen omnia facile conciliari possunt: nam Acesines in Hydaspen se exonerat, ut hic asseritur, Hydaspes deinde cum Hyarotide mistus in Indum influit, & proinde ipse Acesines in Indum, licet non immediate, defertur. Errat vero,

procul-

proculdubio, Curtius lib. 8. (in quo turpem ἀγεωγραφησίαν non raro notare licet) qui contra horum omnium sententiam Acesinen in Gangem defert; *Acesinem* (inquit) *Ganges decursurum in mare intercipit*: idem tamen lib. 9°, quasi sui oblitus, *Acesinem Hydaspi confundi* affirmat, cum Auctore nostro consentiens.

V. 1140. Τοῖς δ' ἔπι, καὶ Κώφης τρίτος ἕσσεται] In errore proculdubio versatur Dionysius, si Cophen ordine tertium, Ortum versus, inter fluvios in Indum se exonerantes, post Hydaspen & Acesinen, hic statuat; nam Strabo, Mela, aliique Geographi inter primos ad Occidentem, ante Indum ipsum, eum numerant: statuendum igitur Dionysium non ad ordinem situs hic respicere, sed fluvios in Indum influentes confuse tantum enumerare.

V. 1141. Τῶν δὲ μέσοι] Inter quatuor fluvios modo memoratos, Cophen, Indum, Hydaspen, & Acesinen.

Σάβαι καὶ Τόξιλοι ἄνδρες] Qui hic Σάβαι, Σίβαι *Sibæ* vocantur ab Arriano & Stephano, & tam à Strabone, quam Eratosthene ab ipso citato, lib. 15; quem auctorem cum in plerisque sequatur Dionysius, corrupta videtur hæc lectio, quæ gentem hanc duabus aliis (alteri Arabicæ, alteri Persicæ) ὁμώνυμον facit, & Σίβαι hic pro Σάβαι reponendum censemus. Diodorus Siculus eosdem Ἰβοὺς vocat (nisi corrupta sit lectio.) Eos Herculis comitum in Indica expeditione posteros fuisse narrant plerique ex auctoribus modo citatis (quibus & Curtius suffragatur, eos tamen *Sobios* vocans) *indicio clavæ & pellium ferinarum*, quæ illis in usu: quod tamen merito pro fabula habet Eratosthenes à Macedonibus conficta. Qui Τόξιλοι in multis Dionysii exemplaribus vocantur, teste Eustathio, (unde in nonnullis olim aliter se habuisse conjecturam facere licet) aliis Τάξιλοι, *Taxili*, nominantur, & eorum urbs *Taxila*, & rex ipse *Taxilus*, qui Alexandrum comiter excepisse dicitur, vel (ut Curtius habet) *Taxiles*, *sequente nomine imperium*, Curtio teste. Nullum igitur dubium restat quin Τάξιλοι hic scribendum sit. Quod ad situm harum gentium spectat, Taxilis regnum inter Indum & Hydaspen statuit Curtius; & Taxila urbs non longe ab Orientali Indi ripa à Ptolemæo, Strabone, & Curtio statuitur. Sibas vero cum Mallis & Oxydracis infra hos locat Strabo, situ scil. magis Australi; cui & Curtius suffragatur lib. 9, Sobios (qui aliis Sibæ & Sibi) ad Hydaspis cum Acesine confluxum, Mallos & Oxydracas, seu Sydracas, paulo inferius ad Indum statuens.

V. 1142. Σκόδροι δ' ἑξείης] In nonnullis exemplaribus Σκύθροι hic legitur: quinam vero sint hi, sive *Scodri* sive *Scythri*, aut

aut quis accuratus eorum situs, difficile est conjecturam facere: nullam enim eorum mentionem alibi reperire possum. Sed cum *Sodri* ab Avieno Dionysii interprete reddantur, unde constat eum Σόδροι legisse, & Σόδραι à Diodoro in hoc tractu nominentur ad inferiores Indi fluminis partes, Σόδροι aut Σόδραι potius legendum censeo, quam ut habent vulgata exemplaria.

V. 1143. Πευκανέων] Πευκαλέων in quibusdam codicibus hic legi indicat Eustathius, Ὅτι ἔθνος Ἰνδικὸν Πευκαλεῖς, ἄγρια φῦλα, τινὲς δὲ διὰ τοῦ ν γράφουσι Πευκανεῖς. Incorruptissima certe fuere exemplaria illa in quibus Πευκαλέων legebatur, atque ita hic rescribendum. Priscianus enim interpres (sive is Rhemmius Fannius fuerit) *Peucaleos* vertit, & Peucolaitæ aut Peucelaitæ aliis vocantur, & urbs eorum Straboni Πευκολαῖτις, Arriano Πευκελιῶτις, Plinio Peucelaitis. Urbs ea ad Occidentalem Indi ripam, inter ipsum & Cophen seu *Copheta* (quem *Cephta* corrupte scribunt in vulgatis Plinii codicibus) à Plinio, Strabone, & aliis statuitur: eo igitur in tractu Πευκαλεῖς locandi.

Διωνύσου θεράποντες Γαργαρίδαι] Nusquam alias, quod sciam, Gargaridarum mentio: sed in manuscriptis codicibus est Πανδαρίδαι, idque ab Hen. Stephano inter varias lectiones reponitur; ex utraque vero scriptura collata vera elicitur, Γανδαρίδαι scil. sic enim à Strabone, Diodoro, ac Plutarcho nominantur: & quid proclivius quam Γ in Π mutare? De Gandaridarum situ variæ sunt auctorum sententiæ: Strabo enim inter Hyarotin & Hypanim fluvios superiore parte Cathæam à quibusdam locari affirmat, sub hac vero Gandaridas statuit; eodem etiam situ Arrianus eosdem locat: & hi quidem cum Dionysio prorsus consentiunt, qui ultra Peucolaitas & Taxilos ad Ortum eorum sedes statuit, prope Hypanim fluvium. Diodorus vero & Plinius ad Gangem *Gandaridas* locant; qui tamen ea in re errasse videntur, erroris ansa hinc data (ex Salmasii sententia, Plin. exerc. pag. 993.) quod Gandaridæ (quorum regio ultra Hyarotin sita, Poro cuidam, teste Strabone, subdita fuit, consobrino Pori illius qui inter Hydaspen & Acesinen regnavit, & ab Alexandro prælio victus & captus fuit) ultimi fuere ex Indiæ gentibus ab Alexandro devictis; ideo juxta Hypanim, qui itinerum Alexandri meta fuit, plerique eos constituunt, nonnulli vero juxta Gangem, quod eo usque Alexandrum processisse aliqui prodiderint, & inter cæteros Craterus in epistola ad matrem scripta, quam mendacii arguit Strabo: sed id sequitur Auctor Peripli, Alexandrum tradens ἄχρι τοῦ Γάγγου διελθεῖν. Cum vero ad Gangem nonnulli

Gandaridas locent, ut modo dictum (quos *novissimam gentem*, hoc est, ultimam ad Orientem, vocat Plinius lib.6.cap.19) inde quosdam in *Gangaridas* nomen mutasse verisimile est (quasi à *Gange* voce deducta:) sic enim Curtius & Solinus eos appellant, uti & Ptolemæus, Latinos, ut videtur, pro more suo sequutus. Hic quidem *Gangaridas* juxta *Gangis* ostia locat, alios vero ab his *Gandaras* habet inter Suastum & Indum fluvios. Sed is locus accurate cum situ non convenit quo *Gandaridem* seu *Gandaridarum* regionem (qui certe iidem cum *Gandaris* hisce) ab aliis statuuntur: & merito dubitari potest an *Gangaridæ* aliqui fuerint à *Gandaris* seu *Gandaridis* diversi, cum *Gandaridas* Diodorus & Plinius, (quamvis per errorem) ubi alii *Gangaridas* locant, *Gangis* accolas eos facientes. Consulatur hac de re Salmasius loco citato. Quod vero de Gandaridis hic refert Dionysius, eos scil. Bacchi comites fuisse, hoc de Oxydracis perhiberi prodit Strabo; Ὀξυδράκαι, οὓς τοῦ Διονύσου συγγενεῖς ἔφαμεν μεμυθεῦσθαι, *Oxydracæ, quos Bacchi cognatos esse fabulose tradi diximus*: idem etiam ipse cum aliis plurimis de Nyssæis tradi memorant.

ὅθι χρυσοῖο γενέθλην] Prope Catheam scil. regionem, Sopithis seu Sophitis regnum, ad Hypanim paulo supra Gandaridas sitam, teste Strabone, qui cum salem copiosum ibi effodi affirmasset, mox subjungit, καὶ χρυσεῖα δὲ καὶ ἀργυρεῖα οὐ πολὺ ἄποθεν, *nec longo inde intervallo auri & argenti fodinæ.*

V. 1145. Ὕπανίς τε φέρει] Fluvium hunc (quem Tagi & Pactoli instar *auriferum* facit Dionysius) Strabo cum auctore nostro Ὑπανιν vocat, *Hypani* Scythico cognominem faciens, Arrianus Ὕφασιν, Curtius & Solinus *Hypasin*, Ptolemæus *Bibasin*. Eum expeditionis Alexandri terminum faciunt Curtius, Plinius, Solinus, & alii plerique. *Hypasis nobilissimus fluvius, qui Alexandri Magni iter terminavit, ut aræ in ejus ripa positæ probant.* Solin. cap.55; quæ quidem ex Plinio habet, lib.6. cap.17.

θεῖός τε Μέγαρσος] Quis tandem fluvius sit *Megarsus* hic minescire fateor, (cum nusquam alibi, quod sciam, ejus mentio sit) nisi is sit quem Zadadrum vocat Ptolemæus; quod ex ordine probabile est, cum is fluvius *Hypani*, quem ille *Bibasin* vocat, propinquus sit, loco ulteriore ad Ortum situs, & tandem cum eo confluens.

V. 1147. ἐπὶ Γαγγήτιδα χώρην] *Gangetica regio* dici potest totus Indiæ tractus Orientalis per quem *Ganges* fertur: & cum Hypanis & Megarsus (si is Zadadrus sit) ultimi sint fluviorum in Indum influentium, exiguo intervallo à Gange distante non absurdum esset Gangeticæ regionis nomen eo usque extendere

tendere. Sed aliud innuere videtur Dionysius, hos scil. fluvios versus Gangem potius quam versus Indum tendere, & longe in Meridiem delatos in *Colide* regione (scil. juxta *Coliacum* promontorium, quod in extrema Indiæ parte est ad Meridiem) in Oceanum se exonerare. At hoc de Hypani falsum, qui in Indum influit; ita Plinius, lib. 6. cap. 20, *Indum* præter alios fluvios, *navigabiles Acesinen & Hypasin recipere* affirmat, cui & alii Geographi suffragantur: nec quisquam alius est fluvius Hypani vicinus qui in *Coliacam* regionem fertur. Sed nihil mirum si Dionysius sic errarit, cum Curtius Acesinen, citeriorem Hypani fluvium, in Gangem deducat, ut in vers. 1138 notatum.

V. 1148. παρὰ τέρματα Κωλίδ' ἄκης] Κωλίδ' pro Κωλιάδ' per syncopen hic poni notat Eustathius, at errans interea, dum Κωλιάδα νῆσον, *Taprobanen* scil. intelligi putat; extrema enim ad Meridiem ipsius Indiæ pars, ad *Coliacum* promontorium, intelligitur, ubi Australem esse Indiæ terminum illis verbis, πρὸς νότον παρὰ τέρματα, innuitur. Eadem quidem videtur esse Indiæ regio cujus incolas Κωλιακοὺς *Coliacos* Strabo appellat, (corrupte fortasse pro Κωλιακοὺς) quamvis ille nimium in Ortum eos amoveat, quasi extremum Indiæ populum tam ad Ortum quam Meridiem, cum tantum ad Meridiem ultimi fuerint, ad *Coliacum* promontorium Taprobanæ insulæ adversum, vers. 591, quod & Dionysius hic describit, Ἄορνιν appellans.

V. 1151. ὅπλεύσαν Ἄορνιν] Nescio quo auctore fretus Dionysius Coliacum promontorium Oceano imminens Ἄορνιν cognominari affirmet. Celebris quidem est apud auctores eos qui Alexandri res gestas scriptis mandarunt Ἄορνος petra (per hyperbolen sic vocata altitudinis causa, ab ἀ privandi & ὄρνις *avis*, ac si *volucribus quoque invia videretur*, ut de Macedoniæ montibus L. Florus lib. 2.) quam ab Hercule frustra obsessam ferunt, ab Alexandro vero expugnatam: vide Curtium lib. 8, & Arrianum lib. 4. Sed petra illa longe à Coliaco promontorio dissita, ad Indum sc. fluvium, qua Alexander Indiam ingressus iter fecit. *Radices ejus* (inquit Curtius) *Indus amnis subit*: & prope ipsos Indi fontes eum statuit Strabo lib. 15, Ἄορνόν τινα πέτραν, ἧς τὰς ῥίζας ὁ Ἰνδὸς ὑποῤῥεῖ πλησίον τῶν πηγῶν. Dionysius igitur nomen hoc, quanquam ab *Aorno petra*, ut videtur, desumptum, loco longe dissito imponit. Aliis quidem locis *Aorni* nomen imponitur; ut cuidam Epiri loco, à tetro & pestilente vapore, ut aves eum impune transvolare non posse crederetur; unde & *Avernum* Campaniæ lacum dictum volunt, quasi Ἄορνον, (Æolico digamma, quod valet v, vocalibus interposito, ut in ὄϝον

ovum, ὄϊς *ovis*, & similibus) de quo Virgilius Æneid. 6.

Quem super haud ullæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis, talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad convexa ferebat;
Vnde locum Graii dixerunt nomine Aornon.

V. 1152. Ἔστι δέ τις θηητὸς] Bacchi sacra, quæ sæpius describit Dionysius, jam ante exposita sunt. Bacchus sc. qui tanquam bellator hic describitur orbem terrarum peragrans, ab extremo Oriente, ubi Emodi montes & Eous Oceanus, v. 1162, in Occidentem, ubi Thebæ, v. 1165, Solem significat cursum suum ab Ortu in Occasum peragentem: & veluti Mænadum nebrides maculis interstinctæ cœlum stellis variegatum, & cingula Zodiacum repræsentarunt, ut prius expositum; ita nomine *Nyssææ viæ*, quam Bacchus calcasse dicitur, nihil aliud quam *Zodiacum* intelligi, in quo Sol cursum suum peragit, quique Indiæ impendet parte ea qua ad Tropicum Cancri accedit, mihi quidem probabile videtur. Indos vero debellasse dicitur, quia cum ad Tropicum Cancri accesserit (eorum vertici tunc impendens qui circa Gangis ostia degunt, ubi Nyssæam viam statuit Dionysius) immodico calore eos torret. Fabulas quidem decantatas de Bacchi rebus gestis fidem non mereri ostendit Eratosthenes apud Strabonem l. 15; *neque ullum unquam Bacchum bellatorem extitisse, aut virilia arma induisse*, censet Arrianus, ab Eustathio hic citatus: οὐ ῥᾷον εὑρεῖν δοκεῖ οὔτε τὸν Θηβαῖον τὸν τῆς Σεμέλης τῆς Κάδμου, οὔτε ὃν οἱ Ἀθηναῖοι ἐν τῇ τελεταῖς Διὸς καὶ Κόρης παῖδα σέβουσι, οὐ μὲν οὐδ' ἄλλον οὐδαμοῦ Διόνυσον ἀρήϊα ὅπλα ἐνδεδυκότα. Ubi notandum, in Atheniensium mysteriis *Bacchum* Jovis & Proserpinæ filium haberi; quod *Soli* convenit, quem non modo *Iupiter*, supera scil. cœli pars, verum etiam *Proserpina*, infera scil. pars sub horizonte nostro depressa, sibi vendicat, cum per vices in utroque hemisphærio agat.

ἐϋῤῥείτην παρὰ Γάγγην] Non immerito hoc Epitheto Gangem ornat, is enim non modo inter Indicos, verum inter omnes orbis totius fluvios, maximus à quibusdam perhibetur, teste Strabone lib. 15.

V. 1154. ὅτ' ἠλλάσσοντο μὲν ἁβραὶ
Λυναίων νεβρῖδες ἐς ἀσπίδας] Fabulam hanc non alibi reperio, sed varias Metamorphoses, quas illis accidisse fabulantur qui Bacchicos ritus contemnere ausi, legere licet apud Ovidium lib. 3. & 4: inter cætera vero Mineidum Bacchum spernentium telas in hederas & vitis palmites ut hic è converso nebrides & thyrsos Bacchantium in arma, & cingula ac plexos vitis capreolos

los in ſerpentes) converſas fuiſſe apud Ovidium l. 4. narratur:

—— *cœpere vireſcere telæ,*
Inque hederæ faciem pendens frondeſcere veſtis;
Pars abit in vites, & quæ modo fila fuerunt
Palmite mutantur, de ſtamine pampinus exit.

Cur vero hinnulorum pelles, nebrides dictæ, ac cingula, & thyrſi in Bacchi ſacris geſtarentur, modo in verſ. 1152 & alibi ratio reddita.

V. 1157. ἕλικές τε πολυγνάμπτης ἐλίνοιο] Ἕλικες ab εἱλίσσω ſeu ἑλίσσω, *involvo* vel *flecto*, deducitur; & ἕλικες ἐλίνοιο *capreolos vitis*, aut *vitis palmites plexos* hic ſignificant, quales tam thyrſis involvere quam capiti in modum coronæ imponere in Bacchi ſacris ſolebant. Ἔλινον quidem *vitem* Euſtathius hic interpretatur, & ab aliis ſic uſurpari affirmat: Ἔλινος ἡ ἄμπελος, κεῖται μὲν καὶ παρ' ἄλλοις. Confirmat hoc Nicandri Scholiaſtes; cum enim apud Nicandrum habeatur vox ἔλινος, ἐκ ψιθίης ἐλίνοιο, ea verba ſic exponit Scholiaſtes, ἐκ τοῦ κλάδου τῆς ἀμπέλου, *è palmite vitis*. Hæc in honorem Bacchi, ut vini auctoris, geſtata, quod Sol calore ſuo uvas maturet, ut alibi dictum.

V. 1158. ἀτίμησαν ἑορτὴν] Ἀτίτησαν potius legendum videtur, quod inter varias lectiones repoſuit Hen. Stephanus; alioqui Syſtole hic erit (quæ neſcio an toleranda ſit) τιμὴ enim & τιμάω cum compoſitis apud Homerum & alios poetas perpetuo produci ſolent, & inter cætera ἀτιμάω, ut Hom. Il. α'.

Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα
Ἀτρείδης.

V. 1159. Τοὔνεκα Νυσαίην] Quanquam per *Nyſſæam viam* Zodiacum, aut ejus partem Indiæ impendentem, myſtice ſignificari, ut per Bacchum Solem, modo notatum ſit; cum tamen ipſum nomen fabuloſum à *Nyſa* ſeu *Nyſſa* deductum ſit, à qua & Bacchum Διόνυσον dictum volunt, quod urbem quandam nomine Nyſam Bacchi natalem locum fuiſſe fingant (unde is Juvenali *dominus Nyſæ* vocatur; ſic Lucanus

—— *Bacchumque avertere Nyſa*)

viſum eſt mihi de *Nyſa* ipſa nonnulla commentari. Eam in Oriente omnes ſtatuunt, quia inde Sol oritur: alii quidem in Arabia, quæ Orientalis eſt regio reſpectu Græciæ,

Eurus ad Auroram Nabathæaque regna receſſit,

Ovid. Met. lib. 1; alii in India, ultima ad Orientem regione, ut ſupra notatum: & ex his quidem plerique qui Alexandri res geſtas narrant, ut Arrianus & Curtius, Nyſam in citeriore Indiæ parte prope Paropamiſum montem ſtatuunt, ubi & Μηρὸν

montem

montem fingunt; uti & Caucasum, & plurima loca fabulis celebrata, in ea loca trahunt quæ ab Alexandro & Macedonibus peragrata, ut recte notat Eratosthenes apud Strabonem. Dionysius vero in extrema Indiæ parte ad Orientem, juxta Gangem fluvium (cui vicinum Oceanum Eoum, orbis terminum, existimavit) *Nysam* statuere videtur, si *Nysæam viam*, quam ibi statuit, sic dictam censuerit quod à *Nysa* ducat. Nec male profecto ea in re sic statuere videtur, cum congruum sit, extremum ad Ortum locum *Bacchi*, hoc est *Solis*, natalem locum haberi, & ejus itineris terminum unde cursum auspicatur, seu curriculi Solaris metam primam, si diurnum ejus motum respicias. Et profecto cum νύσσα Græce *metam* significet, (Νύσσα, καμπτήρ, τέρμα, Suidæ) ea voce nihil aliud quam *metam* seu terminum cursus solaris antiqui notasse videntur. Dionysio consentit Mela, lib. 3. c. 7, in Orientali Indiæ parte inter Gangem & Coliacum promontorium *Nysios* statuens; *A Gange* (inquit) *ad Colida Nysii*: sic emendat Salmasius, cum *ad Iolida* in editis perperam scriptum sit. *Colidis* quidem *promontorii*, seu *Indiæ anguli*, idem Mela alibi meminit.

V. 1162. Ἠμωδῶν ὀρέων ἐπεβήσατο] *Emodi montes* in ultima Indiæ parte versus Oceanum Orientalem, ultra Paropamisum & Imaum, ab antiquis summo consensu statuuntur: hos ascendere dicitur Bacchus, hoc est Sol, cum in Tropico æstivo constitutus iis impendet Sol, aut proxime saltem accedit.

V. 1163. Ἠοίου μέγας ῥόος Ὠκεανοῖο] De *Eoo* seu Orientali *Oceano* jam sat dictum. Eum autem veteres plurimi nominant non tam certa aliqua cognitione (saltem quoad maximam ejus partem) quam conjectura ducti, quod terram Oceano undiquaque ambiri censerent; à Ptolemæo vero prorsus reticetur, & Orientalis terræ tunc cognitæ pars terra incognita ab eo terminatur.

V. 1164. Ἔνθα δύο στήλας] De columnis his jam actum in vers. 624. His Orientis Solis metam, & diurni motus principium, ac Orbis terminum Orientalem, ut columnis Herculis (qui etiam Sol est) Occidentalem, poetico more designare videntur antiqui. Ita testatur Cassiodorus in Circo; *metas geminas, quas ad instar Solis quadrigæ celeres pervagantur, Orientis & Occidentis terminos designare.* Quod confirmat etiam vetus Epigramma de Circo,

Namque axes gemini ortum obitumque notant.

Ubi *axium* nomine *metæ geminæ* notantur, quarum altera in principio curriculi prope carceres, altera in fine constituta. vide Salmas. Plin. exer. p. 907.

V. 1165.

V. 1165. μετὰ χεῦμα κατήλυθεν Ἰσμηνοῖο] Ad fluvium Ismenum, hoc est ad Thebas Bœotiæ urbem quam Ismenus fluvius alluit, quam Bacchi patriam Græculi plerique prædicant (quamvis alii Nysam ejus patriam statuant) ob rationem supra redditam, quod scil. Græci ejus cultum à Thebanis primum edocti fuerint. Cum vero Græcia longe in Occidentem ab India dissita sit, diurnus solis motus ab Ortu ad Occasum hic innui videtur.

V. 1166. ὑπέρτατοι] *præcipui*; ὑπέρτατος enim aliquando valet *potissimus*, ut ὑπέρτερος *potior*, *præstantior*; ὑπέρτερον, κρεῖττον, Suidas: se enim præcipua enarrasse, singula vero nequaquam enumerare potuisse, hic, ut vers. 612 & alibi passim, indicat Auctor, cum plurima mortales lateant, ideoque ab iis enarrari non possint.

